4. Bieżąc tedy Ezaw przećiw brátu ſwemu, obłapił go; y śćiſkáiąc ſzyię iego, cáłuiąc płákał.

5. A podniosſzy oczy, uyźrzał niewiáſty y rzekł: A ći, co zacz ſą? á ieśli do ćiebie należą? Odpowiedźiał: Drobiożdżek ieſt, ktory dárował Bog mnie ſłudze twemu.

6. A przybliżywſzy ſię ſłużebnice y ſynowie ich, nákłonili ſię.

7. Przy-

CAPUT XXXIII.

Jacob ab Eſau benigne exceptus, & ægre adigit, ut munera accipiat, domumque revertitur: 3. Jacob in Socoth, inde in Salem profectus, agri partem emit, fixisque tabernaculis altare erigit. 16.

1. ELevans autem Jacob oculos ſuos, vidit *d* venientem Eſau, & cum eo quadringentos viros: diviſitque filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum:

d Eodem an. 2265.

2. Et poſuit utramq; ancillam, & liberos earũ in principio: Liam vero filios ejus in ſecundo loco: Rachel autem & Joſeph noviſſimos.

3. Et ipſe progrediens adoravit pronus in terram ſepties, donec appropinquaret frater ejus.

4. Currens itaque Eſau obviam fratri ſuo, amplexatus eſt eum: ſtringensque collum ejus & oſculans flevit.

5. Levatisque oculis, vidit mulieres & parvulos earum, & ait: Quid ſibi volunt iſti? & ſi ad te pertinent? Reſpondit: Parvuli ſunt, quos donavit mihi Deus ſervo tuo.

6, Et appropinquantes ancillæ & filii earum, incurvati ſunt.

7. Ac-

7. Accessit quoque Lia cum pueris suis: & cum similiter adorassent, extremi Joseph, & Rachel adoraverunt.

8. Dixitque Esau: Quænam sunt istæ turmæ, quas obviam habui? Respondit: ut invenirem gratiam coram domino meo.

9. At ille ait: Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi.

10. Dixitque Jacob: Noli ita, obsecro: sed, si inveni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis: sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei *a*: esto mihi propitius,

11. Et suscipe benedictionem *b* quam attuli tibi, & quam donavit mihi Deus tribuens omnia. Vix, fratre compellente, suscipiens,

12. Ait: Gradiamur simul, eroque socius itineris tui.

13. Dixitque Jacob: Nosti, domine mi, quod parvulos habeam teneros, & oves & boves, fœtas mecum; quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges.

24. Præcedat dominus meus ante servum suum; & ego sequar paulatim vestigia ejus, sicut videro parvulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir *c*.

15. Respondit Esau: Oro te, ut de populo, qui mecum est, saltem socii remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc uno tantum indigeo, ut inveniam gratiam in conspectu tuo domine mi.

16. Reversus est itaque illo die Esau itinere quo venerat in Seir.

17. Et Jacob venit in Socoth *d*: ubi ædificata domo & fixis tentoriis, appellavit nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula.

18. Transivitque in Salem *e* urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, postquam reversus est de Mesopotamia Syriæ: & habitavit juxta oppidum:

19. Emitque partem agri, in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem, centum agnis *f*.

20. Et erecto ibi altari *g*, invocavit super illud fortissimum Deum Israel.

a i. Angeli, & excellenter speciosum & gratum.

b i. munus de benedictione Dei.

c sc. ita proponebat, sed postea mentem mutavit.

d Ubi videtur aliquot annos habitasse.

e quæ Joan. 4. dicitur Sichar.

f i. denariis, in quibus signum erat agni.

g Eodem loco in quo Abraham primum suum altare erexerat. supr. c. 12. Et ubi fons Jacob erat, de quo Joan. 4.

7. Przystąpiłá też Lia z dźiećmi swymi: á gdy się tákież pokłonili, ostáteczni Iozeph y Ráchel pokłon uczynili.

8. Y rzekł Ezaw: Coż to zá hufy ktorem potkał? Odpowiedźiał: Abych ználazł łáskę przed pánem moim.

9. A on rzekł: Mam dosyć bráćie moy, miey ty swoie.

10. Y rzekł Iákob: Niechćiey ták proszę: ále iesli̇m ználazł łáskę w oczáach twoich, przyimi máły dar z ręku moich: bom ták widźiał oblicze twoie, iákobym widźiał oblicze Boże. Bądź mi lutośćiw,

11. A przyimi błogosłáwieństwo ktoremći przyniosł, y ktore mi dárował Bog dáiący wszytko. Ledwie zá przymuszenim bráterskim, przyimuiąc,

12. Rzekł: Iedźmy pospołu, á będę towárzyszem drogi twoiey.

13. Y rzekł Iákob: Wiesz pánie moy, że drobiożdżek młodźiuśienki, owce też y krowy ćielne mam zsobą: ktorym iesli gwałt uczynię w chodzeniu, odeydą mi iednego dniá wszytkie stádá.

14. Niech wprzod iedźie pan moy przed sługą swoim: á ia poydę z lekká zá nim w tropy iego, iáko obaczę, że nádęży moy drobiożdżek, áż przyidę do páná mego do Seir.

15. Odpowiedźiał Ezaw: Proszę ćię, niechay wżdy z ludu ktory iest zemną, zostáną towárzysze drogi twoiey. A on rzekł: Nie potrzebá tego: tylko mi tego trzebá, ábym nálazł łáskę przed obliczem twoim pánie moy.

16. Wroćił się tedy onego dniá Ezaw drogą ktorą był przyiáchał, do Seir.

17. A Iákob przyszedł do Sochot: gdźie zbudowawszy dom á rozbiwszy namioty, názwał imię mieyscá onego Sochot, to iest Námioty.

18. Y przeszedł do Salem miástá Sichimczykow, ktore iest w źiemi Chánáneyskie, potym iáko się zwroćił z Mezopotámiiey Syriyskiey, y mieszkał przy miásteczku:

19. Y kupił sztukę polá, ná ktorey był rozbił namioty, od synow Hemorá oycá Sichemowego, zá sto iágniąt,

20. Y zbudowawszy tám ołtarz, wzywał ná nim namocnieyszego Bogá Izráelowego.

CAPUT XXXIV.

Ob Dinæ raptum ac stuprum, 1. Sichimitæ circumcisi, & ex vulnere decumbentes, 13. à Simeo-

ROZDZIAŁ XXXIV.

Dla gwałtu ktory się Dynie stał, Sychomowie náprzod się obrzezali: potym od Synow Iákobowych

wych byli wygłádzeni, y miásto zburzono: dla czego wżdam Iákob Syny swe Symeoná y Lewi pofukał.

meone & Levi Dinæ fratribus perimuntur, ac urbs illorum à reliquis Jacob filiis vastatur: quapropter Simeon & Levi à patre arguuntur, 25.

1. Y Wyszłá Dyná corká Liiey, áby oglądáłá niewiásty oney kráiny.
2. Ktorą uyźrzawszy Sichem syn Hemorá Heweyskiego kśiążę oney źiemie, rozmiłował się iey: y porwał, y spał z nią, gwałt uczyniwszy pánnie.
3. Y spoiłá się z nią duszá iego, á smutną ubłagał łágodnemi słowy.
4. Y szedszy do Hemorá oycá swego, rzekł: Weźmi mi tę dźieweczkę zá żonę.
5. Co gdy usłyszał Iákob w niebytnośći synow, y około pasze bydłá zábáwionych, milczał áż się wroćili.
6. A gdy wyszedł Hemor oćiec Sichemow, áby mowił z Iákobem,
7. Oto synowie iego przychodźili z polá: y usłyszawszy co się stáło, rozgniewáli się bárzo, przeto że sprosną rzecz uczynił w Israelu, á zgwałćiwszy corkę Iákobowę, nieprzystoyną rzecz zbroił.
8. Mowił tedy Hemor do nich: Duszá Sichem syná mego spoiłá się z corką wászą: dayćie mu ią zá żonę:
9. A poymuymy się z obu stron: corki wásze wydayćie zá nas, á corki násze poymuyćie:
10. A mieszkayćie z námi. Ziemiá w mocy wászey iest, sprawuyćie, hándluyćie, á osadzayćie ią.
11. Ale y Sichem rzekł do oycá, y do bráćiey iey: Niech naydę łáskę u was: á co iedno postánowićie to dam:
12. Podwyższćie wiáná, y dárow żądayćie, á chętnie dam co záchcećie: tylko mi dayćie dźieweczkę zá żonę.
13. Odpowiedźieli synowie Iákobá Sichemowi y oycu iego ná zdrádźie, roziadszy się o zgwałcenie śiostry:
14. Niemożemy uczynić czego żądaćie, áni dáć śiostry nászey człowiekowi nieobrzezánemu: co się niegodźi, niesłuszna y obrzydła rzecz u nas.
15. Ale ták się możem porownáć, ieśli zechcećie bydź nam podobni, á obrzeże się miedzy wámi káżdy mężczyzná:
16. Tedy damy, y weźmiemy wzaiem corki wásze y násze: y będźiemy mieszkáć z wámi, y będźiemy ludem iednym:

17. Lecz

1. EGressa est † autem Dina filia Liæ, ut videret mulieres regionis illius.
2. Quam cum vidisset Sichem filius Hemor Hevæi, princeps terræ illius, adamavit eam: & rapuit, & dormivit cum illa, vi opprimens virginem.
3. Et conglutinata est *a* anima ejus cum ea, tristemque delinivit blanditiis.
4. Et pergens ad Hemor patrem suum: Accipe, inquit, mihi puellam hanc conjugem.
5. Quod cum audisset Jacob, absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit, donec redirent.
6. Egresso autem Hemor patre Sichem, ut loqueretur ad Jacob,
7. Ecce filii ejus veniebant de agro: auditoque quod acciderat, irati sunt valde, eo quod fœdam rem operatus esset in Israël, &, violata filia Jacob, rem illicitam perpetrasset.
8. Locutus est itaque Hemor ad eos: Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ: date eam illi uxorem.
9. Et jungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite.
10. Et habitate nobiscum: terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam.
11. Sed & Sichem ad Patrem & ad fratres ejus ait: Inveniam gratiam coram vobis: & quæcumque statueritis, dabo *b*:
12. Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam, quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc uxorem.
13. Responderunt filii Jacob Sichem & patri ejus in dolo, sævientes ob stuprum sororis:
14. Non possumus facere, quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircumciso: quod illicitum & nefarium est apud nos.
15. Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, & circumcidatur in vobis omne masculini sexus:
16. Tunc dabimus & accipiemus mutuo filias vestras ac nostras, & habitabimus vobiscum, erimusque unus populus:

† Ann. M. circiter 2273. Ant. Christ. 1731. cum esset Dina annorum circiter 15.

a vehementer amavit & impotenter.

b in compensationem injuriæ & donationem propter nuptias.

17. Si

17. Si autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam noſtram *a*, & recedemus.

18. Placuit oblatio eorum Hemor & Sichem filio ejus:

19. Nec diſtulit adoleſcens, quin ſtatim quod petebatur, expleret: amabat enim puellam valde, & ipſe erat inclytus *b* in omni domo patris ſui.

20. Ingreſſique portam urbis, locuti ſunt ad populum:

21. Viri iſti pacifici ſunt, & volunt habitare nobiſcum: negotientur in terra, & exerceant eam, quæ ſpatioſa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus uxores, & noſtras illis dabimus.

22. Unum eſt, quo differtur tantum bonum: Si circumcidamus maſculos noſtros, ritum gentis imitantes:

23. Et ſubſtantia eorum, & pecora, & cuncta, quæ poſſident, noſtra erunt: tantum in hoc aſquieſcamus, & habitantes ſimul, unum efficiemus populum.

24. Aſſenſique ſunt omnes, circumciſis cunctis maribus.

25. Et ecce, die tertio, quando graviſſimus vulnerum dolo, eſt, arreptis, duo filii Jacob, Simeon & Levi fratres Dinæ, gladiis, ingreſſi ſunt urbem *c* confidenter: *d* interfectiſque omnibus maſculis,

26. Hemor & Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam.

27. Quibus egreſſis, irruerunt ſuper occiſos cæteri filii Jacob: & depopulati ſunt *e* urbem in ultionem ſtupri.

28. Oves eorum, & armenta, & aſinos, cunctaque vaſtantes quæ in domibus & in agris erant:

29. Parvulos quoque eorum & uxores duxerunt captivas.

30. Quibus patratis audacter, Jacob dixit ad Simeon & Levi: Turbaſtis me, & odioſum feciſti me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ hujus. Nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea.

32. Reſponderunt: Numquid ut ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

a Dehoneſtatam relinquentes vos Deo puniendos.
b præcipuus.
c ſtipati manu famulorum.
d Infr. 69. 6. 11.
e diripientes quæ placebant, cætera perdentes.

CAPUT XXXV.

Jacob idola ſuorum juxta Sichem defodit, &

17. Lecz ieſli ſię obrzezáć nie będźiećie chćieli weźmiemy corkę náſzę, y odeydźiemy.

18. Podobáło ſię podánie ich Hemorowi y Sichemowi ſynowi iego:

19. Y nie odłożył młodźieniec żeby niemiał záraz uczynić, o co proſzono: miłował bowiem bárzo onę dźieweczkę, á ſam był zacny we wſzyſtkim domu oycá ſwego.

20. Y wſzedſzy w bronę mieyſką mowili do ludu:

21. Mężowie ći ſpokoyni ſą, á chcą mieſzkáć z námi: niech handluią w źiemi, y niechay ią ſpráwuią, ktora będąc ſzeroka y przeſtrona, ſprawcow potrzebuie: corki ich będźiemy bráć zá żony, á náſze Im dawáć będźiemy.

22. Iedná rzecz ieſt Ktorą ſię nam odwłoczy rzecz ták dobra: ieſli obrzeżemy mężczyzny náſze, narodu obyczáiu náſzláduiąc.

23. Y máiętność ich, y bydłá, y co iedno máią, naſze będą: ná to tylko pozwolmy, á mieſzkáiąc ſpołem, ieden lud uczynimy.

24. Y zezwolili wſzyſcy, obrzezawſzy wſzytkie mężczyzny.

25. Áli oto dniá trzećiego, gdy naćiężſza boleść z ran bywa: porwawſzy dwá ſynowie Iákobowi, Symeon y Lewi bráćia Dyny miecze, weſzli do miáſtá śmiele: y pobiwſzy wſzytkę mężczyznę,

26. Hemorá y Sychemá weſpoł zámordowáli, wźiąwſzy z domu Sychemá Dynę śioſtrę ſwoię.

27. A gdy oni wyſzli, przypádli ná pobite drudzy ſynowie Iákobowi: y ſplądrowáli miáſto ná pomſtę zgwałcenia.

28. Owce ich, y rogáte bydłá y oſły, y wſzytko puſtoſząc co w domiech y ná polách było.

29. Dźiatki też ich y żony w niewolą zábrali.

30. Co gdy zbroili śmiele, Iákob rzekł do Symeoná y Lewi: Záfráſowáliśćie mię, y przywiedliśćie mię w ohydę Chánaneyczykom y Pherezeyczykom, obywátełom tey źiemie. Nas niewiele, oni zgromádźiwſzy ſię porążą mię, y zginę ia, y dom moy:

31. A oni odpowiedźieli: Izali iáko wſzetecznice mieli źle używáć śioſtry naſzey?

ROZDZIAŁ XXXV.

Zákopawſzy báłwány Iákob przy Sychem, zá roſka-

roſkazániem Páńſkim ſzedł do Bethel: tám Ráchel przy porodzeniu Beniáminá umárłá: Ruben z Báłą ſpał; Liczbá ſynow Iákobowych: y Iſáák przy Synoch umarł.

1. TYm czáſem mowił Bog do Iákobá: Wſtańá wſtąp do Bethel, y mieyſzkay tám, á uczyń ołtarz Bogu, ktoryć ſię ukazał, kiedyś ućiekał przed Ezáwem brátem twoim.

2. Iákob tedy zezwawſzy dom wſzytek ſwoy, rzekł: Odrzuććie Bogi cudze, ktorzy w poſrzodku was ſą, á oczyśććie ſię, y odmieńćie ſzáty wáſze.

3. Wſtańćie, á wſtąpmy do Bethel, ábyſmy tám uczynili ołtarz Bogu, ktory mie wyſłuchał w dźień utrapienia mego, y był mi towárzyſzem drogi moiey.

4. Oddáli mu tedy wſzytkie Bogi cudze ktore mieli, y nauſznice ktore ná uſzách ich były: á on wkopał ie pod Terebintem, ktory ieſt zá miáſtem Sichem.

5. A gdy wyiácháli, ſtrách Boży nápadł wſzytkie okoloczne miáſtá, że nie śmieli gonić odchodzących.

6. Przyſzedł tedy Iákob do Luzy, ktora ieſt w źiemi Chánáneyſkiey, przezwiſkiem Bethel, ſam y wſzytek lud z nim:

7. Y zbudował tám ołtarz, y názwał imię onego mieyſcá, Dom Boży, bo mu ſię tám Bog był ukazał, gdy ućiekał przed brátem ſwoim.

8. Tegoż czáſu umárłá Deborá mámká Rebeczyná, y pogrzebioná ieſt ná dole Bethel pod dębem: y názwano imię onego mieyſcá Dąb płáczu.

9. Y ukazał ſię powtore Bog Iákobowi, gdy ſię wroćił z Mezopotámiiey Syriyſkiey, y błogoſłáwił mu,

10. Mowiąc: Nie będźieſz więcey zwan Iákobem: ále Iſráel będźie imię twoie. Y názwał go Iſráelem,

11. Y rzekł mu: Iam Bog wſzechmogący, rozradzay ſię y mnoż ſię, narody y ludźie narodow będą z ćiebie, krolowie z biodr twoich wynidą.

12. Y źiemię ktorąm dał Abráhámowi y Iſáákowi dam tobie, y naśieniu twemu po tobie.

13. Y odſzedł od niego.

14. A on poſtáwił znák kámienny ná mieyſcu gdźie z nim Bog mowił: ofiáruiąc ná nim mokre ofiáry, y leiąc oliwę,

15. Y názywáiąc imię onego mieyſcá Bethel.

16. A

& jubente Domino aſcendit in Bethel, ubi Debora moritur: 1. Naſcitur Benjamin cum morte matris Rachel: 16. Ruben cum Bala dormit: numerantur filii Jacob 22. Cujus pater Iſaac moritur 28.

1. INterea locutus *a* eſt DEUS ad Jacob: Surge, & aſcende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, *b* qui apparuit tibi, quando fugiebas Eſau fratrem tuum.

2. Jacob vero convocata omni domo ſua, ait: Abjicite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra *c*.

3. Surgite, & aſcendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo; qui exaudivit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei.

4. Dederunt ergo ei omnes deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum: at ille infodit *d* ea ſubter terebintum, quæ eſt poſt urbem Sichem.

5. Cumque profecti eſſent, terror Dei invaſit omnes per circuitum civitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes.

6. Venit igitur Jacob Luzam, quæ eſt in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipſe & omnis populus cum eo.

7. Ædificavitque ibi altare, & appellavit nomen loci illius, Domus Dei: ibi enim *e* apparuit ei Deus, cum fugeret fratrem ſuum.

8. Eodem tempore mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad radices Bethel ſubter quercum: vocatumque eſt nomen loci illius, quercus fletus.

9. Apparuit autem iterum Deus Jacob poſtquam reverſus eſt de Meſopotamia Syriæ, benedixitque ei,

10. Dicens: *f* Non vocaberis ultra *g* Jacob, ſed *h* Iſrael erit nomen tuum. Et appellavit eum Iſrael,

11. Dixitque ei: Ego Deus omnipotens: creſce, & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur.

12. Terramque, quam dedi *i* Abraham & Iſaac, dabo tibi & ſemini tuo poſt te.

13. Et receſſit ab eo.

14. Ille vero erexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus: libans ſuper eum libamina, & effundens oleum.

15. Vocanſque nomen loci illius, Bethel.

a Eodem anno 2273.
b Supr. 2. 13.
c q. d. accipite veſtes mundas.
d Exod. 32. 20. 2. Reg. 18. 4.
e Sup. 28. 18.
f Supr. 32. 28.
g tantum.
h Simul.
i promiſi.

a Anno M. 2274. Ant. Chr. 1730. Anno Jacobi 106. Josephi 15.

16. *a* Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram, quæ ducit Ephratam: in qua cum parturiret Rachel,

17. Ob difficultatem partus periclitari cæpit. Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium.

18. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente jam morte, vocavit nomen filii sui, Benoni, id est filius doloris mei: pater vero appellavit eum Benjamin, id est filius dexteræ.

19. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via, quæ ducit Ephratam, hæc est Bethlehem.

b columnam *c* Infr. 48. 7.

20. Erexitque Jacob titulum *b* super sepulchrum ejus: *c* Hic est titulus monumenti Rachel, usque in præsentem diem.

d Eodem anno.

e Mille passus à Bethlehem juxta quam Angeli pastoribus nuntiarunt Dominum natum.

21. *d* Egressus inde fixit tabernaculum trans Turrem gregis, *e*

f Infr. 49. 4.

g uxore minus principali.

22. *f* Cumque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormivit cum Bala concubina *g* patris sui: quod illum minime latuit. Erant autem filii Jacob duodecim.

32. Filii Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & Levi, & Judas, & Issachar, & Zabulon.

24. Filii Rachel: Joseph & Benjamin.

25. Filii Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephtali.

h nempe fere omnes; nam Benjamin natus est juxta Bethlehem, sup. v. 18.

26. Filii Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aser: hi sunt filii Jacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. *h*

i Anno M. 2275. Ant. Chr. 1729.

27. *i* Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre, Civitatem Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac.

28. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum.

k Anno M. 2288. Ant. Chr. 1716. Anno Jacobi 120. Josephi 29.

29. Consumtusque ætate mortuus est *k* & appositus est populo suo senex & plenus dierum: & sepelierunt eum Esau & Jacob filii sui.

CAPUT XXXVI.

Esau cum uxoribus & filiis à fratre Jacob, ob nimiam utriusque opulentiam separatur; filiorum Esau genealogia cum habitatione describitur. 1. Duces & Reges de Esau, 15.

1. HÆ sunt autem generationes Esau, ipse est Edom.

l hæc dicitur sup. c. 26. 34. Basemath &c.

2. Esau accepit uxores de filiabus Chanaan: Ada, *l* filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Hevæi:

3. Ba-

16. A odszedszy z támtąd, przyszedł czásu wiosny do źiemie ktora wiedźie do Ephraty: w ktorey gdy się Ráchel rodząc prácowáłá,

17. Dla trudnośći porodzenia, poczęłá w niebespieczeństwie bydź: y rzekłá iey bábá: Nie boy się, bo y tego syná będźiesz miáłá.

18. A gdy wychodźiłá duszá iey od bolesći, y gdy iuż śmierć nádchodźiłá, názwáłá imię syná swego Benoni, to iest, syn bolesći moiey: á ociec názwał go Beniámin, to iest syn práwice.

19. Umárłá tedy Ráchel, y pogrzebioná iest ná drodze, ktora wiedźie do Ephraty, tá iest Bethlehem.

20. Y postáwił Iákob znák ná grobie iey: tenći iest znák grobu Ráchel, áż do dniá dźiśieyszego.

21. A wyszedszy z támtęd, rozbił namiot, zá Wieżą stádá.

22. A gdy mieszkał w oney kráinie, poszedł Ruben y spał z Bálą nałożnicą oycá swego: co iemu nie táyno było. A było synow Iákobowych dwánaśćie.

23. Synowie Liiey: pierworodny Ruben, y Symeon, y Lewi, & Iudás, y Isáchár, y Zábulon.

24. Synowie Ráchel, Iozeph y Beniámin.

25. Synowie Bále sługi Ráchel, Dán, y Nephtali.

26. Synowie Zelphy, sługi Liiey, Gad y Aser: ći są synowie Iákobowi, ktorzy się mu urodźili w Mezopotámiiey Syriyskiey.

27. Przyszedł też do Isááká oycá swego do Mámbre miástá Arbee, to iest Hebron: gdźie był gośćiem Abráhám y Isáák.

28. Y spełniło się dni Isáákowych sto ośmdźieśiąt lat.

29. Y stárzawszy się umarł, y przyłożon iest do ludu swego stáry y dni pełen: y pogrzebli go Ezaw y Iákob synowie iego.

ROZDZIAŁ XXXVI.

Ezau dla wielkiey obfitośći z żoną y z dźiećmi odszedł od Iákobá brátá swego. Rod też wszystek Ezau w Kśiążętách y w Krolách opisuie.

1. A Te są rodzáie Ezáwowe, ten iest Edom.

2. Ezaw poiął żony z corek Chánáneyskich: Adę corkę Eloná Hetheyskiego, y Oolibámę corkę Ąny, corki Sebeoná Heweyskiego:

3. Y

3. Y Báſemath corkę Iſmáelowę śioſtrę Nábáiáthowę.

4. Y urodźiłá Adá Elipházá: á Báſemáth urodźiłá Ráhuelá:

5. Oolibamá urodźiłá Iehus y Ihelon y Kore. Ci ſynowie Ezáwowi: ktorzy ſię urodźili w źiemi Chánáneyſkiey.

6. Y wźiął Ezaw żony ſwoie, y ſyny y corki, y wſzytkie duſze domu ſwego, y máiętność, y bydło, y wſzytko co mogł mieć w źiemi Chánáneyſkiey: y poſzedł do inſzey kráiny, y odſzedł od brátá ſwego Iákobá.

7. Bo byli bárzo máiętni, á mieſzkáć poſpołu nie mogli: y nie mogłá ich znieść źiemiá pielgrzymownia ich, dla mnoſtwá trzod.

8. Y mieſzkał Ezaw ná gorze Seir, ten ieſt Edom.

9. A te ſą pokołeniá Ezáwá oycá Edom ná gorze Seir,

10. Y te imioná ſynow iego. Elipház ſyn Ady żony Ezaw: Ráhuel záś ſyn Báſemath żony iego.

11. Y byli ſynowie Elipházowi: Theman, Omár, Sepho, y Gáthám, y Cenez.

12. A Thámná byłá nałożnicá Eliphází ſyná Ezaw: ktora mu urodźiłá Amálechá. Ci ſą ſynowie Ady żony Ezáwowey.

13. A ſynowie Ráhuel: Náháth, y Zárá, Sámmá, y Mezá. To ſynowie Baſemáth żony Ezáwowey.

14. Ci też byli ſynowie Oolybamy corki Any corki Sebeonowey żony Ezáwowey, ktore mu urodźiłá, Iehus, y Ihelon, y Kore:

15. Te kśiążętá ſynow Ezáwowych: ſynowie Eliphází pierworodnego Ezáwowego: kśiążę Omár: kśiążę Sepho: kśiążę Cenez,

16. Kśiąże Kore, kśiążę Gáthám, kśiążę Amálech. Ci ſynowie Elipház w źiemi Edomſkiey, y ciż ſynowie Ady:

17. Ci záś ſynowie Ráhuelá ſyná Ezáwowego: kśiążę Náháth, kśiążę Zára, kśiążę Sámmá, kśiążę Mezá. A te kśiążętá Ráhuelá w źiemi Edomſkiey. Ci ſynowie Báſemáth żony Ezáwowey.

18. Ci lepak ſynowie Oolibamy żony Ezáwowey. Kśiążę Iehus, kśiążę Ihelon, kśiążę Kore, te kśiążętá Oolibámy corki Aney żony Ezáwowey.

19. Ci ſą ſynowie Ezáwowi, y ći kśiążętá ich: Ten ieſt Edom.

20. Ci záś ſynowie Seir Horreyczyká mieſzkáńcy

3. Baſemath quoque filiam Iſmaël ſororem Nabaioth.

4. *a* Peperit autem Ada, Eliphaz: Baſemath genuit Rahuel:

5. Oolibama genuit Jehus & Ihelon & Core, hi filii Eſau, qui nati ſunt ei in terra Chanaan.

6. Tulit autem Eſau uxores ſuas & filios & filias, & omnem animam domus ſuæ, & ſubſtantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat *b* in terra Chanaan: & abiit in alteram regionem, receſſitque à fratre ſuo Jacob.

7. *c* Divites enim erant valde, & ſimul habitare non poterant: nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.

8. *d* Habitavitque Eſau in monte Seir, ipſe eſt Edom.

9. Hæ autem ſunt generationes Eſau patris Edom in monte Seir,

10. Et hæc nomina filiorum ejus *e* Eliphaz filius Adæ uxoris Eſau: Rahuel quoque filius Baſemath uxoris ejus.

11. Fueruntque Eliphaz filii: Theman, Omar, Sepho & Gatham, & Cenez.

12. Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filii Eſau: quæ peperit ei Amalech, hi ſunt filii Ada uxoris Eſau.

13. Filii autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma & Meza, hi filii Baſemath uxoris Eſau.

14. Iſti quoque erant filii Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon, uxoris Eſau, quos genuit ei: Jehus & Ihelon & Core.

15. Hi duces filiorum Eſau. Filii Eliphaz primogeniti Eſau: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez.

16. Dux Core, dux Gatham, dux Amalech, hi filii *f* Eliphaz in terra Edom, & hi filii Ada.

17. Hi quoque filii Rahuel filii Eſau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza. Hi autem duces Rahuel in terra Edom: iſti filii Baſemath uxoris Eſau.

18. Hi autem filii Oolibama uxoris Eſau: Dux Jehus, dux Ihelon, dux Core. Hi duces Oolibama filiæ Anæ uxoris Eſau.

19. Iſti ſunt filii Eſau, & hi duces eorum: ipſe eſt Edom.

20. *g* Iſti ſunt filii Seir, Horræi, habitatores

a 1. Par. 1. 35.
b Hebr. acquiſierat.
c Sup. 13. 6.
d Joſ. 24. 4.
e 1. Par. 1. 34.
f Hebr. Chald. & 70. duces.
g 1. Par. 1. 38.

tores terræ *a*: Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana,

a sc. qui antea Esau principes ibi erant S. Hieronym.

21. Et Dison, & Eser: & Disan. Hi duces Horræi, filii Seir in Terra Edom.

22. Facti sunt autem filii Lotan: Hori & Heman. Erat autem soror Lotam, Thamma.

23. Et isti filii Sobal: Aluan & Manahat & Ebal, & Sepho, & Onam.

24. Et hi filii Sebeon: Aia & Ana. Iste est Ana, qui invenit aquas calidas *b* in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui:

b deprehendit eorum vim medicam, & usum corporibus esse salutarem.

25. Habuitque filium Dison, & filiam Oolibama.

26. Et isti filii Dison: Hamdan & Eseban, & Jethram, & Charan.

27. Hi quoque filii Eser: Balaan, & Zavan, & Acan.

28. Habuit autem filios Disan: Hus & Aram.

29. Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana,

30. Dux Dison, dux Eser, dux Disan: isti duces Horræorum, qui imperaverunt in Terra Seir.

31. Reges autem, qui regnaverunt in Terra Edom, antequam haberent regem filii Israël, fuerunt hi *c*:

c hæc, ut multa alia dicit Moses prophetico spiritu.

32. Bela filius Beor, nomenque urbis ejus Denaba.

33. Mortuus est autem Bela, & regnavit pro eo Jobab *d* filius Zaræ de Bosra.

d hic est Job, speculum patientiæ Tirin.

34. Cumque mortuus esset Jobab, regnavit pro eo Husam de terra Themanorum.

35. Hoc quoque mortuo regnavit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madiam in regione Moab: & nomen urbis ejus Avith.

36. Cumque mortuus esset Adad regnavit pro eo Semla de Masreca.

37. Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Saul de fluvio Rohoboth.

38. Cumque & hic obiisset, successit in regnum Balanan filius Achobor.

39. Isto quoque mortuo, regnavit pro eo Adar, nomenque urbis ejus Phau, & appellabatur uxor ejus Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab.

40. Hæc ergo nomina ducum Esau *e* in cognationibus, & locis, & vocabulis, suis: dux Thamna, dux Alva, dux Jetheth,

e i. filiorum.

41. Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon,

42. Dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar,

43. Dux

szkáńcy w źiemi: Lotán, y Sobal, y Sebeon, y Aná.

21. Y Dison, y Eser, y Disan. Te kśiążętá Horreyskie, synowie Seir w źiemi Edom.

22. Y byli synowie Lotán: Hory, y Hemán. A śiostrá Lotánowá byłá Thámná.

23. A ći synowie Sobálowi: Aluan y Mánáhát, y Ebál, y Sepho, y Onám.

24. Ci záś synowie Sebeon: Aiá y Aná. Ten iest Aná ktory wynálazł ćieplice ná puszczy, gdy pasł osły Sebeoná oycá swego.

25. A miał syná Dysoná y corkę Oolibamę.

26. A ći synowie Dyson: Hámdan, y Eseban, y Iethram y Charan.

27. Ci záś synowie Eserowi: Báláán, y Zawán, y Akan.

28. A Dysan miał syny: Husá y Arámá.

29. Te kśiążętá Horreyczykow: kśiążę Lotan, kśiążę Sobal, kśiążę Sebeon, kśiążę Aná,

30. Kśiążę Dison, kśiążę Eser, kśiążę Disan: te kśiążętá Horreyczykow, ktorzy roskázowáli w źiemi Seir.

31. A Krolowie ktorzy krolowáli w źiemi Edom, pierwey niżli mieli królá synowie Israelscy, byli ći:

32. Belá syn Beorow, á imię miástá iego Denábá.

33. A umárł Belá, y krolował miásto niego Iobáb, syn Zárego z Bosry.

34. A gdy umárł Iobáb, krolował miásto niego Husam z źiemie Themánczykow.

35. Po tego też śmierći, krolował miásto niego Adád syn Bádádow, ktory poráźił Mádiáná w kráinie Moáb: á imię miástá iego Awith.

36. Y gdy umárł Adád, krolował miásto niego Semlá z Másreki.

37. A po tego też śmierći, krolował miásto niego Saul od rzeki Rohoboth.

38. A gdy y ten umarł, nástąpił ná krolestwo Bálánán syn Achoborow.

39. A po iego też śmierći ikrolował miásto niego Adár, á imię miástá iego Phau: á żonę iego zwano Meetabel, corká Mátred corki Mezáąb.

40. te tedy imioná kśiążąt Ezaw według rodzáiow y mieysc y imion ich: kśiążę Thámná, kśiążę Aluá, kśiążę Ietheth,

41. Kśiążę Oolibámá, kśiążę Elá, kśiążę Phimon,

42. Kśiążę Cenes, kśiążę Themán, kśiążę Mábsár,

43. Kśiążę

43. Kśiążę Mágdiel, kśiążę Hirám: te kśiążętá Edomſkie, mieſzkáiące w źiemi pánowánia ſwego, ten ieſt Ezaw oćiec Idumeyczykow.

ROZDZIAŁ XXXVII.

Ioſeph gdy ſwemi ſny bráty ná ſię więcey zruſzył, ledwo że nie zábit od nich; zá rádą Iudy, przedan pierwey Iſmáelitom, od Oycá opłákány; w Ægyptćie záprzedan potym Putyfárowi.

1. A Iákob mieſzkał w źiemi Chánáneyſkiey, w ktorey oćiec iego był gośćiem.

2. A te ſą pokoleniá iego: Iozeph gdy miał ſzeſnaśćie lat, páſł trzodę z bráćią ſwą ieſzcze pácholęćiem: y był z ſynámi Bale y Zelphy, żon oycá ſwego: y oſkárżył bráćią ſwą przed oycem o grzech bárzo ſproſny.

3. A Iſráel miłował Iozephá nád wſzyſtkie ſyny ſwe, przeto, iż go był wſtárośći ſwey urodźił: y uczynił mu ſuknią wzorzyſtą.

4. Y widząc bráćia iego, że go miłował oćiec nádewſzyſtki ſyny: nienawidźieli go, y niemogli nic łáſkáwie z nim mowić.

5. Przydáło ſię też, iż ſen ktory widźiał, powiedał bráćiey ſwey: co było przyczyną więtſzey nienawiśći.

6. Y rzekł do nich. ſłuchayćie ſnu mego ktorym widźiał.

7. Zdáło mi ſię żeſmy wiązáli ſnopy ná polu: á ſnop moy iákoby powſtał y ſtánął, á wáſze ſnopy około ſtoiące kłániáły ſię ſnopowi memu.

8. Odpowiedźieli bráćia iego: Izali krolem náſzym będźieſz? ábo poddáni będźiemy páńſtwu twemu? Tá tedy przyczyná ſnow y mow, zazdrośći y nienawiśći żagwie przydawáłá.

9. Widźiał też y drugi ſen, ktory powiádáiąc bráćiey, mowił: Widźiałem przez ſen, iákoby mi ſię ſłońce y kśiężyc y iedenáśćie gwiazd kłáiniáło.

10. Co gdy oycu ſwemu y bráćiey ſwey powiedźiał, złáiał go oćiec iego y rzekł: Coż ſię rozumie przez ten ſen ktoryś widźiał? Izali ia y mátká twoiá y bráćia twoi kłániáć ćiſię będźiemy do źiemie?

11. Zayźrzeli mu tedy bráćia iego: á oćiec milcząc rzecz uważał.

12. A gdy bráćia iego, páſąc bydło oycá ſwego, mieſzkáli w Sichem,

13. Rzekł do niego Iſráel: Bráćia twoi páſą owce w Sichimie; podź poſlę ćię do nich.

14. Kto-

43. Dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom habitantes in terra imperii ſui, ipſe eſt Eſau pater Idumæorum.

CAPUT XXXVII.

Joſeph fratres apud patrem accuſat, viſaque ſomnia narrans, fratrum odium in ſe concitat. 6. Quare primum volentes illum occidere, conſilio Judæ vendunt Iſmaëlitis, inſcio Ruben: 26. A patre lugetur, & in Ægypto Putiphari venditur. 31.

1. Habitavit autem Jacob in terra Chanaan, *a* in qua pater ſuus peregrinatus eſt.

2. Et hæ ſunt generationes ejus: Joſeph cum ſedecim eſſet annorum *b* paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer: & erat cum filiis Balæ & Zelphæ uxorum patris ſui: accuſavitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.

3. Iſraël autem diligebat Joſeph ſuper omnes filios ſuos, eo quod in ſenectute genuiſſet eum: fecitque ei tunicam polymitam.

4. Videntes autem fratres ejus quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.

5. Accidit quoque, ut viſum ſomnium referret fratribus ſuis: quæ cauſa majoris odii ſeminarium fuit.

6. † Dixitque ad eos: Audite ſomnium meum, quod vidi:

7. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtroſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum.

8. Reſponderunt fratres ejus: Numquid rex noſter eris? aut ſubjiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorum atque ſermonum, invidiæ & odii fomitem miniſtravit.

9. Aliud quoq; vidit ſomnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per ſomnium, quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas undecim, adorare me.

10. Quod cum patri ſuo, & fratribus retuliſſet, increpavit eum pater ſuus, & dixit: Quid ſibi vult hoc ſomnium, quod vidiſti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te *c* ſuper terram?

11. Invidebant ei igitur fratres ſui: pater vero rem tacitus conſiderabat.

12. Cumque fratres illius in paſcendis gregibus patris morarentur in Sichem,

13. Dixit ad eum Iſraël: Fratres tui paſcunt oves in Sichimis: veni, mittam te ad eos.

14. Quo

a Nempe in Hebron, Supra 35. 27.

b Completorum ſcilicet, unde codices Heb. Chald. & Græci illum notant 17. annorum tunc fuiſſe: nempe inchoatorum. Anno M. 2276. Ant. Chr. 1728.

† Fer. 6. Poſt Dom. 2. Quadr. Curet devotus lector, in ejusmodi hiſtoriis aſſurgere ad ſenſum myſticum conſiderando in Joſepho Chriſtum venditum &c.

c id in Chriſto impletum eſt, ait S. Auguſtinus in Geneſ. b. 123.

14. Quo reſpondente, Præſto ſum, ait ei: Vade, & vide, ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora: & renuntia mihi, quid agatur.

15. Miſſus de valle Hebron, venit in Sichem: Invenitque eum vir errantem in agro: & interrogavit, quid quæreret.

16. At ille reſpondit: Fratres meos quæro, indica mihi, ubi paſcant greges.

17. Dixitque ei vir: Receſſerunt de loco iſto: audivi autem eos dicentes: Eamus in Dothain. Perrexit ergo Joſeph poſt fratres ſuos, & invenit eos in Dothain.

18. Qui cum vidiſſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitaverunt illum occidere:

19. Et mutuo loquebantur: Ecce ſomniator venit:

20. Venite, occidamus eum, & mittamus in ciſternam veterem: dicemusque: Fera peſſima devoravit eum: & tunc apparebit, quid illi proſint ſomnia ſua.

21. *a* Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat:

22. Non interficiatis animam ejus, nec effundatis ſanguinem: ſed projicite eum in ciſternam hanc *b*, quæ eſt in ſolitudine, manusque veſtras ſervate innoxias: hoc autẽ dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri ſuo.

23. Confeſtim igitur ut pervenit ad fratres ſuos, nudaverunt eum tunica talari & polymita:

24. Miſeruntque eum in ciſternam veterem, *c* quæ non habebat aquam.

25. Et ſedentes ut comederent panem, viderunt Iſmaëlitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum, portantes aromata, & reſinam, & ſtacten *d* in Ægyptum.

26. Dixit ergo Judas fratribus ſuis: quid nobis prodeſt, ſi occiderimus fratrem noſtrum, & celaverimus ſanguinem ipſius?

27. Melius eſt, ut venumdetur Iſmaëlitis, & manus noſtræ non polluantur: frater enim, & caro noſtra eſt. Acquieverunt fratres ſermonibus illius.

28. Et prætereuntibus *e* Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de ciſterna *f*, vendiderunt eum Iſmaëlitis, viginti argenteis *g*: qui duxerunt eum in Ægyptum.

29. Reverſusque Ruben ad ciſternam, non invenit puerum:

30. Et

a Infr. 24. 22.

b veterem.

c Hebr. vacuam.

d ſeu myrrhæ liquorem.

e Sap. 10. 13.

f Anno M. 2276. Ant. Chr. 1728. Ætatis ejus. 17 (Joſeph l. 2. cap. 3.) Ante Iſaaci obitum 12.

g ſeu ſiclis.

14. Ktory gdy odpowiedźiał: Gotowem, rzekł mu: Idź, á obacz ieſli ſię wſzyſtko ſzczęśliwie powodźi bráćiey y bydłu: á day mi znáć co ſię dźieie.

15. Poſłány z doliny Hebron przyſzedł do Sichem: y nádſzedł go ieden mąż błądzącego po polu, y ſpytał czegoby ſzukał:

16. A on odpowiedźiał: Bráćiey moiey ſzukam: powiedz mi kędy páſą trzody.

17. Y rzekł mu mąż: Odeſzli z mieyſcá tego: á ſłyſzałem ie mowiące: Podźmy do Dotháin. Poſzedł tedy Iozeph zá bráćią ſwoią y nálazł ie w Dotháin.

18. Ktorzy uyźrzawſzy go zdaleká, niżli przyſzedł do nich, myślili go zábić:

19. Y mowili do śiebie: Onoć idźie widoſen:

20. Podźćie zábiymy go y wrzućmy do ſtudnie ſtárey: y rzeczem zły źwierz go pożárł: á tám ſię pokaże, co mu pomogą ſny iego.

21. Co uſłyſzawſzy Ruben, ſtárał ſię wybáwić go z rąk ich, y mowił:

22. Nie zábiiayćie duſze iego, áni wylewayćie krwie, ále wrzuććie go do ſtudnie tey ktora ieſt ná puſzczy, á ręce wáſze záchowayćie niewinne: á to mowił, chcąc go wyrwáć z ręku ich y wroćić oycu ſwemu.

23. Wnet tedy ſkoro przyſzedł do bráćiey ſwey, zewlekli go z oney ſuknie długiey y wzorzyſtey,

24. Y wpuśćili go do ſtudnie ſtárey ktora nie miáłá wody.

25. A uśiadſzy áby iedli chleb, uyźrzeli Iſmáelity podrożne iádąc z Gáláád, y wielbłądy ich nioſące korzenie, y Reſinę, y ſtáktę do Ægyptu.

26. Rzekł tedy Iudas do bráćiey ſwey: Coż nam pomoże ieſli zábiiemy brátá náſzego y zátáiemy krew iego?

27. Lepiey że go przedamy Iſmáelitom, á ręce náſze niech ſię nie máżą, brát bowiem y ćiáło náſze ieſt: y przyzwolili bráćia ná mowy iego.

28. A gdy miiáli Mádiánitowie kupcy, wyćiągnąwſzy go z ſtudnie, przedáli go Iſmáelitom zá dwádźieśćiá ſrebrnikow, ktorzy go záwieźli do Ægyptu.

29. Y wroćiwſzy ſię Ruben do ſtudnie nie nálazł chłopięćiá:

30. Y

30. Y rozdárſzy odźienie, idąc do bráćiey ſwey rzekł: chłopięćiá niewidáć, á ia dokąd poydę?

31. Y wźięli ſuknię iego, y we krwi kozlęcey ktore byli zábili omoczyli.

32. Poſławſzy ktorzyby ią donieśli do oycá, y mowili: Tęſmy nálezli: oglą̇day ieſli ieſt ſuknia ſyná twego czy nie.

33. Ktorą poznawſzy oćiec, rzekł: Suknia ſyná mego ieſt, źwierz okrutny ziadł go, beſtia pożárłá Iozephá.

34. Y rozdárſzy ſzáty, oblokł ſię w włośienicę, płącząc ſyná ſwego przez długi czás.

35. A gdy ſię zeſzły wſzytkie dźieći iego, áby ulżyli żalu oycowſkiego, niechćiał przypuśćić poćieſzenia, ále rzekł: Zſtąpię do ſyná mego płácząc do piekłá: A gdy on ták trwał w żáłobie,

36. Mádiánitowie przedáli Iozephá w Ægyptćie Putiphárowi trzebieńcowi Pháráoná hetmánowi żołnierſtwá.

30. Et ſciſſis veſtibus pergens ad fratres ſuos, ait: Puer non comparet, & ego quo ibo?

31. Tulerunt autem tunicam ejus, & in ſanguine hœdi, quem occiderant, tinxerunt?

32. Mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc invenimus: vide, utrum tunica filii tui ſit an non?

33. Quam cum agnoviſſet pater, ait: Tunica filii mei eſt, fera peſſima comedit eum, beſtia devoravit Joſeph.

34. Sciſſisque veſtibus, indutus eſt cilicio *a* lugens filium ſuum multo tempore.

35. Congregatis autem cunctis liberis ejus ut lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipere, ſed ait: Deſcendam ad filium meum lugens in infernum *b*. Et illo perſeverante in fletu,

36. Madianitæ vendiderunt Joſeph in Ægypto Putiphari eunucho *c* Pharaonis, magiſtro militum.

a Hebr. ſacco.

b limbum.

c principi ſeu cubiculario.

ROZDZIAŁ XXXVIII.

Iudás miał trzy ſyny z żoną Chánáneyſką: Dwiema dał Thámár, á po śmierći ich ſam ią, niewiedząc, poznał, y miał Phâres y Zárám.

1. TEgoż czáſu odſzedſzy Iudás od bráćiey ſwey, zſtąpił do mężá Odollámitſkiego ná imię Hirám.

2. Y uyźrzał tám corkę człowieká Chánáneyſkiego imieniem Sue: y poiąwſzy zá żonę, wſzedł do niey.

3. Ktora poczęłá y porodźiłá ſyná, y názwał imię iego Her.

4. Y záśię począwſzy płod národzonego ſyná názwáłá Onan.

5. Porodźiłá też trzećiego: ktorego názwáłá Selá, po ktorego národzeniu więcey rodźić przeſtáłá.

6. A Iudás dał żonę pierworodnemu ſwemu Her, imieniem Thámár.

7. A Her był pierworodny Iudy złośliwy przed oblicznośćią Páńſką: y od niego zábit ieſt.

8. Rzekł tedy Iudás do Onaná ſyná ſwego: Wnidź do żony brátá twego, á złącz ſię z nią, ábyś wzbudźił naśienie brátu twemu.

9. On widząc, że ſię nie iemu ſynowie rodźić mieli, gdy wchodźił do żony brátá ſwego,

CAPUT XXXVIII.

Judas ex uxore Chananæa tres filios ſucepit. Primum & deinde ſecundum Thamar copulat: quibus mortuis. 6. Eam inſcius pro ſcorto cognovit, quo concubitu Phares & Zaram genuit 16.

1. EOdem tempore *d* deſcendens Judas à fratribus ſuis, divertit ad Virum Odollamitem, nomine Hiram.

2. *e* Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue: & accepta uxore, ingreſſus eſt ad eam.

3. Quæ concepit, & peperit filium, & vocavit nomen ejus Her.

4. *f* Rurſumque concepto fœtu, natum filium vocavit Onan.

5. Tertium quoque peperit, quem appellavit Sela; quo nato, parere ultra ceſſavit.

6. Dedit autem Judas uxorem primogenito ſuo Her. nomine Thamar.

7. *g* Fuit quoque Her primogenitus Judæ, nequam *h* in conſpectu Domini: & ab eo occiſus eſt.

8. Dixit ergo Judas ad Onan filium ſuum: Ingredere ad uxorem fratris tui, & ſociare illi, ut ſuſcites ſemen fratri tuo.

9. Ille ſciens non ſibi naſci filios *i*, introiens ad uxorem fratris ſui, ſemen fundebat

d paulo ante venditionem Joſeph. v. inf. 46. 12.

e 1. Par. 2. 1.

f Num. 26, 19.

g Num. 6. 19.

h impediens generationem, ne Thamar perderet venuſtatem Tirin. 1. Par. 2. 3.

i non ſuo, ſed fratris nomine vocandos.

debat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur.

10. Et idcirco percussit eum Dominus, quod rem detestabilem faceret.

11. Quam ob rem dixit Judas Thamar nurui suæ: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim, ne & ipse moreretur, sicut fratres ejus. Quæ abiit, & habitavit in domo patris sui.

12. Evolutis autem multis diebus, mortua est filia Sue uxor Judæ: qui post luctum consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ovium suarum, Ipse & Hiras opilio *a* gregis Odollamites, in Thamnas.

a Hebr. ejus amicus seu socius, de quo hic v. 1.

13. Nuntiatumque est Thamar, quod socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oves.

14. Quæ, depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum: & mutato habitu, sedit in bivio itineris, quod ducit Thamnam: eo quod crevisset Sela, & non eum accepisset maritum.

15. Quam cum vidisset Judas *b*, suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur.

b Contigit post venditionem Joseph. Gen. 46. 12.

16. Ingrediensque ad eam, ait: Dimitte me, ut coëam tecum: nesciebat enim, quod nurus sua esset.

17. Qua respondente: Quid dabis mihi, ut fruaris concubitu meo? Dixit: Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumque illa dicente: Patiar, quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas, quod polliceris.

18. Ait Judas: Quid tibi vis quo arrhabone dari? Respondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum, quem manu tenes. Ad unum igitur coitum mulier concepit,

19. Et surgens abiit: depositoque habitu, quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus.

20. Misit autem Judas hœdum per pastorem *c* suum Odollamitam, ut reciperet pignus, quod dederat mulieri: qui, cum non invenisset eam,

c Hebr. amicum & socium suum, de quo supra v. 1. & 12.

21. Interrogavit homines loci illius: Ubi est mulier, quæ sedebat in bivio? Respondentibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix;

22. Reversus est ad Judam, & dixit ei: Non inveni eam: sed homines loci illius dixerunt mihi: nunquam sedisse ibi scortum.

23. Ait

go, wypuszczał naśienie ná źiemię, áby się dźieći imieniem brátá iego nie rodźiły.

10. Y z tey przyczyny zábił go Pan, że rzecz brzydliwą czynił.

11. Y przetoż rzekł Iudás Thámárze niewiastce swoiey: Bądź wdową w domu oycá twego áż urośćie Selá syn moy: bał się bowiem by y on nie umárł, iáko bráćia iego. Ktora poszłá, y mieszkáłá w domu oycá swego.

12. A gdy minęło wiele dni, umárłá corká Suego żoná Iudászowá: ktory po żáłobie wźiąwszy poćieszenie, szedł do strzygących owce swe sam y Hirás owcarz trzody Odollámitá, do Lhámnás.

13. Y powiedźiano Thámárze, że świekier iey idźie do Thámnás ná strzyżenie owiec.

14. Ktora złożywszy száty wdowstwá, wźięłá ná się rąbek á odmieniwszy száty, uśiádłá ná rostáiu drogi, ktora wiedźie do Thámnás: dla tedo, że iuż był dorosł Selá, á nie wźięłá go zá mężá.

15. Ktorą uyźrzawszy Iudás, mniemał żeby byłá wszetecznicá: bo byłá nákryłá twarz swoię áby iey niepoznano:

16. Y wszedszy do niey, rzekł: Dopuść mi ábym miáł sprawę z tobą: bo nie wiedźiał żeby iego niewiastká byłá.

17. Ktora gdy odpowiedźiáłá: Co mi dasz, żebyś záżył obcowánia mego? Rrekł: Poszlęć koźiełká z trzod. A gdy záś oná rzekłá: Dopuszę ezego chcesz, ieśli mi dasz zastáwę áż przyszlesz co obiecuiesz.

18. Rzekł Iudás: Co chcesz żebym ći dał w zástáwie? Odpowiedźiáłá: Pierśćień twoy, y mánellę y laskę ktorą w ręce trzymasz. Ná iedno tedy zeszćie niewiástá poczęłá.

19. Y powstawszy poszłá: y złożywszy odźienie, ktore ná sobie miáłá, oblokłá się w száty wdowstwá.

20. Y posłał Iudás koźiełká przez pásterzá swego Odollámitę, áby odebrał zastáwę ktorą był dał niewieśćie: ktory nie nálazszy iey,

21. Pytał ludźi mieyscá onego: Gdźie iest niewiástá ktora śiedźiáłá ná rostáiu. A gdy wszyscy odpowiedźieli, że nie byłá ná tym mieyscu nierządnicá:

22. Wroćił się do Iudy y rzekł mu: Nie nálazłem iey: lecz y ludźie mieyscá onego powiedáli mi, że tám nigdy nie śiedźiáłá wszetecznicá.

23. Rzekł

23. Rzekł Iudás: Niechże ſobie ma: kłamſtwá iśćie nam zádáć niemoże, iam poſłał koźlę ktorem był obiecał, á tyś iey nie nálazł.

24. Alię po trzech mieśiącách powiedźiano ludźie, mowiąc: Wyſtąpiłá Thámár niewiaſtká, y zda ſię że ſię żywot iey wzdyma. Y rzekł Iudás, Wywiedźćie ią áby byłá ſpaloná.

25. Ktorą gdy wiedźiono ná śmierć, poſłáłá do świekrá ſwego, mowiąc: Z tego męża ktorego te rzeczy ſą, iam poczęłá: poznay cziy to pierśćien y mánellá y laſká.

26. Ktory poznawſzy ſwe dáry rzekł: Sprawiedliwſza nád mię, żem iey nie dał Seli ſynowi memu. Wſzákoż więcey iey nie uznał.

27. A gdy przychodźił czás porodzenia, ukazáły ſię bliźniętá w żywoćie: á w ſámym wychodzeniu dźiatek, ieden wyśćibił rękę, ná ktorey bábá uwiązáłá nić czerwoną, mowiąc:

28. Ten naprzod wynidźie.

29. Ale gdy on záś wćiągnął rękę, wyſzedł drugi: y rzekłá niewiáſtá: Czemu przerwána ieſt dla ćiebie przegrodá? y z tey przyczyny názwano imię iego Phares.

30. Potym wyſzedł brát iego, ná ktorego ręce byłá nić czerwona: ktorego názwáłá Zárą.

23. Ait Judas: Habeat ſibi, certe mendacii arguere nos non poteſt, ego miſi hœdum, quem promiſeram, & tu non inveniſti eam.

24. Ecce autem poſt tres menſes nuntiaverunt Judæ, dicentes: Fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur uterus illius intumeſcere. Dixitque Judas: Producite eam, ut comburatur. *a*

a adulterii pœna tunc ignis fuit.

25. Quæ, cum duceretur ad pœnam, miſit ad ſocerum ſuum, dicens: De viro, cujus hæc ſunt, concepi: cognoſce cujus ſit annulus, & armilla, & baculus.

26. Qui agnitis muneribus, ait: Juſtior me eſt, quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen ultra non cognovit eam.

27. *b* Inſtante autem partu, apparuerunt gemini in utero: atque in ipſa effuſione infantium, unus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit coccinum, dicens:

b Matth. 1.3.

28. Iſte egredietur prior.

29. Illo vero retrahente manum, egreſſus eſt alter: dixitque mulier: Quare diviſa eſt propter te maceria *c*? & ob hanc cauſam vocavit nomen ejus Phares.

c membrana qua involvitur fœtus.

30. *d* Poſtea egreſſus eſt frater ejus, in cujus manu erat coccinum: quem appellavit Zara.

d 1. Par. 2.4.

ROZDZIAŁ XXXIX.

Gdy ſię Iozephowi ná wſzem ſzczęśliwie wodźiło, Páni gdy go pożyć ná nierząd nie mogłá, oſkárżyłá go przed Pánem, á on do ćiemnice go wrzućił, wſzákże y tám Pan Bog go nieopuśćił.

1. Iozeph tedy był záwiedźion do Ægyptu, y kupił go Putiphar, trzebiniec Rháráonow, hetman woyſká, mąż Ægyptiánin z ręku Iſmáelitow, od ktorych był przywiedźiony.

2. Y był Pan z nim, y był mężem we wſzyſtkim ſzczęśliwie poſtępuiąc: y mieſzkał w domu páná ſwego,

3. Ktory bárzo dobrze wiedźiał że Pan ieſt z nim, á iż wſzytko co czynił, on ſzczęśćił w ręku iego.

4. Y nálazł Iozeph łáſkę przed pánem ſwoim, y ſłużył mu: od ktorego będąc przełożonym nád wſzyſtkim, rządźił dom ſobie zwierzony y wſzytko co mu było zlecono:

5. Y błogoſłáwił Pan domowi Ægyptiánina dla

CAPUT XXXIX.

Proſpere agit Joſeph apud herum Putipharum, 1. Contemnit heram ſæpius de concubitu interpellantem. 7. Accuſatur apud dominum, in carcerem conjicitur: ubi cuſtodis gratiam nactus, omnium vinctorum curam habet 13.

1. IGitur Joſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus *e* Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius de manu Iſmaëlitarum à quibus perductus erat.

e miniſter regius.

2. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſpere agens: habitavitque in domo domini ſui,

3. Qui optime noverat Dominum eſſe cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi *f* in manu illius.

f proſperari

4. Invenitque Joſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei, à quo præpoſitus omnibus, gubernabat creditam ſibi domum, & univerſa, quæ ei tradita fuerant:

5. Benedixitque Dominus domui Ægyptii propter

propter Joſeph, & multiplicavit tam in ædibus quam in agris cunctam ejus ſubſtantiam:

6. Nec quidquam aliud noverat *a*, niſi panem, quo veſcebatur. Erat autem Joſeph pulchra facie, & decorus aſpectu.

a rejectæ omni curæ in Joſeph,

7. Poſt multos *b* itaque dies injecit domina ſua oculos ſuos in Joſeph, & ait dormi mecum.

b Anno M. circiter 2286 Ant. Chriſt. 1718. vita Joſephi 27. Torn. & Abul.

8. Qui nequaquam acquieſcens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua:

9. Nec quidquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor ejus es: quomodo ergo poſſum hoc malum *c* facere, & peccare in Deum meum? *d*

c Hebr. malum grande, *d* tam benignum & providum.

10. Hujuſcemodi verbis per ſingulos dies & mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum.

11. Accidit autem quadam die, ut intraret Joſeph domum, & operis quidpiam absque arbitris faceret:

12. Et illa apprehenſa lacinia *e* veſtimenti ejus, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu ejus pallio fugit, & egreſſus eſt foras.

e i. Extrema fimbria, ſeu ora veſtimenti.

13. Cumque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam *f*,

f quod fugiſſet foras.

14. Vocavit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, ut illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, ut coiret mecum: cumque ego ſucclamaſſem,

15. Et audiſſet vocem meam, reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras.

16. In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito revertenti domum,

17. Et ait: Ingreſſus eſt ad me ſervus Hebræus, quem adduxiſti, ut illuderet mihi:

18. Cumque audiſſet me clamare, reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras.

19. His auditis dominus, & nimium credulus verbis conjugis, iratus eſt valde:

20. *g* Tradiditque Joſeph in carcerem, ubi vincti regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus.

g Pſal. 104. 18.

21. Fuit autem Dominus cum Joſeph, & miſertus illius dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris.

22. Qui tradidit in manu *h* illius univerſos vinctos, qui in cuſtodia tenebantur: & quidquid fiebat, ſub ipſo erat.

h ſeu cura.

23. Nec

dla Iozepha: y rozmnożył ták w domu, iáko y ná polu, wſzytkę máiętność iego:

6. Y nioczym inſzym niewiedźiał, iedno o chlebie ktorego pożywał. A Iozeph był piękney twarzy, y wdźięczny ná weyźrzeniu.

7. Po wielu tedy dny, obroćiłá páni iego oczy ſwe ná Iozephá, y rzekłá, Spi zemną.

4. Do ktorych on rzekł łáſkáwie: Przyſtąpćie ſię do mnie. A gdy przyſtąpili bliſko, Iamći ieſt, práwi, Iozeph brát wáſz, ktoregośćie przedáli do Ægyptu.

5. Nieboyćie ſię, y niech ſię wam niezda rzecz ćiężka, żeśćie mię przedáli do tych kráiow: Dla zdrowia bowiem wáſzego poſłał mię Bog przed wámi do Ægyptu.

6. Dwie lećie bowiem temu iáko głod począł bydź ná źiemi: á ieſzcze pięć lat zoſtáie, ktorych nie będźie ſię mogło oráć áni żąć.

7. Y Bog mię wprzod poſłał ábyśćie byli záchowáni ná źiemi, á żebyśćie mogli mieć pokármy ku żywnośći.

8. Nie wáſzą rádą, ále zá Bożą wolą tu ieſtem poſłány: ktory mię uczynił iáko oycem Pháráonowym, y pánem wſzytkiego domu iego, y przełożonym we wſzytkiey źiemi Ægyptſkiey.

9. Spie-

CAPUT XLV.

Joſeph ſe fratribus manifeſtat. 1. Præcipit advocare patrem cum univerſa domo: fratresque cum muneribus ad patrem remittit. 16. Qui iſto nuntio valde lætatur. 25.

1. NOn ſe poterat ultra cohibere Joſeph multis coram abſtantibus: unde præcepit, ut egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ.

2. Elevavitq; vocem cum fletu: quam audierunt Ægyptii, omniſque domus Pharaonis.

3. Et dixit fratribus ſuis: Ego ſum Joſeph: adhuc pater meus vivit? Non poterant reſpondere fratres nimio terrore perterriti.

4. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cum acceſſiſſent prope, *b* Ego ſum, ait, Joſeph, frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum. *b* Act. 7. 13.

5. Nolite pavere, neque vobis durum *c* eſſe videatur, quod vendidiſtis me in his regionibus: *d* pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. *c* ſeu] tormentum modo. *d* Infr. 50. 20.

6. Biennium eſt enim, quod cœpit fames eſſe in terra: & adhuc quinque anni reſtant, quibus nec arari poterit nec meti.

7. Præmiſitque me Deus ut reſervemini ſuper terram, & eſcas ad vivendum habere poſſitis.

8. Non veſtro conſilio, ſed DEI voluntate huc miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrem *e* Pharaonis, & dominum univerſæ domus ejus, ac principem in omni terra Ægypti. *e* i. inſtructorem & doctorem.

M

9. Fe-

9. Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Joſeph: Deus fecit me Dominum univerſæ terræ Ægypti: deſcende ad me, ne moreris,

10. Et habitabis in terra Geſſen: eriſque juxta me tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum, oves tuæ, & armenta tua, & univerſa, quæ poſſides.

11. Ibique te paſcam (adhuc enim quinque anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia, quæ poſſides.

12. En oculi veſtri, & oculi fratris mei Benjamin vident, quod os meum *a* loquatur ad vos.

a materna lingua ſine interprete, me Joſephum eſſe.

13. Nuntiate patri meo univerſam gloriam meam, & cuncta quæ vidiſtis in Ægypto: feſtinate, & adducite eum ad me.

14. Cumque amplexatus recidiſſet in collum Benjamin fratris ſui, flevit: illo quoque ſimiliter flente ſuper collum ejus.

15. Oſculatusque eſt Joſeph omnes fratres ſuos, & ploravit ſuper ſingulos: poſt quæ auſi ſunt loqui ad eum.

16. Auditumque eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula regis: Venerunt fratres Joſeph: & gaviſus eſt Pharao, atque omnis familia ejus.

17. Dixitque ad Joſeph, ut imperaret fratribus ſuis, dicens: Onerantes jumenta, ite in terram Chanaan:

18. Et tollite inde patrem veſtrum & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam *b* terræ.

b Hebr. pinguedinem.

19. Præcipe etiam, ut tollant plauſtra de terra Ægypti, ad ſubvectionem parvulorum ſuorum ac conjugum: & dicito: Tollite patrem veſtrum, & properate quantocius venientes.

20. Nec dimittatis quidquam de ſupellectili veſtra: quia omnes opes Ægypti, veſtræ erunt.

21. Feceruntque filii Iſraël, ut eis mandatum fuerat. Quibus dedit Joſeph plauſtra, ſecundum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere.

22. Singulis quoque proferri juſſit binas ſtolas *c*: Benjamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque ſtolis optimis:

c Hebr. Veſtes mutatorias v. 4. Reg. 5. & Zach. 3. ubi mutatoriæ veſtes ſignificant pretioſas.

23. Tantumdem pecuniæ & veſtium mittens patri ſuo, addens & aſinos decem, qui ſub-

9. Spieſzćie ſię y iedźćie do oycá mego, á powiedźćie mu: Toć wſkázuie ſyn twoy Iozeph: Bog mię uczynił pánem wſzytkiey źiemie Ægyptſkiey, przyiedź do mnie, nie mieſzkay.

10. Y będźieſz mieſzkał w źiemi Geſſen, á będźieſz przy mnie ty y ſynowie twoi, y ſynowie ſynow twoich, owce twoie y bydło twoie, y wſzyſtko co maſz.

11. Y tám ćię będę żywił, (bo ieſzcze zoſtáie pięć lat głodu) ábyś y ty nie zginął, y dom twoy, y wſzyſtko co maſz.

12. Oto oczy wáſze y oczy brátá mego Beniáminá widzą że uſtá moie mowią do was.

13. Oznáymićieſz oycu memu wſzytkę zacność moię, y wſzytko cośćie widźieli w Ægyptćie. Spieſzćieſz ſię á przywieźćie go do mnie.

14. A gdy obłápiáiąc padł ná ſzyię Beniáminá brátá ſwego, płákał: á on też tákże płákał ná ſzyi iego.

15. Y cáłował Iozeph wſzytkę bráćią ſwoię y płákał nád káżdym: po tym śmieli mowić do niego.

16. Y uſłyſzano ieſt, y gęſtą mową rozgłoſzono ná dworze krolewſkim: Przyiácháli bráćia Iozephowi, y urádował ſię Pháráo y wſzyſtek dom iego.

17. Y rzekł do Iozephá, áby roſkazał bráćiey ſwey: mowiąc: Nákładſzy ná bydlętá, iedźćie do źiemie Chánáneyſkiey,

18. A weźćie z támtąd oycá wáſzego y rodźinę, á przyiedźćie do mnie, á ia wam dam wſzyſtkie dobrá Ægyptſkie, ábyśćie używáli tłuſtości źiemie.

19. Roſkaż też áby wźięli wozy z źiemie Ægyptſkiey, dla odwieźienia dźiatek y żon ſwych: á mow: Weźmićie oycá wáſzego á ſpieſzćie ſię co naprędzey przyieżdżáiąc.

20. A niezoſtáwiayćie nie z ſprzętu wáſzego, bo wſzyſtkie bogáctwá Ægyptſkie wáſze będą.

21. Y uczynili ſynowie Izráelowi iáko im kazáno. Ktorym dał Iozeph wozy, według Pháráonowego roſkazánia y ſtráwy ná drogę.

22. Káždemu też kazał przynieść dwie ſzáćie: á Beniáminowi dał trzy ſtá śiebrnikow z piąćią ſzat co nalepſzych.

23. Ták wiele też pieniądzy y ſza[t] poſyłáiąc oycu ſwemu, przydawſzy y oſłow dźieśęć,

kto-

ktorzyby odwieźli ze wszystkich bogactw Ægyptu: y tákże wiele oślic niosących pszenice y chleb w drodze.

24. Puścił tegy bráćią swą: á gdy odieżdżáli, mowił im: Nie gniewayćie się w drodze.

25. Ktorzy wyiáchawszy z Ægyptu, przyszli do źiemie Chánáneyskiey do oycá swego Iákobá.

26. Y oznaymili mu, mowiąc: Iozeph syn twoy żyw, á on pánuie wewszystkiey źiemi Ægyptskiey. Co usłyszawszy Iákob, iákoby z ćiężkiego snu ocknąwszy, przedśię im niewierzył.

27. Oni przedśię powiádáli mu wszytek porządek rzeczy. A gdy uyźrzał wozy y wszysko co mu posłał, ożył duch iego,

28. Y rzekł: Dosyć mi ná tym, iesli ieszcze syn moy Iozeph żyw ie, poydę, á oglądam go pierwey niżli umrę.

subveherent ex omnibus divitiis Ægypti: & totidem asinas, triticum in itinere *a* panesque portantes.

24. Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait: Ne irascamini *b* in via.

25. Qui ascendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Jacob.

26. Et nuntiaverunt ei, dicentes: Joseph filius tuus vivit: & ipse dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Jacob quasi de gravi somno evigilans, tamen non credebat eis.

27. Illi e contra referebant omnem ordinem rei. Cumque vidisset plaustra, & universa quæ miserat, revixit spiritus ejus.

28. Et ait: Sufficit mihi, si adhuc Joseph filius meus vivit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

a Hebr. pro patre suo ad iter.

b ne contendatis.

ROZDZIAŁ XLVI.

Iákob wźiąwszy znowu obietnicę od Bogá, ze wszystkim rodem prowádźi się do Ægyptu: Imioná narodu iego wypisuie. Iozeph wyiáchawszy przeciw niemu, káże mu się powiádáć Pásterzem owiec.

1. Y Poiáchawszy Izráel ze wszystkim co miał, przyiáchał do studnie przyśięgi, y nábiwszy tám ofiar, Bogu oycá swego Izááká,

2. Usłyszał go w widzeniu w nocy, á on go woła y mowi k niemu, Iákobie: ktoremu odpowiedźiał: Owom ia.

3. Rzekł mu Bog: Iam iest namocnieyszy Bog oycá twego: nie boy się, iedź do Ægyptu, bo ćię tám rozmnożę w narod wielki.

4. Ia tám z tobą zstąpię, y ia ćię z támtąd przyprowádzę wrácaiącego się: Iozeph też położy ręce swe ná oczy twoie.

5. Y powstał Iákob od studnie przyśiągi: y wźięli go synowie, z dźiatkámi y z żonámi swoimi ná wozy, ktore był posłał Pháráon áby wieźiono stárcá,

6. Y wszystko co miał w źiemi Chánáneyskiey: y przyiáchał do Ægyptu ze wszystkim náśienim swoim.

7. Synowie iego y wnukowie, corki, y wszystek rod wespoł.

8. A te są imioná synow Izráelowych, ktorzy weszli do Ægyptu, on z syny swemi. Pierworodny Ruben.

CAPUT XLVI.

Jacob renovata Dei promissione cum filiis ac nepotibus, qui recensentur, in Ægyptum descendit. 1. Occurrens eis Joseph suadet, ut Pharaoni dicant se pastores ovium esse 29.

1. PRofectusque Israël cum omnibus quæ habebat, venit * ad Puteum juramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac,

2. Audivit eum per visionem noctis vocantem se, & dicentem sibi: Jacob, Jacob. Cui respondit: Ecce adsum.

3. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi.

4. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te *c* revertentem: Joseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.

5. Surrexit autem Jacob à puteo juramenti: *d* tuleruntque eum filii cum parvulis & uxoribus suis in plaustris, quæ miserat Pharao ad portandum senem,

6. Et omnia quæ possederat in Terra Chanaan: *e* venitque in Ægyptum cum omni semine suo.

7. Filii ejus, & nepotes, filiæ, & cuncta simul progenies.

8. Hæc sunt autem nomina filiorum Israël, qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis suis, *f* Primogenitus Ruben.

* Ineunte 3. Anno famis A.M. 2298. Ant. Christ. 1706.

c posteros tuos & ossa tua.

d Act. 7. 15.

e Jos. 24. 5. Psal. 104. 23. Isai. 52. 4.

f Exod. 1. 2. 6 14. Num. 26. 5. 1. Par. 5. 1.

9. Sy- M 2 9. Filii

9. Filii Ruben: Henoch & Phallu & Hesron & Charmi.

10. *a* Filii Simeon: Jamuel & Jamin & Ahod, & Jachin & Sohar, & Saul filius Chanaanitidis.

11. *b* Filii Levi: Gerson & Caath & Merari.

12. *c* Filii Juda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. Mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanaan. Natique sunt filii Phares: Hesron & Hamul.

13. *d* Filii Issachar: Thola & Phua & Job & Semron.

14. Filii Zabulon: Sared & Edon & Jahelel.

15. Hi filii Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua: omnes animæ filiorum ejus & filiarum, triginta tres. *e*

16. Filii Gad: Sephion & Haggi & Suni & Esebon & Heri & Arodi & Areli.

17. Filii Aser, Jamne & Jesua & Jessui & Beria, Sara quoque soror eorum. Filii Beria: Heber & Melchiel.

18. Hi Filii Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ: & hos genuit Jacob sedecim animas.

19. Filii Rachel uxoris Jacob: Joseph & Benjamin.

20. *f* Natique sunt *g* Joseph filii in Terra Ægypti, quos genuit ei Aseneth filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim.

21. Filii Benjamin: *h* Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared.

22. Hi filii Rachel quos genuit Jacob: omnes animæ, quatuordecim.

23. Filii Dan: Husim.

24. Filii Nephthali: Jasiel & Guni & Jeser & Sallem.

25. Hi filii Balæ quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos genuit Jacob: omnes animæ septem.

26. Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque uxoribus filiorum ejus, sexaginta sex *i*.

27. Filii autem Joseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. *k* Omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta. *l*

28. Misit autem Judam ante se ad Joseph, ut nuntiaret ei, & occurreret in Gessen *m*.

29. Quo

a Ex 6. 15. † 1. Par. 4. 24.
b 1. Par. 6. 1.
c 1. Par. 2. 3. † 4. 21.
d 1. Par. 7. 1.
e Qui numerus ita est intelligendus, ut Her & Onan sublatis: (quippe in terra Chanaan mortuis) ipse Jacob cum aliis jungatur, ut asserit Hieron. Unde etiam sup. v. 8. sic exprimitur, ipse cum liberis suis. Cui consonat. v. 27. Omnes animæ Domus Jacob.
f 1. Par. 7. 30.
g Sup. 41. 50.
h 1. Par. 7. 6. 8. 1.
i ibi non comprehenditur Jacob.
k Deut. 10. 22.
l hic & Jacob & Joseph comprehenduntur.
m hæc postea dicta est Tebais Sà.

9. Synowie Rubenowi: Henoch, y Phallu, y Hesron, y Chármi.

10. Synowie Simeonowi: Iámuel, y Iámin, y Ahod, y Iachin, y Sohár, y Saul Syn Chánáneyſkiey niewiáſty.

11. Synowie Lewi Gerſon, y Káath, y Meráry.

12. Synowie Iudy Her, y Onán, y Selá, y Pháres, y Zárá. Lecz Hery Onán, umárli w źiemie Chánáneyſkiey. Y urodźili ſię ſynowie Pháreſowi, Heſron, y Hámul.

13. Synowie Iſſáchárowi: Tholá, y Phua, y Iob, y Semron.

14. Synowie Zábulonowi: Sáred, y Elon, y Iáhelel.

15. Ci ſynowie Liiey, ktore urodźiłá w Mezopotámiiey Siriyſkiey z Dyną corką ſwą: wſzyſtkich duſz ſynow iego y corek, trzydźieśći y trzy.

16. Synowie Gádowi Sephion, y Haggi, y Suni, y Eſebon, y Heri, y Arody, y Areli.

17. Synowie Aſſer: Iámme, y Ieſua, y Ieſſui, y Beria, y Sárá śioſtrá ich: Synowie Bery, Heber, y Melchiel.

18. To ſynowie Zelphy, ktorą dał Lábán Liiey corce ſwey: y te urodźiłá Iákobowi ſzeſnaśćie duſz.

19. Synowie Ráchel żony Iákobowey Iozeph, y Benjámin.

20. Y urodźili ſię Iozephowi ſynowie w źiemi Ægyptſkiey, ktore mu urodźiłá Aſſeneth corká Putiphárá kápłaná Heliopolſkiego: Mánáſſes y Ephraim.

21. Synowie Beniáminowi: Belá, y Bechor, y Asbel, y Gerá, y Náámán, y Echi, y Ros, y Mophim, y Ophim, y Arad.

22. Ci ſynowie Ráchel ktore urodźiłá Iákobowi: wſzytkiach duſz czternáśćie.

23. Synowie Dán, Huſim.

24. Synowie Nephtalim: Iaśiel, y Guni, y Ieſer, y Sallem.

25. To ſynowie Bálley, ktorą dał Lábán Rácheli corce ſwey: y te urodźiłá Iákobowi: wſzytkich duſz śiedm.

26. Wſzytkich duſz ktore weſzły z Iákobem do Ægyptu, y wyſzły z biodry iego, oprocz żon ſynow iego, ſześćdźieśiąt y ſześć.

27. A ſynowie Iozephowi, ktorzy mu ſię urodźili w źiemi Ægyptſkiey, duſze dwie: Wſzytkich duſz domu Iákobowego, ktorego weſzły do Ægyptu było śiedmdźieśiąt.

28. Y poſłał Iudę przed ſobą do Iozephá, áby mu oznaymił y záiáchał do Geſſen.

29. Dokąd

29. Dokąd gdy przyſzedł, záprzągſzy Iozeph ſwoy woz, wyiáchał przećiw oycu ſwemu ná onoż mieyſce: á uyźrzawſzy go, rzućił ſię ná ſzyię iego, y obłápiaiąc go płákał.

30. Y rzekł oćiec do Iozephá: Iuż weſoło umrę: gdyżem oglądał oblicze twoie, á ćiebie żywego zoſtáwuię.

31. A on rzekł do bráćiey ſwey, y do wſzytkiego domu oycá ſwego: Poiádę y opowiem Pháráonowi, y rzekę mu: Bráćia moy y dom oycá mego, ktorzy byli w źiemy Chánáneyſkiey, przyiácháli do mnie:

32. A ſą mężowie páſterze owiec, y báwią ſię wychowániem trzod: owce ſwe y bydłá, y wſzytko co mogli mieć przywiedli z ſobą.

33. A gdy was przyzowie y rzecze: Co zá robotá wáſzá?

34. Odpowiećie: Mężowie páſterze ieſteſmy ſłudzy twoi, od dźiećińſtwá náſzego áż dotąd, y my, y oycowie náſzy. A to rzeczećie, ábyśćie mieſzkáć mogli w źiemi Geſſen: bo ſię brzydzą Ægyptiánie wſzelkimi páſterzmi owiec.

29. Quo cum perveniſſet, juncto Joſeph curru ſuo, aſcendit obviam patri ſuo ad eumdem locum: videnſque eum, irruit ſuper collum ejus, & inter amplexus flevit.

30. Dixitque pater ad Joſeph: Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo.

31. At ille locutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnem domum patris ſui: Aſcendam & nuntiabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me:

32. Et ſunt viri paſtores ovium, curamque habent alendorum gregum: pecora ſua, & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt ſecum,

33. Cumque vocaverit vos, & dixerit: quod eſt opus veſtrum?

34. Reſpondebitis: Viri paſtores ſumus ſervi tui, ab infantia noſtra uſque in præſens, & nos & patres noſtri. Hæc autem dicetis, ut habitare poſſitis in terra Geſſen: quia deteſtantur Ægypti omnes paſtores ovium, *a*

a quia mactant animalia, quæ illi colunt.

ROZDZIAŁ XLVII.

Iákob do Ægyptu przyiáchał, y oſádźił ſię w Geſſen: Głod ták párł Ægyptczyki, że y bydło, y źiemię ná krolá poprzedáli: Potym piątą część pożytkow Krolowi poſtąpili ná wieczność: Iákob potym Iozephá o pogrzeb ſwoy przyśięgą záwiązał.

1. PRzyiáchawſzy tedy Iozeph, oznaymił Pháráonowi, mowiąc: Oćiec moy y bráćia, owce ich y bydło, y wſzyſtko co máią, przyſzli z źiemie Chánáneyſkiey, á oto ſtoią w źiemi Geſſen.

2. Oſtátnich też z bráćiey ſwey piąći mężow poſtáwił przed krolem.

3. Ktorych on zopytał: Co zá robotę maćie? odpowiedźieli: Páſterze owiec ieſteſmy ſłudzy twoi, y my, y oycowie náſzy.

4. Przyſzliſmy w gośćinę do źiemie twoiey: bo niemáſz trawy trzodam ſług twoich, iż ćiężki głod w źiemi Chánáneyſkiey, y proſimy ábyś nam ſługam twoim kazał bydź w źiemi Geſſen.

5. Rzekł tedy krol do Iozeph: oćiec twoy y bráćia twoi przyiácháli do ćiebie.

6. Ziemiá Ægyptſka ieſt przed tobą: każ im mieſzkáć

CAPUT XLVII.

Introducto Jacob cum filiis ad Pharaonem, terra Geſſen conceditur; 1. Fames cogit Ægyptios vendere pecora & terram; hinc quinta pars fructuum regibus Ægypti perpetuo cedit, 15. Poſt annos ſeptendecim Jacob adjurat Joſeph de ſua ſepultura. 27.

1. INgreſſus ergo Joſeph nuntiavit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres, oves eorum & armenta & cuncta quæ poſſident, venerunt de terra Chanaan, & ecce conſiſtunt in terra Geſſen.

2. Extremos *b* quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram rege:

b abjectiori aſpectu, ſc. ne rex eos faceret milites.

3. Quos ille interrogavit: Quid habetis operis? Reſponderunt: Paſtores ovium ſumus ſervi tui, & nos, & patres noſtri.

4. Ad peregrinandum in terra tua venimus: quoniam non eſt herba gregibus ſervorum tuorum, ingraveſcente fame in terra Chanaan: petimuſque, ut eſſe *c* nos jubeas ſervos tuos in terra Geſſen.

c Habitare.

5. Dixit itaque rex ad Joſeph: Pater tuus & fratres tui venerunt ad te.

6. Terra Ægypti in conſpectu tuo eſt: in opti-

optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Gessen. Quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

7. Post hæc introduxit Joseph patrem suum ad regem, & statuit eum coram eo: qui benedicens *a* illi,

8. Et interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?

9. Respondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta *b* annorum sunt, parvi *c* & mali *d*, & non pervenerunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.

10. Et benedicto rege, egressus est foras.

11. Joseph vero patri & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco, Ramesses, ut præceperat Pharaon.

12. Et alebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis.

13. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maxime Ægypti & Chanaan.

14. E *e* quibus omnem pecuniam congregavit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis.

15. Cumque defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Joseph, dicens: *f* Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia?

16. Quibus ille respondit; Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis.

17. Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ovibus, & bobus, & asinis: sustentavitque eos illo anno pro commutatione pecorum.

18. Venerunt quoque anno secundo *g*, & dixerunt ei: Non celabimus dominum nostrum, quod deficiente pecunia, pecora simul defecerunt: nec clam te est, quod absque corporibus & terra nihil habeamus.

19. Cur ergo moriemur, te vidente? & nos & terra nostra tui erimus: eme nos in servitutem regiam, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem.

20. Emit igitur Joseph omnem terram Ægypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subjecitque eam Pharaoni,

21. Et cunctos populos ejus, à novissimis

a Salutem imprecans.

b Joseph vero 39. (tunc annum agebat, utpote 30. annorum, cum stetit coram Phar. ante copiæ an. 7. & duos famis. (sup. cap. 41.) Ac proinde natus est anno patris 91. ut notavimus sup. 30. 25.

c i. pauci.

d Pleni ærumnis.

e Anno M. 2300.

f Anno M. 2301. Ant. Chr. 2703.

g Altero à venditione pecorum, & Mundi 2302 qui est septimus & postremus famis.

mieszkáć ná nalepszym mieyscu, á day im ziemię Gessen. Ieśli wiesz że miedzy nimi są mężowie dowćipni, uczyń ie przełożonemi nád dobytki memi.

7. Potym wprowádźił Iozeph oycá swego do krolá y postáwił go przed nim; ktory błogosłáwiąc mu,

8. Y spytány od niego: Wiele ieſt dni lat wieku twego?

9. Odpowiedźiał: Dni pielgrzymowánia mego ieſt sto y trzydźieśći lat, krotkie á złe, y niedoszły áż do dni oycow moich, ktorych pielgrzymowáli.

10. Y błogosłáwiwszy krolá, wyszedł precz.

11. A Iozeph oycu y bráćiey swey dał ośiádłość w Ægyptćie ná naylepszym mieyszu źiemie, Rámesses, iáko był roſkazał Pháráon.

12. Y żywił ie y wszytek dom oycá swego dodáiąc żywnośći káżdemu.

13. Po wszytkim świećie bowiem chlebá nie było, á głod śćisnął był źiemię, nawięcey Ægyptską y Chánáneyską.

14. Z ktorych wszytkie pieniądze zebrał zá przedánie zbożá, y wniosł ie do skarbu krolewskiego.

15. A gdy nie sstáło płacey kupuiącym, przyszedł wszystek Ægypt do Iozephá, mowiąc: Day nam chlebá, przecz umieramy przed tobą, gdyż iuż niesstáie pieniądzy?

16. Ktorym odbowiedźiał: Przypędźćie mi bydło wásze, y dam wam za nie żywnożći, ieśli płacey niemaćie.

17. Ktore gdy przywiedli, dał im żywnośći zá konie, y zá owce, y zá woły, y zá osły, y żywił ie onego roku zá odmiánę bydłá.

18. Przyszli też do niego drugiego roku, y rzekli mu: Nie zátáimy przed pánem nászym, że gdy niesstáło pieniędzy, bydłá wespoł niesstáło: á nietáynoć, że krom ćiał y źiemie nic niemamy.

19. Czemuż tedy umrzemy przed oczymá twemi? my y źiemiá nászá twoi będźiemy: zákup nas ná służbę kroleską, á day nam náśienia, áby nie spustoszálá źiemiá gdyby zginął ktoby ią spráwował.

20. Kupił tedy Iozeph wszytkę źiemię Ægyptską, gdy káżdy przedawał ośiádłość swą dla wielkośći głodu. Y poddał ią Pháráonowi,

21. Y wszytkie ludźie iey od ostátnich gránic

nic Ægyptſkich, áż do koniecznych gránic iey.

22. Oprocz źiemie kápłáńſkiey, ktora im byłá daná od krola: ktorym y żywność náznáczoną z gumien poſpolitych dawano: y przetoż nie muśieli przedawáć ośiádłośći ſwoich.

23. Y rzekł Iozeph do ludu: Oto iáko widźićie y was y źiemię wáſzę Pháráon odźierżał: bierzćie naśienie, á ośieyćie role,

24. Abyśćie mogli mieć zboże. Piątą część daćie krolowi, á drugie cztery puſczam wam ná naśienie y ná wychowánie czeládźi y dźiatek wáſzych.

25. Ktorzy odpowiedźieli: Zdrowie náſze w ręce twoiey: niech tylko weyźrzy ná nas pan náſz, á z weſelem będźiemy ſłużyć krolowi.

26. Od onego czáſu áż do dniá dźiśieyſzego we wſzytkie źiemi Ægyptſkiey piątą część krolom płácą, y weſzło to iáko zá práwo, oprocz źiemie kápłáńſkiey, ktora wolna byłá od tey condicyiey.

27. Mieſzkał tedy Izráel w Ægyptćie, to ieſt, w źiemi Geſſen, y pośiadł ią y rozkrzewił, y rozmnożył ſię názbyt.

28. Y żył w niey śiedmnáśćie lat: y sſtáły ſię wſzytkie dni żywotá iego ſto czterdźieśći y śiedm lat.

29. A gdy widźiał że ſię przybliżał dźień śmierći iego, przyzwał Syná ſwego Iozephá, y rzekł do niego: Ieſlim nálazł łáſkę przed obliczem twoim, położ rękę twoię pod biodrę moię: y uczyniſz mi miłośierdźie y prawdę, żebyś mię nie grzebł w Ægyptćie:

30. Ale niechay ſpię z oycy memi, y wynieś mię z tey źiemie, á pochoway w grobie przodkow moich. Ktoremu odpowiedźiał Iozeph: Ia uczynię coś roſkazał.

31. A on rzekł: Przyśiężże mi tedy. Ktory gdy przyśiągł, pokłonił ſię Izráel Bogu obroćiwſzy ſię ku głowie łożá.

ROZDZIAŁ XLVIII.

Iozeph oycá Iákobá niemocnego náwidźił: Potym Iákob ſyny iego ſobie ſpoſobił, y błogoſłáwił, młodſzego, nád wolą Iozephową, przełożywſzy ſtárſzemu.

1. TO gdy ſię ták odpráwiło, dano znáć Iozephowi, iż zániemogł oćiec iego: ktory wźiąwſzy dwu ſynow Manáſſeſſá y Ephráimá, wybrał ſię w drogę.

2. Y

mis terminis Ægypti usque ad extremos fines ejus,

22. Præter terram ſacerdotum *a*, quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas.

23. Dixit ergo Joſeph ad populos: En ut cernitis, & vos & terram veſtram Pharao poſſidet: accipite ſemina & ſerite agros,

24. Ut fruges habere poſſitis. Quintam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familiis & liberis veſtris.

25. Qui reſponderunt: Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantum dominus noſter, & læti ſerviemus regi.

26. Ex eo tempore usque in præſentem diem, in univerſa terra Ægypti, regibus quinta pars ſolvitur, & factum eſt quaſi in legem absque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

27. Habitavit ergo Iſraël in Ægypto, id eſt, in terra Geſſen, & poſſedit eam: auctusque eſt, & multiplicatus nimis.

28. & vixit in ea decem & ſeptem annis: factique ſunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta ſeptem annorum.

29. Cumque appropinquare *b* cerneret diem mortis ſuæ, vocavit filium ſuum Joſeph, & dixit ad eum: Si inveni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuam *c* ſub femore meo: & facies mihi miſericordiam & veritatem, ut non ſepelias me in Ægypto:

30. Sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasque in ſepulchro majorum meorum *d*. Cui reſpondit Joſeph: Ego faciam, quod juſſiſti.

31. Et ille: Jura ergo, inquit, mihi. Quo jurante, adoravit Iſraël Deum, converſus ad lectuli caput *e*.

CAPUT XLVIII.

Joſeph ægrotantem inviſit patrem, iſte ejus filios Manaſſen & Ephraim ſibi adoptat, 1. Eos benedicens minorem contradicente Joſeph majori præponit; 13. Supra fratres partem unam Joſeph tribuit. 22.

1. HIs ita rransactis, nuntiatum eſt * Joſeph, quod ægrotaret pater ſuus: qui aſſumptis duobus filiis Manaſſe & Ephraim, ire perrexit.

2. Dictum-

a Ob immunitatem bonorum ſacerdotalium, quamvis Joſeph idolorum cultoribus non faveret.

b Anno M. 2315. Ant. Chr. 1689.

c Sup. 24. 2.

d Sup. 23. 17.

e Septuag. ad ſummitatem virgæ ſuæ.

* Eodem an. 2315.

2. Dictumque eſt ſeni: Ecce filius tuus Joſeph venit ad te. Qui confortatus *a* ſedit in lectulo.

a Reſumptis viribus.

3. Et ingreſſo ad ſe ait: Deus omnipotens *b* apparuit mihi in Luza quæ eſt in terra Chanaan: Benedixitque mihi,

b Sup. 28. 13.

4. Et ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboque tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te, in poſſeſſionem ſempiternam.

5. Duo ergo filii tui, qui *c* nati ſunt tibi in terra Ægypti, antequam huc venirem ad te, mei erunt *d* Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. *e*

c Sup. 41. 50.
d Joſ. 13. 7. 29.
e Conſtituent tribum & familiam duplicem.

6. Reliquos autem quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorum vocabuntur *f* in poſſeſſionibus ſuis.

f comprehendentur ſub Ephraim & Manaſſe.

7. Mihi enim, quando veniebam de Meſopotamia, *g* mortua eſt Rachel in terra Chanaan, in ipſo itinere, eratque vernum tempus: & ingrediebar Ephratam, & ſepelivi eam juxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem.

g Sup. 35. 19.

8. Videns autem filios ejus, dixit ad eum: Qui ſunt iſti?

9. Reſpondit: Filii mei ſunt, quos donavit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, ut benedicam illis.

10. Oculi enim Iſraël caligabant præ nimia ſenectute, & clare videre non poterat. Applicitosque ad ſe deoſculatus, & circumplexus eos,

11. Dixit ad filium ſuum: Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum.

12. Cumque tuliſſet eos Joſeph de gremio patris adoravit pronus in terram.

13. Et poſuit Ephraim ad dexteram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram Iſraël, Manaſſen vero in ſiniſtra ſua, ad dexteram ſcilicet patris, applicuitque ambos ad eum.

14. Qui extendens manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui major natu erat, commutans manus.

15. *h* Benedixitque Jacob filiis Joſeph, & ait: Deus, in cujus conſpectu ambulaverunt patres mei Abraham & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea usque in præſentem diem:

h Hebr. 11. 21.

16. *i* Angelus, qui eruit me de cunctis malis,

i Sup. 31. 29. 32. 2. Matth. 18. 10.

2. Y powiedźiáno ſtárcowi, oto ſyn twoy Iozeph przyiáchał do ćiebie. Ktory pokrzepiwſzy ſię uśiadł ná łożku.

3. A gdy wſzedł do niego, rzekł: Bog wſzechmogący ukazał mi ſię w Lużie, ktora ieſt w źiemi Chánáneyſkiey, y błogoſłáwił mi,

4. Y rzekł: Ia ćiebie rozkrzewię y rozmnożę, y uczynię ćię w gromády ludźi, y damći tę źiemię y naśieniu twemu po tobie w ośiádłość wieczną.

5. Dwá tedy ſynowie twoi, ktorzyć ſię urodźili w źiemi Ægyptſkiey pierwey niżem ia tu przyſzedł do ćiebie, moi będą: Ephraim y Mánáſſes, iáko Ruben y Symeon poczytáni mi będą.

6. Inni záśię ktore zrodźiſz po tych, twoi będą, á imieniem bráćiey ſwey będą zwáni w ośiadłośćiách ſwych.

7. Mnie bowiem kiedym ſzedł z Mezopotámiiey umárłá Ráchel w źiemi Chánáneyſkiey ná ſámey drodze, á był czás wioſny: y wchodźiłem do Ephraty, y pogrzebłem ią przy drodze Ephraty, ktorą inſzym imieniem zowią Bethlehem.

8. Y uyźrzawſzy ſyny iego, rzekł do niego: Co zacz ći ſą?

9. Odpowiedźiał Iozeph: ſynowie moi ſą, ktore mi dárował Bog ná tym mieyſcu. Przywiedź ie, práwi, do mnie, żebych im błogoſłáwił.

10. Oczy bowiem Izráelowe záćmione były od wielkiey ſtárośći, y iáſnie widźieć niemogł. A przytulone do śiebie, pocáłowawſzy y obłápiwſzy ie,

11. Rzekł do ſyná ſwego: Niepoſtrádałem widzenia twoiego: nád to pokazał mi Bog naśienie twoie.

12. A gdy ie wźiął Iozeph z łoná oycowego, pokłonił ſię niſko áż do źiemie.

13. Y poſtáwił Ephraimá po práwey ręce ſwoiey, to ieſt, po lewey Izráelowey: á Mánáſſeſſá po lewey ſwoiey, to ieſt, po práwey oycowſkiey, y przytulił obu do niego.

14. Ktory śćiągnąwſzy práwą rękę włożył ná głowę Ephraimá mnieyſzego brátá, á lewą ná głowę Mánáſſeſſá, ktory był ſtárſzy, ręce przełożywſzy.

15. Y błogoſłáwił Iákob ſynom Iozéphowym, y rzekł: Bog przed ktorego obliczem chodźili oycowie moy, Abráhám, y Izáák, Bog ktory mię żywi od młodośći moiey, áż do tego dniá:

16. Anyoł ktory mię wyrwał ze wſzytkiego

go złego, niech błogosławi tym dźieciom: á niech będźie wzywano nád nimi imię moie, á imioná oycow moich, Abráhámá, y Izáaká: y niech rostą w mnostwo ná ziemi.

17. A widząc Iozeph że oćiec iego położył práwą rękę ná głowę Ephraimowę, nie miło mu bárzo było: y uiąwszy rękę oycowę, chćiał ią podnieść z głowy Ephraimowey, á przenieść ná głowę Mánássessowę.

18. Y rzekł do oycá: Nie ták ma bydź oycze: bo ten iest pierworodny: położ práwicę twą ná głowę iego:

19. Ktory zbraniáiąc się, rzekł: Wiemći sýnu moy, wiem: y tenci wprawdźie urośćie w lud y rozmnoży się: wszakże brát iego młodszy, będźie więtszy nádeń, y naśienie iego rozmnoży się w narody.

20. Y błogosławił im czásu onego, mowiąc: W tobie będźie błogosłáwion Izráel, y będą mowić: Niechći uczyni Bog iáko Ephraimowi, y iáko Mánássessowi. Y postáwił Ephraimá przed Mánássessem.

21. Y rzekł do Iozephá syná swego: Oto ia umieram, á będźie Bog z wámi, y przywroći was do źiemie oycow wászych.

22. Dáię tobie część iednę mimo bráćią twoię, ktorąm wźiął z ręki Amorreyczyká mieczem y łukiem moim.

ROZDZIAŁ XLIX.

Iákob Synom swym z osobná błogosłáwiąc, przyszłe też rzeczy przepowiádáiąc, náznáczywszy mieysce pogrzebu swego, umárł.

1. A Iákob zezwał syny swe y rzekł im: Zbierzćie się ábym oznaymił co ma przyśdź ná was we dni ostátnie.

2. Zbierzćie się, á słuchayćie synowie Iákobowi, słuchayćie Izráelá Oycá wászego.

3. Ruben pierworodny moy, tyś śiłá moiá y początek boleśći moie, pierwszy w dárzech, więtszy w roskazowániu.

4. Wylaneś iáko wodá, nie rość: boś wstąpił ná łoże oycá twego, y splugáwileś pośćiel iego.

5. Symeon y Lewi bráćia: naczynia nieprawośći walczące.

6. W rádę ich niechay nie wchodźi duszá moiá, á w zborze ich niechay nie będźie sławá moiá: bo w zapálczywośći swey zábili mężá, á w swey woli podkopáli mur.

17. Prze-

lis, benedicat pueris istis: & invocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac, & crescant in multitudinem super terram.

17. Videns autem Joseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, graviter accepit: & apprehensam manum patris levare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse.

18. Dixitque ad patrem: Non ita convenit pater: quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput ejus.

19. Qui renuens ait: Scio fili mi, scio & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur: sed frater ejus minor *a* major erit illo: & semen illius crescet in gentes.

20. Benedixitque eis in tempore illo, dicens: in te benedicetur Israël, atque dicetur: Faciat tibi Deus sicut Ephraim & sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen.

21. Et ait ad Joseph filium suum: En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram vestrorum.

22. Do tibi partem *b* unam extra fratres tuos, quam tuli de manu *c* Amorrhæi in gladio & arcu meo.

CAPUT XLIX.

Jacob singulis filiis suis benedicens, quorundam defectus arguit & futura illis prædicit. 1. Tandem declarato sepulturæ suæ loco moritur. 29.

1. Vocavit autem Jacob filios suos, & ait eis: Congregamini, ut annuntiem, quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis. *d*

2. Congregamini, & audite filii Jacob, audite Israël patrem vestrum.

3. *e* Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis *f*, major in imperio.

4. Effusus es sicut aqua, non crescas: *g* quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum ejus.

5. Simeon & Levi fratres *h*: vasa iniquitatis bellantia.

6. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: *i* quia in furore suo occiderunt virum *k* & in voluntate sua suffoderunt murum.

N

7. Ma-

a ex Ephraim Josue & primi reges Israel: hinc & Prophetæ illud regnum Ephraim sæpe nominant.

b Hebr. Sichem quod ænigmatice ipsum locum significat. Unde Joan. 4. 5. dicitur, Jacob illud prædium vicinum urbi Sichar (quæ est Sichima) dedisse filio Joseph. Vid. Jos. 16. 1. & seq.

c Jos. 24. 8.

d i. futuris.

e Deut. 33. 6.

f sc. jure primogenituræ. sed Deus aliter disponet.

g supr. 35. 22. 1. Par. 5. 1.

h Socii in scelere.

i Sup. 34. 25.

k Sichimitas

7. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: *a* dividam eos *b* in Jacob, & dispergam eos in Israël.

a Jos. 19. 1. *b* i. Levitas.

8. Juda, te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui.

9. *c* Catulus leonis Juda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum?

c 1. Par. 5. 2.

10. *d* NON AUFERETUR sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium *e*.

d Matth. 2. 6. Joan. 1. 45.

e Futurus Salvator, non solum Judæorum sed & gentium.

11. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, o fili mi, asinam suam. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum.

12. Pulchriores sunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores.

13. Zabulon in littore maris habitabit, & in statione navium pertingens usque ad Sidonem.

14. Issachar asinus fortis accubans inter terminos.

15. Vidit requiem, quod esset bona: & terram, quod optima: & supposuit humerũ suum ad portandum *, factusq; est tributis serviens.

* Onus tributorum.

16. Dan judicabit populum suum *f* sicut & alia tribus in Israël.

f in Samsone impletum est.

17. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro.

18. SALUTARE *g* tuum expectabo Domine:

g non temporale, quia jam moriturus, sed sempiternum in altera vita.

19. Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipse accingetur retrorsum.

20. Aser, pinguis panis ejus, & præbebit delicias regibus.

21. Nephtali, cervus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.

22. *h* Filius accrescens Joseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum.

h 1. Par. 5. 1.

23. Sed exasperaverunt eum, & jurgati sunt, inviderunt que illi habentes jacula.

24. Sedit in forti arcus ejus, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis *i* Jacob: inde pastor *k* egressus est lapis *l* Israël.

i Dei. *k* pascens fratres. *l* firmamentum.

25. Deus patris tui erit adjutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi jacentis

7. Przeklęta zapálczywość ich, iż uporna: á gniew ich, iż niezmiękczony: Rozłączę ie w Iákobie y rozproszę ie w Izráelu.

8. Iudo, ćiebie chwalić będą bráćia twoi: ręká twoiá ná szyiách nieprzyiációł twoich, kłániáćći się będą synowie oycá twego.

9. Sczenię lwie Iudá: do łupu synu moy wstąpiłeś: odpoczywáiąc ległeś iáko lew, y iáko lwicá, ktoż go wzbudźi?

10. NIE BĘDZIE ODIĘTY sceptr od Iudy, áni WODZ, z biodr iego, áż przydźie ktory ma bydź posłan, á on będźie oczekawániem narodow.

11. Przywięzuiąc do winnice źrzebię swoie, á do winney máćice, o synu moy, oślicę swoię. Omyie w winie szátę swoię, á we krwi iágod winnych płászcz swoy.

12. Cudnieysze są oczy iego niż wino, á zęby iego bielsze niż mleko.

13. Zábulon ná brzegu morskim mieszkáć będźie: y ná stániu okrętow, dośięgáiąc áż do Sydonu.

14. Issáchár ośieł mocny, leżący miedzy gránicámi.

15. Upátrzył pokoy że iest dobry, y źiemię że bárzo dobra: y podłożył rámię swoie ku noszeniu, y został podatkom służący.

16. Dán, sądźić będźie lud swoy, iáko y inne pokolenie w Izráelu.

17. Niech będźie Dán wężem ná drodze, żmiią ná śćieżce, kąsáiąc kopytá końskie, áby spadł iezdźiec iego ná zad.

18. ZBAWIENIA twego będę czekał Pánie.

19. Gad, przepasány będźie walczył przed nim: á on przepasány będźie pozad.

20. Asser, tłusty chleb iego, y będźie dawał roskoszy krolom.

21. Nephtáli, ieleń wypuszczony, y dáiąc wymowę piękności.

22. Syn przy rastáiący Iozeph, syn przyrastáiący y śliczny ná weyźrzeniu, corki przebiegáły się ná murze.

23. Ale roziątrzyli go y swárzyli się y zayźrzeli mu, máiący strzały.

24. Uśiadł w mocnym łuk iego, y rozwiązáne są związki rámion y rąk iego, przez ręce mocnego Iákobowego: ztámtąd wyszedł pásterz, kámień Izráelski.

25. Bog oycá twego będźie pomocnikiem twoim: á wszechmogący będźieć błogosłáwieństwy niebieskimi zwierzchu, błogosłáwieństwy

wieństwy przepáśći leżącey ná dole, błogosłáwieństwy pierśi y żywotá.

26. Błogosłáwieństwá oycá twego zmocnione są błogosłáwieństwy oycow iego: áżby przyszło pożądánie págorkow wiecznych: niechay będą ná głowie Iozephowey, y ná ćiemieniu Názáreyczyká miedzy bráćią swoią.

27. Benjamin wilk drapieżny, ráno będźie iadł łup, á wieczor będźie dźielił korzyśći.

28. Wszyscy ći we dwunaśćie pokoleniách Izráelowych: to im mowił oćiec ich, y błogosłáwił káżdemu błogosłáwieństwy włásnemi.

29. Y roskazał im, mowiąc: Ia się przyłączam do ludu mego: pogrzebćiesz mię z oycy memi w iáskini dwoistey, ktora iest ná polu Ephroná Heteyczyká,

30. Ná przećiwko Mámbre w źiemi Chánáneyskiey, ktorą kupił Abráhám z polem u Ephroná Heteyczyká w ośiádłość grobu.

31. Tám go pogrzebli y Sarę żonę iego: tám pogrzebion iest Izáák z Rebeką zoną swoią: tám y Lia pochowána leży.

32. A dokonawszy roskazánia ktoremi syny náuczał, złożył nogi swe ná łożko, y umárł: y przyłożon iest do ludu swego.

centis deorsum, benedictionibus uberum & vulvæ *a*.

26. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus: donec veniret desiderium *b* collium æternorum: fiant in capite Joseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos.

27. Benjamin lupus rapax *c*, mane comedet prædam, & vespere dividet spolia.

28. Omnes hi in tribubus Israël duodecim: hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis, benedictionibus propriis.

29. Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum *d*, sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi,

30. Contra Mambre in terra Chanaan *e*, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri.

31. Ibi sepelierunt eum, & Saram uxorem ejus: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca conjuge sua: ibi & Lia condita jacet.

32. Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum & obiit: appositusque est ad populum *f* suum.

a filiorum.
b Christus desideratus Patribus.
c Impletum in Saulo, sive Paulo, qui fuit ex tribu Benjamin. v. Aug. serm. 14. de Sanct.
d in limbo.
e Sup. 23. 17.
f Anno M. 2315. Ant. Chr. 1689.

ROZDZIAŁ L.

Iozeph ciało Oycá swego z czelnieyszemi Ægypczyki odprowádźił, y pogrzebł z uczćiwym á niemáłim obchodem w źiemi Chánáneyskiey. Bráćia fráśobliwi o odpuszczenie przewiny żądáiąc: ktorym potym przykazáwszy przenieśienie swe z Ægyptu, umárł w pokoiu.

1. CO uyźrzawszy Iozeph, padł ná twarz oycá swego płácząc y cáłuiąc go.

2. Y roskazał sługam swym lekárzom, áby wonnemi máśćiámi námázáli oycá.

3. Ktorzy gdy roskazániu dosyć czynili, wyszło czterdźieśći dni: ten bowiem obyczay był ciał martwych námázánych. Y płákał go Ægypt śiedmdźieśiąt dni.

4. A gdy wyszedł czás żáłoby, rzekł Iozeph do sług Pháráonowych: Ieslim nálazł łáskę przed obliczem wászym, mowćie w uszy Pháráonowe,

5. Dla tego, że mię oćiec moy poprzyśiągł, mowiąc: Oto umieram: w grobie moim ktorym sobie wykopał w źiemi Chánáneyskiey pogrzebiesz mię. Poiádę tedy á pogrzebię oycá mego, y wrocę się.

CAPUT L.

Joseph corpus patris cum senioribus Ægypti in terra Chanaan cum solemnitate sepelit. 1. Fratres ob irrogatam injuriam sibi timentes, consolatur: 15. De suis ossibus in terram Chanaan deferendis mandans quiescit in pace. 22.

1. QUod cernens Joseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum.

2. Præcepitque servis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem.

3. Quibus jussa explentibus, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadaverum conditorum: flevitque eum Ægyptus septuaginta diebus.

4. Et expleto planctus tempore, locutus est Joseph ad familiam Pharaonis: Si inveni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis:

5. Eo quod pater meus adjuraverit me *g*, dicens: En morior, in sepulchro meo *h* quod fodi *i* mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac revertar.

g Jurare fecerit.
h Sup. 47. 29.
i [illegible]

6. Dixitque ei Pharao: Aſcende & ſepeli patrem tuum, ſicut adjuratus es.

7. Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctique majores natu terræ Ægypti.:

8. Domus Joſeph cum fratribus ſuis, absque parvulis & gregibus, atque armentis, quæ derelinquerant in terra Geſſen.

9. Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta eſt turba non modica.

10. Veneruntque ad Aream Atad, quæ ſita eſt trans Jordanem: ubi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleverunt ſeptem dies. *a*

11. Quod cum vidiſſent habitatores Terræ Chanaan, dixerunt: Planctus magnus eſt iſte Ædyptiis. Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius, Planctus Ægypti.

12. Fecerunt ergo filii Jacob ſicut præceperat eis:

13. Et portantes eum in terram Chanaan, *b* ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, *c* quam emerat Abraham cum Agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo contra feciem Mambre.

14. Reverſusque eſt Joſeph in Ægyptum cum fratribus ſuis, & omni comitatu, ſepulto patre.

15. Quo mortuo timentes fratres ejus & mutuo colloquentes: Ne forte memor ſit injuriæ, quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum, quod fecimus,

16. Mandaverunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur,

17. Ut hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro, ut obliviſcaris *d* ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ, quam exercuerunt in te: nos quoque oramus, ut ſervis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis flevit Joſeph.

18. Veneruntque ad eum fratres ſui: & proni adorantes in terram dixerunt: Servi tui ſumus.

19. Quibus ille reſpondit: Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?

20. *e* Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus vertit illud in bonum, ut exalteret me, ſicut in præſentiarum cernitis, & ſalvos faceret *f* multos populos.

21. Nolite timere: ego paſcam *g* vos & parvulos veſtros. Conſolatusque eſt eos, & blande ac leniter eſt locutus.

22. Et

a Eccli. 22. v. 13.
b Act. 7. 16.
c Sup. 23. 17.
d Hebr. parcas & mittas.
e Sup. 45. 5.
f Hebr. vivificaret.
g Sup. 47. 12.

6. Y rzekł mu Pháráon: Iedź, á pogrzeb oycá twego, iákoś ieſt poprzyśiężony.

7. A gdy on iechał, iecháli znim wſzyſcy ſtárſzy domu Pháráonowego, y wſzyſcy ſtárſzy źiemie Ægypſkiey:

8. Dom Iozephow z bráćią iego, oprocz máłych dźiatek, y trzod, y bydłá, ktore zoſtáwili w źiemi Geſſen.

9. Miał też wozy y iezdne: y zebrał ſię poczet niemáły.

10. Y przyiecháli ná plác Atad, ktory leży nád Iordanem: kędy ſpráwuiąc obchod z płáczem bárzo wielkim y ćiężkim, wypełnili śiedm dni.

11. Co gdy uyźrzeli obywátele źiemie Cháńáneyſkiey, rzekli: Płácz to wielki ieſt Ægyptiánow: y dla tego názwano ieſt imię onego mieyſcá, płácz Ægyptſki.

12. Uczynili tedy ſynowie Iákobowi iáko im był przykazał.

13. Y donioſzy go do źiemie Chánáneyſkiey, pogrzebli go w iáſkini dwoiſtey, ktorą był kupił Abráhám z polem, w ośiádłość grobu, od Ephroná Heteyczyká przećiwko Mámbre.

14. Y wroćił ſię Iozeph do Ægyptu z bráćią ſwą y wſzytkim towárzyſtwem pochowawſzy oycá.

15. Po ktorego śmierći, boiąc ſię bráćia iego, y mowiąc miedzy ſobą: By ſnadź nie pámiętał ná krzywdę ktorą odnioſł, á nie oddał nam wſzytkiego złego ktoreſmy czynili,

16. Wſkazáli do niego mowiąc: Oćiec twoy roſkazał nam przed tym niźli umárł,

17. Abyſmy to powiedźieli ſłowy iego: Proſzę ábyś zápámiętał złego uczynku bráćiey twoiey, y grzechu, y złośći, ktorą wyrządźili tobie: My też prośimy, ábyś ſługam Bogá oycá twego odpuśćił tę niepráwość. Co uſłyſzawſzy Iozeph płákał.

18. Y przyſzli do niego bráćia iego: á pokłoniwſzy ſię niſko áż do źiemie, rzekli: Ieſteſmy ſłudzy twoi.

19. Ktorym on odpowiedźiał: Nieboyćie ſię: izali ſprzećiwić ſię możemy woli Bożey?

20. Wyśćie o mnie złe myślili: ále Bog obroćił to w dobre, áby mię wywyſzył, ták iáko teraz widźićie, á żeby wiele ludu záchował.

21. Nieboyćie ſię: Ia żywić będę was, y dźiatki wáſze. Y ćieſzył ie, y łágodnie y łáſkáwie mowił,

22. Y

22. Y mieſzkał w Ægyptćie ze wſzytkim domem oycá ſwego, y żył ſto y dźieśięć lat. Y Widźiał ſyny Ephraimowe áż do trzećiego pokolenia. Synowie też Máchirá ſyná Mánáſſeſſowego porodźili ſię ná koleniech Iozephowych.

23. Ktore rzeczy gdy przeſzły, rzekł bráćiey ſwey: Po śmierći moiey Bog was náwiedźi, y uczyni że wynidźiećie z źiemie tey, do źiemie ktorą przyśiągł Abráhámowi, Izáákowi, y Iákobowi:

24. A gdy ie poprzyśiągł, y rzekł: Bog was náwiedźi: wynieśćieſz kośći moie z ſobą z mieyſcá tego:

25. Umárł, wypełniwſzy ſto y dźieśięć lat żywotá ſwego. Y pomázány wonnemi máśćiámi, włożony ieſt do trunny w Ægyptćie.

22. Et habitavit in Ægypto cum omni domo patris ſui: vixitque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios usque ad tertiam generationem. *a* Filii quoque Machir filii Manaſſe nati ſunt in genibus Joſeph.

23. Quibus transactis *b* locutus eſt fratribus ſuis: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram, quam juravit Abraham, Iſaac, & Jacob.

24. Cumque adjuraſſet eos atque dixiſſet: Deus viſitabit vos: *c* aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto:

25. Mortuus eſt expletis centum decem vitæ ſuæ annis. *d* Et conditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Ægypto.

a Num. 32. 39.
b Hebr. 11. 22.
c Exod. 13. 19. Joſ. 24. 32.
d Anno M. 2369. Ant. Chr. 1635. Cum per annos 80. Ægypto præfuiſſet.

KSIĘGI EXODUS.

Po Zydowſku

ואלה שמות VEELLE SEMOTH.

ROZDZIAŁ I.

Imioná Synow Izráelowych, ktorzy weſzli do Ægyptu: Pháráo mnożenie ich robotámi, chłopiąt zábijániem, topieniem, prozno ſię kuśi pſowáć: Bab chytrość, y od Bogá zápłátá.

1. TE ſą imioná ſynow Izráelowych, ktorzy weſzli do Ægyptu z Iákobem: káżdy z nich z domy ſwemi weſzli:

2. Ruben, Symeon, Lewi, Iudás,

3. Iſſáchár, Zábulon, y Beniámin,

4. Dan y Nephtháli, Gád y Aſer.

5. Było tedy wſzytkich duſz tych ktorzy wyſzli z biodry Iákobowey, śiedmdźieśiąt: á Iozeph był w Ægyptćie.

6. Ktory gdy umárł, y wſzyſcy bráćia iego, y wſzytek, on rodzay,

7. Synowie Izráelowi uroſli, y iákoby wyraſtáiący rozmnożyli ſię: y zmnocniwſzy ſię zbytnie nápełnili źiemię.

8. Powſtał tym czáſem krol nowy nad Ægyptem, ktory niewiedźiał o Iozephie:

9. Y rzekł do ludu ſwego, oto lud ſynow Izráelowych wielki, y mocnieyſzy ieſt nád nas.

LIBER EXODI.

Hebraice

ואלה שמות VEELLESEMOTH.

CAPUT I.

Nomina filiorum Iſrael, qui Ægyptum ingreſſi ſunt, 1. Eorum multiplicationem novus Pharao fruſtra impedire nititur onerum impoſitione, 8. Maſculorum cæde, & dum obſtetrices miſerentur, illorum ſubmerſione. 22.

1. HÆc ſunt nomina filiorum * Iſraël, qui ingreſſi ſunt in Ægyptum cum Jacob: ſinguli cum domibus *e* ſuis introierunt:

2. Ruben, Simeon, Levi, Judas,

3. Iſſachar, Zabulon & Benjamin,

4. Dan, & Nephthali, Gad, & Aſer.

5. Erant igitur omnes animæ eorum, qui egreſſi ſunt de femore Jacob, ſeptuaginta *f*: Joſeph autem in Ægypto erat.

6. Quo mortuo, & univerſis fratribus ejus, omnique cognatione illa,

7. *g* Filii Iſraël creverunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt: ac roborati nimis impleverunt terram.

8. Surrexit interea *h* rex novus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Joſeph *i*:

9. Et ait ad populum ſuum: Ecce populus filiorum Iſraël multus, & fortior nobis eſt.

* Geneſ. 47. 8.
e Familiis.
f Gen. 46. 27.
g Act. 7. 17.
h Rameſces-Miamum qui per 66. ann. regnavit: ab ann. mundi 2427. ad an. 2494.
i & beneficia ejus olim Ægypto collata.

10. Venite, ſapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.

11. Præpoſuit itaque eis magiſtros operum, ut affligerent eos oneribus: ædificaveruntque urqes tabernaculorum *a* Pharaoni, Phithom & Rameſſes.

a Chald. theſaurorum.

12. Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant:

13. Oderantque filios Iſraël Ægyptii, & affligebant illudentes eis:

14. Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris; omnique famulatu, quo in terra operibus premebantur.

15. Dixit autem Rex Ægypti obſtetricibus Hebræorum: quarum una vocabatur Sephora, altera Phua,

16. Præcipiens eis: Quando obſtetricabitis Hebræas, & partus tempus advenerit: ſi maſculus fuerit, interficite eum; ſi fœmina, reſervate.

17. Timuerunt autem obſtetrices Deum, *b* & non fecerunt juxta præceptum regis Ægypti, ſed conſervabant mares.

b Hebr. Elohim ſc. judicem.

18. Quibus ad ſe accerſitis, rex ait: Quidnam eſt hoc, quod facere voluiſtis, ut pueros ſervaretis:

19. Quæ reſponderunt: Non ſunt Hebrææ ſicut Ægyptiæ mulieres: ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt.

20. Bene ergo fecit Deus obſtetricibus: & crevit populus, confortatusque eſt nimis

21. Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificavit eis domos. *c*

c Auxit earum familiam prole & opibus non remunerans mendacium ſed pietatem.

22. Præcepit ergo Pharao omni populi ſuo, dicens: Quidquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen projicite: quidquid fœminini reſervate.

10. Podźćie mądrze potłummy go, by ſię ſnadź nie mnożył: á ieſliby|przypádłá ná nas woyná, by ſię nie przyłączył nieprzyiáćiołom náſzym, á ráźiwſzy nas nie wyſzedł z źiemie.

11. Uſtáwił tedy nád nimi przełożone robot, áby ie trapili ćiężarámi: y zbudowáli miáſtá przybytkow Pháráonowi, Phitom, y Rámeſſes.

12. A im bárźiey ich tłumili, tym więcey ſię mnożyli y roſli.

13. Y nie náwidźieli Ægyptiánie ſynow Izráełowych, y trapili ie naygráwáiąc ich:

14. Y ku gorzkośći przywodźili żywot ich robotámi ćiężkimi, gliny y cegły, y wſzeláką ſłużbą, ktorą byli obćiążeni w robotách około źiemie.

15. Y rzekł krol Ægyptſki bábam Hebreyczykow: z ktorych iednę zwano Zephorá, á drugą Phua:

16. Przykázuiąc im. Gdy będźiećie bábić Hebreiánkom, á przyidźie czás rodzenia, ieſli ſię ſyn urodźi, zábiyćie go, á ieſli corká, záchowayćie.

17. Lecz báby bały ſię Bogá y nie uczyniły według przykazánia kroIá Ægyptſkiego, ále záchowáły chłopiątká.

18. Ktorych wezwawſzy krol do śiebie, rzekł: Coż to ieſt cośćie chćiáły uczynić żeśćie chłopiętá záchowały?

19. Ktore odpowiedźiáły, Nie ſąć Hebreiánki iáko Ægyptſkiey niewiáſty: bo ſáme umieią bábić, y pierwey rodzą niżli przydźiem do nich.

20. Uczynił tedy Bog bábam dobrze: y rozkrzewił ſię lud y zmocnił ſię zbytnie.

21. A iż ſię báły Bogá báby zbudował im domy.

22. Roſkazał tedy Pháráon wſzytkiemu ludowi ſwemu, mowiąc: Co ſię kolwiek mężkiey, płći urodźi, to wrzuććie do rzeki: á cokolwiek niewieśćiey, zachowayćie.

CAPUT II.

Moyſes aquis expoſitus, & inde extractus, à matre nutritur juſſu filiæ Pharaonis, quæ ipſum adoptavit, 1. Propter Ægyptii cædem in Madian metu regis fugit; 11. Ubi accepta uxore filia ſacerdotis duos genuit filios. 21.

1. EGreſſus eſt poſt hæc vir de domo Levi: *d* & accepit uxorem ſtirpis ſuæ.

d infr. 6. 20.

2. Quſ

ROZDZIAŁ II.

Moyżeſz ná wodę wyrzucony, od Krolewney wyięty, od mátki wláſney karmiony, y od Krolewney zá Syná ſpoſobiony, z Ægyptu dla mężoboyſtwá ućieka do Mádyan, y tám ſię żeni, y płodźi.

1. WYſzedł potym mąż z domu Lewi, y poiął żonę pokolenia ſwego,

2. Kto-

2. Ktora poczęłá y porodźiłá fyná: á widząc go bydź nadobnym, kryłá go przez trzy mieśiące.

3. A gdy iuż táić niemogłá, wźięłá plećiankę z śitowia, y námázáłá ią kliiem y smołą, y włożyłá w nię dźiećiątko, y włożyłá ie miedzy rogoż ná brzegu rzeki,

4. A śiostrá iego stałá zdáleká, y przypátrowáłá śię co śię sstánie.

5. Alić oto zstępowáłá corká Pháráonowá, áby śię kąpáłá w rzece: á pánny iey chodźiły po brzegu rzeki. Ktora uyźrzawszy plećiankę miedzy rogożiem, posłáłá iednę z służebnie swoich, y przyniesioną,

6. Otworzywszy, á widząc w niey dźiećiątko płáczące, zmiłowawszy śię nád nim, rzekłá, z dźiatek to Hebreyskich iest ten.

7. Ktorey śiostrá dźiećięćiá rzekłá, chcesz że poydę y záwołamći niewiásty Hebreyskiey, ktorácby mogłá chowáć dźiećię?

8. Odpowiedźiáłá: Idź. Poszłá dźieweczká, y záwołáłá mátki swey.

9. Do ktorey rzekszy corká Pháráonowá: Weźmi (pry) to dźiećię á wychoway mi, ia tobie dam twą zapłátę. Przyięłá niewiástá, y karmiłá dźiećię: á gdy podrosło oddáłá corce Pháráonowey.

10. Ktore oná przywłasczyłá zá syná, y názwáłá imię iego Moyżesz, mowięc, Iżem go z wody wyięłá.

11. W one dni gdy był urosł Moyzesz, wyszedł do bráćiey swey: y uyźrzał ich utrapienie, y mężá Ægyptczyká biiącego iednego z Hebreyczykow bráćiey iego.

12. A gdy śię obeyźrzał tám y sám, y widźiał że nikogo nie mász, zábiwszy Ægyptczyká skrył go w piasek,

13. A wyszedszy dniá drugiego uyźrzał dwu Hebreyczykow, á oni śię wádzą: y rzekł onemu ktory krzywdę czynił, Czemu biiesz bliżniego twego?

14. Ktory odpowiedźiał, ktoż ćię postáwił Kśiążęćiem y sędźim nád nami? czy mię ty chcesz zábić iákoś wczorá zábił Ægyptczyká? Ulękł śię Moyżesz y rzekł, Iákoż śię tá rzecz obiáwiłá?

15. Y usłyszał tę mowę Pháráon, y szukał zábić Moyzeszá: ktory ućiekszy od obliczá iego: mieszkał w źiemi Mádiiáńskiey, y śiedźiał u studnie.

16. A kápłan Mádiiáński miał śedm corek, ktore

2. Quæ concepit, & *a* peperit filium *b*: & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus.

3. Cumque jam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & linivit eam bitumine ac pice, posuitque intus infantulum, exposuit eum in carecto ripæ fluminis.

4. Stante procul sorore ejus, & considerante eventum rei.

5. *c* Ecce autem descendebat filia Pharaonis, ut lavaretur in flumine: & puellæ ejus gradiebantur per crepidinem *d* alvei. Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione *e*, misit unam e famulabus: & allatam.

6. Aperiens, cernensque in ea parvulum vagientem, miserta ejus, ait: De infantibus Hebræorum est hic.

7. Cui soror pueri: Vis, inquit, ut vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum?

8. Respondit: Vade. Perrexit puella & vocavit matrem suam.

9. Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutrivit puerum: adultumque tradidit filiæ Pharaonis.

10. Quem illa adoptavit in locum filii, vocavitque nomen ejus, Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum.

11. In diebus illis postquam creverat *f* Moyses, egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, & virum *g* Ægyptiũ percutientem quemdam de Hebræis *h* fratribus suis.

12. Cumque circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit *i* sabulo.

13. Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei, qui faciebat injuriam: Quare percutis proximum tuum?

14. Qui respondit: Quis te constituit principem & judicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium? Timuit Moyses, & ait: Quomodo palam factum est verbum *k* istud?

15. Audivitque Pharao sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu ejus, moratus est in terra Madian, & sedit juxta puteum.

16. Erant autem sacerdoti *l* Madian septem filiæ,

a Hebr. 11. 23:
b Anno M. 2433. Ant. Chr. 1571. An. 41. post mortem Levi.
c Act. 7. 21. Hebr. 11. 23.
d Littus.
e Carecto.
f An. ætatis 40. M. 2473. Ant. Chr. 1531.
g Unum ex præfectis operum. Philo.
h Hebr. 11. 28.
i Fluvii arena.
k Res hæc Hebr.
l Chald. principi.

filiæ, quæ venerunt ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui.

17. Supervenere paſtores, & ejecerunt eas: ſurrexitque Moyſes, & defenſis puellis, adaquavit oves earum.

18. Quæ cum revertiſſent ad Raguel patrem *a* ſuum, dixit ad eas: Cur velocius veniſtis ſolito:

19. Reſponderunt: Vir Ægyptius liberavit nos de manu paſtorum, inſuper & hauſit aquam nobiſcum, potumque dedit ovibus.

20. At ille: ubi eſt? inquit, quare dimiſiſtis hominem? vocate eum, ut comedat panem.

21. Juravit ergo Moyſes, quod habitaret cum eo. *b* Accepitque Sephoram filiam ejus uxorem:

22. Quæ peperit ei filium, quem vocavit Gerſam *c*, dicens: Advena fui in terra aliena. Alterum vero peperit, quem vocavit Eliezer *d*, dicens: Deus enim patris mei adjutor meus eripuit me de manu Pharaonis.

23. Poſt multum vero temporis mortuus eſt rex Ægypti: & ingemiſcentes filii Iſraël, propter opera vociferati ſunt: aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus *e*.

24. Et audivit gemitum eorum, ac recordatus eſt fœderis, quod pepigit cum Abraham, Iſaac, & Jacob.

25. Et reſpexit Dominus filios Iſraël, & cognovit eos.

a Patrem hic quidam avum interpretantur, & colligi poſſe videtur ex Num. 10. 29. confer cum Geneſ. 24. 28.

b Infr. 18. 2. 1. Par. 23. 15.

c Hebr. Gerſam, ſignificat advenam

d Significat Dei adjutorium.

e Servitute & oppreſſione.

ktore przyſzły czerpáć wody: á nápełniwſzy korytá, chciáły nápoić trzody oycá ſwego:

17. Nádeſzli páſterze y odegnáli ie: Y wſtał Moyzeſz, á obroniwſzy dźiewki, nápoił owce ich.

18. Ktore gdy ſię wróćiły do Ráguelá oycá ſwego, rzekł do nich: Przeczeſćie nád zwyczay rychley przyſzły?

19. Odpowiedźiáły: Człowiek Ægyptczyk wybáwił nas z ręki páſterzow: nád to y náczerpał wody z námi, y dał pić owcom.

20. Tedy on rzekł: A gdźie ieſt? Czemuśćie puśćiły człowieká? záwołaycie go áby iadł chleb.

21. Przyśiągł tedy Moyzeſz, że miał z nim mieſzkáć, y wźiął Sephorę corkę iego zá żonę:

22. Ktora mu urodźiłá ſyná, ktorego názwał Gerſám, mowiąc: Byłem przychodniem w źiemi cudzey. Urodźiłá záś drugiego, ktorego názwał Eliezer, mowiąc: Bog bowiem oycá mego pomocnik moy, wyrwał mię z ręki Pháráonowey.

23. A po niemáłym czáśie umárł krol Ægyptſki, á wzdycháiąc ſynowie Izráelowi dla robot wołáli, y wſtąpiło wołánie ich do Bogá od robot.

24. Y uſłyſzał nárzekánie ich, y wſpomniał ná przymierze ktore uczynin z Abráhámem, Izáákiem, y Iákobem.

25. Y weyźrzał Pan ná ſyny Izráelowe, y poznał ie.

CAPUT III.

Dominus Moyſi paſcenti oves ſoceri, in rubo apparens, mittit eum ad filios Iſrael de manu Pharaonis liberandos, 1. Moyſes renitens inſtruitur & confirmatur à Domino. 11.

1. MOyſes * autem paſcebat oves Jethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian: cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb.

2. Apparuitque ei Dominus *f* in flamma ignis de medio rubi: & videbat, quod rubus *g* arderet, & non combureretur.

3. Dixit ergo Moyſes: Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.

* A.M. 2513. Ant. Chriſt. 1491. Moyſis 80.

f Angelus, ut docet S. Stephanus. Act. 7. 30.

g Rubus ardens & illæſus ſignificat, Iſrael in Ægypto, afflictum, ſed ope divina illæſum, & myſtice plura alia.

ROZDZIAŁ III.

Moyżeſzowi páſącem owce Ietrowe świekrá ſwego, Bog ſię we krze gorżiącym ukazát, ſzląc go do ſynow Izráelſkich, ktore miał z niewoli Pháráonowey wywieść.

1. A Moyzeſz páſł owce Iethro świekrá ſwego kápłaná Mádiiáńſkiego: á gdy zágnał trzodę w głębokość puſtynie, przyſzedł do góry Bożey Horeb.

2. Y ukazał mu ſię Pan w płomieniu ogniſtym z pośrzodku krzá: y widźiał iż kierz gorzał, á niezgorzał.

3. Y rzekł Moyzeſz, Poydę, á ogłądam widzenie to wielkie, czemu nie zgore ten kierz.

4. A widząc Pan iż ſzedł pátrzyć, záwołał go z pośrzodku krzá, y rzekł: Moyzeſzu, Moyzeſzu. Ktory odpowiedźiał: Owom ia.

5. A on do niego: Nie przyſtępuy ſám: rozzuy boty z nog twoich: mieyſce bowiem ná ktorym ſtoyſz, źiemiá święta ieſt.

6. Y rzekł: Iam ieſt Bog oycá twego, Bog Abráhámá, Bog Izááká, y Bog Iákobá. Zákrył Moyzeſz oblicze ſwe: bo nieśmiał pátrzyć ná przećiw Bogu.

7. Ktoremu rzekł Pan: Widźiałem utrapienie ludu mego w Ægyptćie, y ſłyſzałem krzyk iego dla ſurowośći tych, ktorzy ſą przełożeni nád robotámi:

8. A wiedząc boleść iego, zſtąpiłem ábych go wyzwolił z rąk Ægyptiánow, y wywiodł z źiemie oney, do źiemie dobrey y przeſtroney: do źiemie ktora odływa mlekiem y miodem, ná mieyſce Chánáneyczyká, y Heteyczyká, y Amorreyczyká, y Pherezeyczyká, y Heweyczyká, y Iebuzeyczyká.

9. Krzyk tedy ſynow Izráelowych przyſzedł do mnie, y widźiałem ich utrapienie, ktorym od Ægyptian ſą ućiſnieni.

10. Ale podź á poſzlę ćie do Pháráoná, ábyś wywiodł lud moy, ſyny Izráelewe z Ægyptu.

11. Y rzekł Moyzeſz do Bogá: Ktożem ia ieſt, ábych ſzedł do Pháráoná, á wywiodł ſyny Izráelowe z Ægyptu?

12. Ktory mu rzekł: Ia będę z tobą: á to będźieſz miał ná znák, żem ćie poſłał: Gdy wywiedźieſz lud moy z Ægyptu, ofiáruieſz Bogu ná tey gorze.

13. Rzekł Moyzeſz do Bogá: Oto ia poydę do ſynow Izráelowych, y rzekę im: Bog oycow wáſzych poſłał mię do was. Ieſli mi rzeką: ktore ieſt imię iego? Coż im powiem?

14. Rzekł Bog do Moyzeſzá: IAM IEST KTORYM IEST: Rzekł: Ták powieſz ſynom Izráelowym: KTORY IEST poſłał mię do was.

15. Y rzekł záśię Bog do Moyzeſzá: To powieſz ſynom Izráelowym: Pan Bog oycow wáſzych, Bog Abráhámow, y Bog Izáákow, y Bog Iákobow, poſłał mię do was: To ieſt imię ná wieki, y to pámiętne moie ná rodzay y rodzay.

16. Idź á zgromadz ſtárſze Izráelſkie, y rzeczeſz

4. Cernens autem Dominus *a* quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, & ait: Moyſes, Moyſes: qui reſpondit: Adſum.

5. At ille: Ne appropies, inquit, huc: ſolve calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.

6. Et ait: *b* Ego ſum Deus patris tui: Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob. Abſcondit Moyſes faciem ſuam: non enim audebat ſuſpicere contra Deum.

7. Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem ejus audivi propter duritiam eorum, qui præſunt operibus.

8. Et ſciens dolorem ejus, deſcendi, ut liberem eum de manibns Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & ſpatioſam, in terram, quæ fluit lacte & melle, *c* ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebuſæi.

9. Clamor ergo filiorum Iſraël venit ad me: vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur.

10. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum, filios Iſraël, de Ægypto.

11. Dixitque Moyſes ad Deum: Quis ſum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſraël de Ægypto?

12. Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis ſignum, quod miſerim te: Cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis *d* DEO ſuper montem iſtum.

13. Ait Moyſes ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Iſraël, & dicam eis: Deus patrum veſtrornm miſit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod eſt nomen ejus? quid dicam eis?

14. Dixit DEUS ad Moyſen: EGO SUM, QUI SUM *e*. Ait: Sic dices filiis Iſraël: QUI EST *, miſit me ad vos.

15. Dixitque iterum Deus ad Moyſen: Hæc dices filiis Iſraël: Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob miſit me ad vos: hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum *f* in generationem & generationem.

16. Vade, & congrega ſeniores Iſraël, & dices

a Chald. Angelus Domini, ſeu Chriſtus ipſe, qui eſt magni conſilii Angelus. Aug. in Exod. q. 3.

b Matth. 22. 32. Marc. 12. 27. Luc. 20. 36.

c Fertiliſſimam.

d Hebr. ſervietis ſeu coletis.

e A me ipſo non aliunde habens originem.

* ſeu Jehova.

f Ut homines mei recordentur in illo.

dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, dicens: Visitans visitavi vos, & vidi omnia, quæ acciderunt vobis in Ægypto:

17. Et dixi, ut educam vos de afflictione Ægypti, in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebusæi, ad terram fluentem lacte & melle.

18. Et audient vocem tuam: ingredierisque tu, & seniores Israël ad regem Ægypti, & dices ad eum: Dominus Deus Hebræorum vocavit nos: ibimus *a* viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Domino Deo nostro.

a Hebr. eamus quæso q.d. petimus ut liceat.

19. Sed ego scio, quod non dimittet vos rex Ægypti, ut eatis, nisi per manum validam.

20. Extendam enim manum meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hæc dimittet vos.

21. Daboque gratiam populi huic coram Ægyptiis: *b* & cum egrediemini, non exibitis vacui:

b Infr. 11. 2. 12. 35.

22. Sed postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua, vasa argentea & aurea, ac vestes: ponetisque eas super filios & filias vestras, & spoliabitis Ægyptum.

czesz do nich: Pan Bog oycow wászych, ukazał mi się, Bog Abráhámow, Bog Izáákow, y Bog Iákobow, mowiąc: Náwiedzáiąc náwiedźiłem was, y widźiałem wszytko co się wam przydáło w Ægyptćie.

17. Y rzekłem żebym was wywiodł z utrapienia Ægyptskiego, do źiemie Chánáneyczyká, y Heteyczyká, y Amorreyczyká, y Pherezeyczyká, y Heweyczyká, y Iebuzeyczyká, do źiemie opływáiącey mlekiem y miodem.

18. Y posłucháią głosu twego: y wnidźiesz ty stárszy Izráelscy do krolá Ægyptskiego, y rzeczesz do niego: Pan Bog Hebreyczykow wezwał nas: poydźiemy w drogę trzech dni ná puszczą, àbyśmy ofiáry czynili Pánu Bogu nászemu.

19. Lecz ia wiem że was nie puśći krol Ægyptski ábyśćie szli, iedno przez możną rękę.

20. Wyćiągnę bowiem rękę moię, á będą karał Ægypt wszytkimi cudámi moimi, ktore uczynię wpośrzod ich: potym was wypuśći.

21. Y dam łáskę ludowi temu u Ægyptiánow: y gdy wychodźić będźiećie, nie wynidźiećie prozni:

22. Ale prośić bębźie niewiástá u sąśiády swey y u gospodiney swey, naczynia srebrnego y złotego y szat: y włożyćie ie ná syny y ná corki wásze, y złupićie Ægypt.

CAPUT IV.

Moyses tria signa à Deo accipit. 1. In Ægyptum cum uxore proficiscitur. 10. Uxor circumcidens filium liberat eum à periculo. 24. Aaron fratri Moysi occurrit, simulque veniunt ad filios Israel. 27.

1. Respondens Moyses: ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi Dominus.

c Hæc tria portenta significant Israelitarum afflictionem & simul eorum reoemtionem.

2. Dixit ergo ad eum: Quid est, quod tenes in manu tua? Respondit: Virga.

3. Dixitque Dominus: Projice eam in terram. Projecit, & versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses.

4. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus. Extendit, & tenuit, versaque est in virgam.

5. Ut credant, *d* inquit, quod apparuerit tibi Dominus Deus patrum suorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob.

d his signis.

6. Dixitque Dominus rursum: Mitte manum

ROZDZIAŁ IV.

Moyzesz wziąwszy od Bogá trzy znáki, idźie do Ægyptu z żoną y z dźiećmi: żoná obrzezáłá syná, gniew Boży ubłagáłá: potkawszy się z Aaronem pospołu szli do Synow Israelskich.

1. Odpowiedáiąc Moyzesz, rzekł: Nie uwierzą mi, y nie usłucháią głosu mego, ále rzeką: Nie ukazał się tobie Pan.

2. Rzekł tedy do niego: Co ieſt co trzymasz w ręce twoiey? Odpowiedźiał: Laská.

3. Y rzekł Pan: Porzuć ią ná źiemię. Porzućił, y obroćiłá się w węźá, ták iż ućiekał Moyżesz.

4. Y rzekł Pan: Wyćiągni rękę twą, á uymi ogon iego: Wyćiągnął y uiął: y obroćiłá się w łáskę.

5. Aby, práwi, uwierzyli, że się tobie ukazał Pan Bog oycow ich: Bog Abráhámow, Bog Izáákow, y Bog Iákobow.

6. Y rzekł Pan iesze: Włoż rękę twoię w zánáـ

zánádrá twe. Ktorą gdy włożył w zánádrá, wyiął trędowátą iáko śnieg.

7. Włoż, pry, znowu rękę ſwą w zánádrá: włożył, y wyiął záś, y byłá podobna innemu ćiáłu.

8. Ieſlić, práwi, nie uwierzą, y nie poſłucháią mowy znáku pierwſzego, uwierzą ſłowu znáku pośledniego.

9. A ieſli áni tym dwiemá znákom nie uwierzą, y nie poſłucháią głoſu twego: weź wodę rzeczną y wyley ią ná ſuchą, á cokolwiek wyczerpnieſz z rzeki, w krew ſię obroći.

10. Rzekł Moyzeſz: Proſzę Pánie, nie ieſtem wymowny od wczoráyſzego y dźiś trzećiego dniá: y odkądeś przemowił do ſługi twego, ſſtałem ſię nieſpoſobnieyſzego y nierychleyſzego ięzyká.

11. Rzekł Pan do niego: Ktoż uczynił uſtá człowiecze? ábo kto uczynił niemego y głuchego, widzącego y ślepego? Izali nie ia?

12. Idźże tedy, iá będę w uśćiech twoich; y nauczę ćie co maſz mowić.

13. A on rzekł: Proſzę, Pánie, poſzli kogo maſz poſłáć.

14. Rozgniewány Pan ná Moyzeſzá, rzekł: Aaron brát twoy Lewitá, wiem iż wymowny ieſt: Oto ten wynidźie przećiw tobie, á uyźrzawſzy ćię rozráduie ſię ſercem.

15. Mow do niego, y położ ſłowá moie w uśćiech iego, á ia będę w uśćiech twoich, y w uśćiech iego, y pokáżę wam co czynić maćie.

16. On będźie mowił zá ćię do ludu, y będźie uſty twemi, á ty mu będźieſz w tych rzeczách ktore ku Bogu należą.

17. Laſkę też tę weźmi w rękę twoię, ktorą czynić będźieſz znáki.

18. Odſzedł Moyzeſz y wroćił ſię do Iethro świekrá ſwego, y rzekł mu: Poydę á wrocę ſię do bráćiey moiey do Ægyptu, żebym obaczył ieſli ieſze żywi. Ktoremu rzekł Iethro: Idź w pokoiu.

19. Rzekł tedy Pan do Moyzeſzá w Mádián: Idź á wroć ſię do Ægyptu. Pomárli bowiem wſzyſcy, ktorzy ſzukáli duſze twoiey.

20. Wźiął tedy Moyzeſz żonę ſwą y ſyny ſwoie, y wſádźił ie ná oſłá, y wroćił ſię do Ægyptu, nioſąc laſkę Bożą w ręce ſwoiey.

21. Y rzekł Pan wrácáiącemu ſię do Ægyptu: Pátrz ábyś wſzytkie dźiwy, ktorem położył w ręce twey, czynił przed Pháráonem: Ia zátwárdzę ſerce iego, y niepuśći ludu.

num tuam in ſinum tuum. Quam cum miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar nivis.

7. Retrahe, ait, manum tuam in ſinum tuum, Retraxit & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ.

8. Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequentis.

9. Quod ſi nec duobus quidem his ſignis crediderint, neque audierint vocem tuam: ſume aquam fluminis, & effunde eam ſuper aridam, & quidquid hauſeris de fluvio, vertetur in ſanguinem.

10. Ait: Moyſes: Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri *a* & nudius tertius: & ex quo locutus es ad ſervum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum.

11. Dixit Dominus ad eum: Quis fecit os hominis: aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum, videntem & cæcum? nonne ego?

12. Perge igitur, † & ego ero in ore tuo *b* doceboque te, quid loquaris.

13. At ille: Obſecro, inquit, Domine, mitte, quem miſſurus es. *c*

14. Iratus Dominus in Moyſen, ait: Aaron frater tuus Levites, ſcio quod eloquens ſit: ecce ipſe egreditur in occurſum tuum, videnſque te lætabitur corde.

15. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore ejus: & ego ero in ore tuo, & in ore illius, *d* & oſtendam vobis, quid agere debeatis.

16. Ipſe loquetur pro te ad populum; & erit os tuum: tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent. *e*

17. Virgam quoque hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna.

18. Abiit Moyſes, & reverſus eſt ad Jethro ſocerum ſuum, dixitque ei: Vadam & revertar ad fratres meos in Ægyptum, ut videam, ſi adhuc vivant. Cui ait Jethro: Vade in pace.

19. Dixit ergo Dominus ad Moyſen in Madian: Vade, & revertere in Ægyptum: Mortui ſunt enim omnes, qui quærebant animam tuam. *f*

20. Tulit ergo Moyſes uxorem ſuam, & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum *g* reverſusque eſt in Ægyptum, portans virgam Dei in manu ſua.

21. Dixitque ei Dominus revertenti in Ægyptum: Vide, ut omnia oſtenta, quæ poſui in manu tua, facias coram Pharaone: ego indurabo *h* cor ejus, & non dimittet populum.

a q. d. nunquam.

† Matth. 10. 20.

b Reddam te facundum.

c Magis idoneum vel etiam Meſſiam.

d Infr. 7. 2.

e q. d. conſulens pro eo Deum.

f Vitam.

g Pro aſinos. ſà.

h Permittam indurari, ſubtrahendo gratiam. Greg. 11. Mor 5.

22. Dicesque ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Iſraël.

23. Dixit tibi: Dimitte filium meum, ut ſerviat mihi; & noluiſti dimittere eum: ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.

24. Cumque eſſet in itinere, in diverſorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.

25. Tulit illico Sephora *a* acutiſſimam petram, & circumcidit præputium filii ſui, tetigitque pedes ejus *b*, & ait: Sponſus ſanguinum tu mihi es. *c*

26. Et dimiſit eum *d* poſtquam dixerat: Sponſus ſanguinum, ob circumciſionem.

27. Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade in occurſum Moyſi in deſertum. Qui perrexit obviam ei in Montem Dei *e*, & oſculatus eſt eum.

28. Narravitque Moyſes Aaron omnia verba Domini, quibus miſerat eum: & ſigna, quæ mandaverat.

29. Veneruntque ſimul & congregaverunt cunctos ſeniores filiorum Iſraël.

30. Locutusque eſt Aaron *f* omnia verba, quæ dixerat Dominus ad Moyſen: & fecit ſigna coram populo,

31. Et credidit populus. Audieruntque quod viſitaſſet Dominus filios Iſraël, & quod reſpexiſſet afflictionem illorum: & proni adoraverunt.

a Quæ Angeli monitu cognoverat Deum iratum eſſe Moyſi, quod filium juniorem hucuſque non circumciderat, Tirin.
b ſc. Moyſis.
c Redemi te ſanguine filii mei.
d ſc. Angelus.
e ſc. Sina.
f Moyſis interpres.

22. Y rzeczeſz do niego: To mowi Pan: Syn moy pierworodny Izráel.

23. Rzekłem tobie: Puść ſyná mego áby mi ſłużył: á niechćiałeś go puśćić: Oto ia zábiię ſyná twego pierworodnego.

24. A gdy był ná drodze, w goſpodźie zábieżał mu Pan, y chćiał go zábić.

25. Wźięłá prędko Zephorá bárzo oſtry kámień, y obrzezáłá odrzezek ſyná ſwego, y tknęłá ſię nog iego, y rzekłá: Obłubieńcem krwie tyś mi ieſt.

26. Y puśćił go, ſkoro rzekłá: Oblubieniec krwie dla obrzezánia.

27. Y rzekł Pan do Aaroná: Idź przećiwko Moyżeſzowi ná puſzczą. Ktory wyſzedł przećiw iemu ná Gorę Bożą, y pocáłował go.

28. Y powiedźiał Moyzeſz Aaronowi wſzyſtkie ſłowá Páńſkie, ktoremi go poſłał, y znáki ktore roſkazał.

29. Y przyſzli poſpołu, y zgromádźili wſzyſtkie ſtárſze ſynow Izráelowych.

30. Y powiedał Aaron wſzytkie ſłowá, ktore był rzekł Pan do Moyzeſzá: y czynił znáki przed ludem.

31. Y uwierzył lud. Y uſłyſzeli, że náwiedźił Pan ſyny Izráelſkie, á iż weyźrzał ná ich utrapienie: á ſchyliwſzy ſię pokłon uczynili.

CAPUT V.

Moyſes & Aaron Pharaoni referunt Dei mandata, ille contemnit, graviusque Iſraelitas premens negat & paleas; 1. Quod illi conqueruntur Moyſi, ſed Moyſes Domino. 15.

1. POſt hæc ingreſſi ſunt *g* Moyſes & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæ dicit Dominus Deus Iſraël: Dimitte populum meum ut *h* ſacrificet mihi in deſerto.

2. At ille reſpondit: Quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Iſraël? neſcio Dominum, & Iſraël non dimittam.

3. Dixeruntque: Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in ſolitudinem, ut ſacrificemus Domino Deo noſtro: ne forte accidat nobis peſtis aut gladius.

4. Ait ad eos rex Ægypti: Quare Moyſes & Aaron ſolicitatis *i* populum ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra.

5. Dixit-

g An. Moyſis 80. Aaronis 83. Mundi 2513 Ant. Chr. 1491.
h Hebr. ut feſtum celebreret ſc. ſolemniter ſacrificando.
i Hebr. ceſſare facitis.

ROZDZIAŁ V.

Moyzeſz z Aáronem poruczenie Boſkie Phárâonowi powiádáią, ktore on wzgárdźiwſzy tym okrutniey ćiężył Żydy nie dáiąc im plew. Co Moyzeſz uſłyſzawſzy prośi Páná zá nimi.

1. WEſzli potym Moyżeſz y Aaron, y rzekli Pkáráonowi: To mowi Pan Bog Izráelow: Puść moy lud, áby mi ofiárował ná puſczy.

2. A on odpowiedźiał: Kto ieſt Pan, żebym ſłuchał głoſu iego, á puśćił Izráelá? Nie znam Páná, á Izráelá nie puſczę.

3. Y rzekli: Bog Hebreyczykow wezwał nas, ábyſmy ſzli trzy dni drogi ná puſczą, y ofiárowáli Pánu Bogu náſzemu: by ſnadź nieprzyſzedł ná nas mor ábo miecz.

4. Rzekł do nich krol Ægyptſki: Przecz Moyżeſzu y Aaronie, odmawiaćie lud od robot ich? idźćie do ćiężarow wáſzych.

5. Y

5. Y rzekł Pháráon: Wielki ieſt lud źiemie, widźićie iż ſię tłum rozkrzewił: Iáko dáleko więcey, ieſli im daćie od robot odpoczynek?

6. Roſkazał tedy w on dźień przyſtáwom nád robotámi, y wyćiągáczom ludu, mowiąc:

7. Zadną miárą nápotym nie będźiećie dawáć plew ludowi do czynienia cegły, iáko przed tym, ále ſámi niech idą, á niech zbieráią ſłomę.

7. A miárę cegieł ktorą pierwey czynili, włożyćie ná nie, á namniey nie umnieyſzyćie: ábowiem proznuią, y dla tego wołáią, mowiąc: Idźmy á ofiáruymy Bogu náſzemu.

9. Niech będą ućiſnieni robotámi, y niechay ie wypełnią; áby nie przeſtawáli ná ſłowách kłamliwych.

10. Y ták wyſzedſzy przyſtáwowie nád robotámi, y wyćięgácze, rzekli do ludu: Ták mowi Pháráon: Nie dáię wam plew:

11. Idźćie á zbieraycie, ieſli gdźie náleźć będźiećie mogli, á namniey ſię nie umnieyſzy z roboty wáſzey.

12. Y rozproſzył ſię lud po wſzytkiey źiemi Ægyptſkiey ná zbieránie plew.

13. A przyſtáwowie nád robotámi, przynágláli im mowiąc: Wypełniayćie robotę wáſzę ná káżdy dźień, iákośćie pierwey zwykli byli czynić, gdy wam dawano plewy.

14. Y śieczeni byli biczmi, ktorzy byli nád robotámi ſynow Izráelowych, od wyćięgáczow Pháráonowych, mowiąc: Przecz nie wypełniaćie miáry cegieł iáko pierwey, áni wczorá, áni dźiś?

15. Y przyſzli przełożeni ſynow Izráelowych, y wołáli do Pháráoná, mowiąc: Przecz ták czyniſz przećiw ſługom twoim?

16. Plew nam nie dáią, á cegły iáko pierwey czynić każą: Oto nas ſługi twoie biczmi śieką, á nieſpráwiedliwie ſię dźieie przećiw ludowi twemu.

17. Ktory rzekł: Proznuiećie, y dla tego mowićie: Podźmy á ofiáruymy Pánu.

18. Przetoż idźćie á robćie: Plew nie dádzą wam, á oddaćie zwykłą liczbę cegieł.

19. Y baczyli przełożeni ſynow Izráelowych, że ſię źle z nimi dźiało, iż im mowiono: Nie umnieyſzy ſię nic z cegieł ná káżdy dźień.

20. Y zábieżeli Moyzeſzowi y Aaronowi, ktorzy ſtali ná przećiwko wychodzącym od Pháráoná:

5. Dixitque Pharao: Multus eſt populus terræ, videtis, quod turba ſuccreverit: quanto magis ſi dederitis eis requiem ab operibus?

6. Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens:

7. Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, ſicut prius: ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas.

8. Et menſuram laterum, quam prius faciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quidquam: vacant enim, & idcirco vociferantur, dicentes: Eamus, & ſacrificemus Deo noſtro.

9. Opprimantur operibus, & expleant ea: ut non acquieſcant verbis mendacibus.

10. Igitur egreſſi præfecti operum & exactores, ad populnm dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas:

11. Ite, & colligite ſicubi invenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere veſtro.

12. Diſperſusque eſt populus per omnem terram Ægypti ad colligendas paleas. *a*

a Sic dæmon ſua mancipia paleis ſeu rebus terrenis occupat.

14. Præfecti quoque operum inſtabant, dicentes: Complete opus veſtrum quotidie, ut prius facere ſolebatis, quando dabantur vobis paleæ.

14. Flagellatique ſunt, qui præerant operibus filiorum Iſraël, ab exactoribus Pharaonis dicentibus: Quare non impletis menſuram laterum ſicut prius, nec heri, nec hodie?

15. Veneruntque præpoſiti filiorum Iſraël, & vociferati ſunt ad Pharaonem, dicentes: Cur ita agis contra ſervos tuos?

16. Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperantur: en *b* famuli tui flagellis cædimur, & injuſte agitur contra populum tuum.

b Injuriæ invidiam in præfectos derivant, ne ſc. regem offendant.

17. Qui ait: Vacatis otio, & idcirco dicitis: Eamus & ſacrificemus Domino.

18. Ite ergo, & operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis conſuetum numerum laterum.

19. Videbantque ſe præpoſiti filiorum Iſraël in malo, eo quod diceretur eis: Non minuetur quidquam de lateribus per ſingulos dies.

20. Occurreruntque Moyſi & Aaron, qui ſtabant ex adverſo, egredientibus à Pharaone:

21. Et dixerunt ad eos: Videat Dominus & judicet, quoniam fœtere *a* feciſtis odorem *b* noſtrum coram Pharaone & ſervis ejus, & præbuiſtis ei gladium, ut occideret nos.

a Abominabilem.
b Famam & nomen.

22. Reverſusque eſt Moyſes ad Dominum, & ait: Domine, cur affixiſti *c* populum iſtum? quare miſiſti me?

c Inquirent orat, Aug.

23. Ex eo enim, quo ingreſſus ſum ad Pharaonem, ut loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum: & non liberaſti eos.

21. Y rzekli do nich: Niech weyźrzy Pan á oſądźi, żeśćie wonność náſzę uczynili śmierdzącą przed Pháráonem y ſługámi iego, y podáliśćie mu miecz, áby nas zábił.

22. Y wroćił ſię Moyżeſz do Páná, y rzekł: Pánie, czemuś utrapił ten lud? czemuś mię poſłał?

23. Bo od onego czáſu iákom wſzedł do Pháráoná ábych mowił w imię twoie, utrapił lud twoy: á niewybáwiłeś ich.

CAPUT VI.

Conſolatur Deus Iſraelitas per Moyſen terræ Chanaan promiſſione; 1. Recenſetur genealogia Ruben, Simeonis & Lewi, usque ad Moyſen & Aaron, 14.

d Eodem an. 25.13.11.

1. DIxitque *d* Dominus ad Moyſen: Nunc videbis, quæ facturus ſim Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta ejiciet illos de terra ſua.

2. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen dicens: Ego Dominus,

3. Qui apparui Abraham, Iſaac, & Jacob, in Deo omnipotente *e* & nomen meum ADONAI *f* non indicavi eis.

e Me omnipotentem demonſtrans.
f Hebr. Jehova, quod nomen Hebræi ex reverentia non pronuntiant, ſed ei ſubſtituunt Adonai.

4. Pepigique fœdus cum eis, ut darem eis Terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerant advenæ.

5. Ego audivi gemitum filiorum Iſrael, quo Ægypti oppreſſerunt eos, & recordatus ſum pacti mei.

6. Ideo dic filiis Iſrael: Ego Dominus qui educam vos de ergaſtulo *g* Ægyptiorum, & eruam de ſervitute: ac redimam in brachio excelſo, & judiciis *h* magnis.

g Hebr. oneribus.
h Signis.

7. Aſſumam vos mihi in populum, & ero veſter Deus: & ſcietis, quod ego ſum Dominus Deus veſter, qui eduxerim vos de ergaſtulo Ægyptiorum:

8. Et induxerim in terram, ſuper quam levavi manum meam *i* ut darem eam Abraham, Iſaac, & Jacob: daboque illam vobis poſſidendam, ego Dominus.

i Sublata manu juravi promittens.

9. Narravit ergo Moyſes omnia filiis Iſrael: qui non acquieverunt ei propter anguſtiam ſpiritus, & opus duriſſimum.

10. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

11. Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægypti, ut dimittat filos Iſrael de terra ſua.

12. Re-

ROZDZIAŁ VI.

Pan Bog przez Moyżeſzá y Aaroná ćieſzy lud Iſráelſki, obiecuiąc im źiemię Chánáneyſką, y wylicza Narod Synow Iákobowych po domiech, áż do Moyżeſzá y Aaroná.

1. Y Rzekł Pan do Moyżeſzá: Teraz uyźrzyſz co uczynię Pháráonowi: Przez rękę bowiem mocną wypuśći ie, y w ręce śilney wyrzući ie z źiemie ſwey.

2. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc: Ia Pan,

3. Ktorym ſię ukazał Abráhámowi, Izáákowi, y Iákobowi w Bogu wſzechmocnym: á imienia mego ADONAI nie oznaymiłem im:

4. Y uczyniłem przymierze z nimi, ábych im dał źiemię Chánáneyſką, źiemię pielgrzymowánia ich, w ktorey przychodniámi byli.

5. Iam uſłyſzał wzdychánie ſynow Izráelowych, ktorym ie utrapili Ægyptiánie: y wſpomniałem ná przymierze moie.

6. Przetoż powiedz ſynom Izráelowym: Ia Pan, ktory was wywiodę z więźienia Ægyptczykow, y wyrwę z niewoley: y odkupię w rámieniu wywyśſzonym y w ſądách wielkich

7. Y wezmę was ſobie zá lud, y będę wáſzym Bogiem: y poznaćie żem ia ieſt Pan Bog wáſz, ktorym was wywiodł z więźienia Ægyptczykow,

8. Y wprowádźił do źiemie, nád ktorą podnioſłem rękę moię, żebym ią dał Abráhámowi, Izáákowi, y Iákobowi: y dam ią wam pośieśdź, ia Pan.

9. Powiedźiał tedy Moyżeſz wſzyſtko ſynom Izráelowym: ktorzy nie uſłucháli go, dla ućiążenia duchá, y dla roboty bárzo ćiężkiey.

10. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc:

11. Wnidź, á mow do Pháráoná krolá Ægydtſkiego, áby puśćił ſyny Izráelowe z źiemie ſwey.

12. Od-

12. Odpowiedźiał Moyżeſz przed Pánem: Oto ſynowie Izráelowi nie ſłucháią mię, á iákoż uſłucha Pháráo, zwłaſzá, żem ieſt nie obrzezány uſty?

13. Y mowił Pan do Moyżeſzá y Aaroná, y dał roſkazánie do ſynow Izráelowych, y do Pháráoná krolá Ægyptſkiego, áby wywiedli ſyny Izráelowe z źiemie Ægyptſkiey.

14. Ci ſą przednieyſzy domow w rodźiech ich. Synowie Ruben pierworodnego Izráelowego: Henoch y Phállu, Heſron, y Chármi.

15. Te rodzáie Ruben. Synowie Symeonowi: Iámuel, y Iámin, y Ahod, y Iáchin, y Soar, y Saul, ſyn Chánáneyſkiey niewiáſty. Ten rod Symeonow.

16. A te imioná ſynow Lewi według rodzáiu ich: Gerſon, y Kááth, y Meráry. A lat żywotá Lewi było, ſto trzydźieśći y śiedm.

17. Synowie Gerſonowi, Lobni, y Semei, według rodzáiow ich.

18. Synowie Kááth: Amrám, y Iſáár, y Hebror, y Oziel. Lat też żywotá Kááth, ſto trzydźieśći y trzy.

19. Synowie Merárego, Moholi, y Muſi. Te ſą rodzáie Lewi według fámiliy ich.

20. Y poiął Amrám żonę Iochábed, śioſtrę ſtryieczną ſwoię: ktora mu urodźiłá Aaroná y Moyżeſzá. A było lat żywotá Amrám, ſto trzydźieśći y śiedm.

21. Synowie też Iſáár, Kore, y Nepheg, y Zechri.

22. Synowie też Oziel, Miſáel, y Eliſáphán, y Sethri.

23. Y poiął Aaron żonę Elizabethę corkę Aminadáb śioſtrę Náháſoná, ktora mu urodźiłá Nádábá, y Abiu, y Eleázár, y Ithámárá.

24. Synowie też Korego: Aſer, y Elkaná, y Abiáſáph: te ſą rodzáie Koritow.

25. Ale Eleázár ſyn Aaronow poiął żonę z corek Phutie: ktora mu urodźiłá Phineeſá. Ci ſą przednieyſzy fámiliy Lewitow w rodzáiach ich.

26. Ten ieſt Aaron y Moyżeſz, ktorym przykazał Pan, áby wywiedli ſyny Izráelowe z źiemie Ægyptſkiey: według hufcow ich.

27. Ci ſą ktorzy mowią do Pháráoná krolá Ægyptſkiego, áby wywiedli ſyny Izráelowe z Ægyptu: ten ieſt Moyżeſz y Aaron,

28. W dźień w ktory mowił Pan do Moyżeſzá w źiemi Ægyptſkiey.

12. Reſpondit Moyſes coram Domino: Ecce filii Iſrael non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, præſertim cum incircumciſus *a* ſim labiis?

13. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, & dedit mandatum ad filios Iſrael & ad Pharaonem regem Ægypti, ut educerent filios Iſrael de terra Ægypti.

14. *b* Iſti ſunt principes domorum per familias ſuas. Filii Ruben primogeniti Iſraelis: Henoch & Phallu, Heſron & Charmi.

15. Hæ cognationes Ruben: *c* Filii Simeon: Jamuel & Jamin, & Ahod, & Jachin, & Soar, & Saul filius Chananitidis. Hæ progenies Simeon.

16. Et hæc nomina filiorum Levi per cognationes ſuas *d*: Gerſon & Caath & Merari. Anni autem vitæ Levi fuerunt centum triginta ſeptem *e*.

17. *f* Filii Gerſon: Lobni & Semei, per cognationes ſuas.

18. *g* Filii Caath: Amram, & Iſaar, & Hebron, & Oziel. Anni quoque vitæ Caath, centu triginta tres.

19. Filii Merari: Moholi & Muſi: hæ cognationes Levi per familias ſuas.

20. Accepit autem Amram uxorem Jochabed patruelem ſuam: quæ peperit ei Aaron & Moyſen. Fueruntque anni vitæ Amram, centum triginta ſeptem.

21. Filii quoque Iſaar: Core, & Nepheg, & Zechri.

22. Filii quoque Oziel, Miſael, & Eliſaphan, & Sethri.

23. Accepit autem Aaron uxorem Eliſabeth, filiam Aminadab, ſororem Nabaſſon, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar.

24. Filii quoque Core: Aſer, & Elcana, & Abiaſaph: hæ ſunt cognationes Coritarum.

25. At vero Eleazar filius Aaron accepit uxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. Hi ſunt principes familiarum Leviticarum per cognationes ſuas.

26. Iſte eſt Aaron *h* & Moyſes, quibus præcepit Dominus, ut educerent filios Iſrael de Terra Ægypti per turmas ſuas.

27. Hi ſunt, qui loquuntur ad Pharaonem regem Ægypti, ut educant filios Iſrael de Ægypto: iſte eſt Moyſes & Aaron,

28. In die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen, in Terra Ægypti.

a Impeditus, infacundus & ineptus in loquendo.

b Gen. 46. 9. Num. 26. 5. 1. Par. 5. 1.

c 1. Par. 4. 24.

d Familias.

e Mortuus eſt ergo an. M. 2392. (natus quippe an. 2255. Gen. 29. 34) atque adeo 121. an. ante Exodum.

f 1. Par. 6. 1. 23. 6.

g Num. 3. 19. & 26. 57. 58. 1. Par. 6. v. & 23. 12.

h Aaron interdum præponitur, quia major natu, interdum poſtponitur, quia inferior dignitate, Sà.

29. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Ego Dominus: loquere ad Pharaonem regem Ægypti omnia, quæ ego loquor tibi.

30. Et ait Moyſes coram Domino: En incircumciſus labiis ſum, quomodo audiet me Pharao?

CAPUT VII.

Moyſes & Aaron ad Pharaonem loquuntur, 1. Virgam vertunt in ſerpentem, 10. Aquam virgæ percuſſam in ſanguinem: quæ faciunt & Magi ſuis incantationibus; ideo Pharao magis induratur, 19.

1. Dixitque Dominus ad Moyſen *a*, Ecce conſtitui te Deum *b* Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus.

2. Tu loqueris ei *c* omnia, quæ mando tibi: & ilie loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Iſrael de terra ſua.

3. Sed ego indurabo cor ejus, & multiplicabo ſigna & oſtenta mea in terra Ægypti.

4. Et non audiet vos: immittamque manum meam ſuper Ægyptum, & educam exercitum & populum meum filios Iſrael de terra Ægypti per judicia maxima.

5. Et ſcient Ægyptii, quia ego ſum Dominus, qui extenderim manum meam ſuper Ægyptũ, & eduxerim filios Iſrael de medio eorum.

6. Fecit itaque Moyſes & Aaron, ſicut præceperat Dominus: ita egerunt.

7. Erat autem Moyſes octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti ſunt ad Pharaonem.

8. Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron:

9. Cum dixerit vobis Pharao: Oſtendite ſigna; dices ad Aaron: Tolle virgam tuam, & projice eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum.

10. Ingreſſi itaque Moyſes & Aaron ad Pharaonem, fecerunt, ſicut præceperat Dominus: tulitq; *d* Aaron virgam coram Pharaone & ſervis ejus, quæ verſa eſt in colubrum.

11. *e* Vocavit autem Pharao ſapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas & arcana quædam ſimiliter.

12. Projeceruntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones: ſed devoravit virga *f* Aaron virgas *g* eorum.

13. Induratumque eſt cor Pharaonis, & non audivit eos, ſicut præceperat Dominus.

a Eodem an. 2513.
b ſcilicet participatione divinæ meæ potentiæ, in puniendo Pharaone.
c Sup. 4. 15.
d Hebr. Chald. Gr. projecit.
e Quorum principes Jannes & Mambres 1. Tim. 3. 8.
f ſeu coluber ex virga.
g ſeu dracones ex virgis

14. Dixit

29. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc: Ia Pan, mow do Pháráoná krolá Ægyptſkiego wſzytko co ia mowię do ćiebie.

30. Y rzekł Moyżeſz przed Pánem, Otom nie obrzezány ieſt uſty, iákoż mię uſłucha Pháráo?

ROZDZIAŁ VII.

Moyżeſz z Aáronem do Pháráoná mowią: Łáſkę w wężá: wody w krew obrácáią. Co y czárnokſiężnicy uczynili, y dla tego zakáminiáło ſerce Pháráonowi.

1. Y Rzekł Pan do Moyżeſzá, otom ćię poſtáwił Bogiem Pháráonowym, á Aáron Brát twoy będźie prorokiem twoim.

2. Ty mu powieſz wſzyſtko coć roſkázuię: á on będźie mowił do Pháráoná, áby puśćił ſyny Izráelowe z źiemie ſwey.

3. Lecz ia zátwárdzę ſerce iego, y rozmnożę znáki y cudá moie w źiemi Ægyptſkiey,

4. Y nie uſłucha was: y ſpuſczę rękę moię ná Ægypt, y wywiodę woyſko y lud moy ſyny Izráelowe z źiemie Ægyptſkiey przez ſądy bárzo wielkie.

5. Y będą wiedźieć Ægyptiánie żem ia ieſt Pan ktorym wyćiągnął rękę moię ná Ægypt, y wywiodłem ſyny Izráelowe poſrzodku ich.

6. Uczynił tedy Moyżeſz y Aaron, iáko im Pan przykazał: ták uczynili.

7. A było Moyżeſzowi ośmdźieśiąt lat, Aaronowi ośmdźieśiąt y trzy, gdy mowili do Pháráoná.

8. Y rzekł Pan do Moyżeſzá y Aaroná:

9. Gdy wam rzecze Pháráo, ukażćie znáki: rzeczeſz do Aaroná, weźmi láſkę twoię, á porzuć ią przed Pháráonem, y obroći ſię w wężá.

10. Wſzedſzy tedy Moyżeſz y Aaron do Pháráoná, uczynili iáko był Pan przykazał. Y wźiął Aaron láſkę przed Pháraonem y ſługámi iego, ktora ſię obroćiłá w wężá.

11. Ale Pháráo wezwał mędrcow y czárownikow: y uczynili też oni przez czáry Ægyptſkiey, y iákieś táiemne ſpráwy tymże ſpoſobem.

12, Y porzućili káżdy láſkę ſwoię, ktore ſię obroćiły w ſmoki: Ale Aaronowá láſká pożárłá ich láſki.

13. Y zátwárdźiáło ſerce Pháráonowe, y nie uſłuchał ich, iáko był Pan przykazał.

14. Y

14. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, obćiężáło ſerce Pháráonowe, niechce puśćić ludu.

15. Idź do niego ráno, oto wynidźie do wody: y ſtánieſz ná potkániu iego przy brzegu rzeki, á láſkę, ktora ſię obroćiłá w ſmoká weźmieſz w rękę ſwoię.

16. Y rzeczeſz do niego: Pan Bog Hebreyczykow poſłał mię do ćiebie, mowiąc, Puść lud moy, áby mi ofiárował ná puſzczy: á áż do tąd niechćiałeś uſłucháć.

17. Przetoż toć powiáda Pan, z tąd poznaſz żem ia Pan: oto uderzę láſką ktora ieſt w ręce moiey, w wodę rzeki, á obroći ſię w krew.

18. Ryby też, ktore ſą w rzece pozdycháią, y záśmierdzą ſię wody, y będą trapieni Ægyptiánie piiący wodę rzeczną.

19. Rzekł też Pan do Moyżeſzá: Mow do Aaroná: Weźmi láſkę twoię, á wyćiągni rękę twą ná wody Ægyptſkie, y ná rzeki ich y ná ſtrugi, y káłuże, y ná wſzelkie ieźiorá wod, áby ſię obroćiły w krew: á niech będźie krew po wſzytkiey źiemi Ægyptſkiey, ták w naczyniách drzewiánych, iáko y w kámiennych.

20. Y uczynili Moyżeſz y Aaron iáko im Pan przykazał: y podnioſzy láſkę, uderzył w wodę rzeczną przed Pháráonem y ſługámi iego: ktora ſię obroćiłá w krew.

21. A ryby, ktore były w rzece pozdycháły: y záśmierdźiáłá ſię rzeká, y niemogli Ægyptiánie pic wody rzeczney, y byłá krew we wſzytkiey źiemi Ægyptſkiey.

22. Y uczynili tákież Czárownicy Ægyptſcy czárámi ſwemi: y zátwárdźiáło ſerce Pháráonowe, y nie uſłuchał ich: iáko był przykazał Pan.

23. Y odwroćił ſię, y wſzedł do domu ſwego, á nie przyłożył ſercá áni tym rázem.

24. Y wykopáli wſzyſcy Ægyptiánie około rzeki wodę áby pili: bo niemogli pić wody rzeczney.

25. Y wyſzło śiedm dni, iáko záráźił Pan rzekę.

14. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ingravatum eſt cor Pharaonis, non vult dimittere populum.

15. Vade ad eum mane, ecce egredietur ad aquas: & ſtabis in occurſum ejus ſuper ripam fluminis: & virgam, quæ converſa eſt in draconem, tolles in manu tua.

16. Dicesque ad eum: Dominus Deus Hebræorum miſit me ad te, dicens: Dimitte populum meum ut ſacrificet mihi in deſerto: & usque ad præſens audire noluiſti.

17. Hæc igitur dicit Dominus: In hoc ſcies, quod ſim Dominus: ecce percutiam virga, quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & *a* vertetur in ſanguinem.

a Circa menſis 6. (qui deinceps erit 12.) diem 18. plaga i. contigit.

18. Piſces quoque, qui ſunt in fluvio, morientur, & computreſcent *b* aquæ & affligentur Ægyptii bibentes aquam fluminis.

b Hebr. fœtebunt.

19. Dixit quoque Dominus ad Moyſen: Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Ægypti, & ſuper fluvios eorum, & rivos ac paludes, & omnes lacus aquarum, ut vertantur in ſanguinem: & ſit cruor in omni terra Ægypti, tam in ligneis vaſis quam in ſaxeis.

20. Feceruntque Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: *c* & elevans virgam percuſſit aquam fluminis coram Pharaone & ſervis ejus: quæ verſa eſt in ſanguinem.

c Infr. 17. 5. Pſ. 77. 44.

21. Et piſces, qui erant in flumine, mortui ſunt: computruitque fluvius, & non poterant Ægyptii bibere aquam fluminis, & fuit ſanguis in tota terra Ægypti.

22. *d* Feceruntque ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis: & induratum eſt cor Pharaonis, nec audivit eos, ſicut præceperat Dominus.

d Sap. 17. 7.

23. Avertitque ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit cor etiam hac vice.

24. Foderunt autem omnes Ægyptii per circuitum fluminis aquam, ut biberent: non enim poterant bibere de aqua fluminis.

25. Impletique ſunt ſeptem dies *e* poſtquam percuſſit Dominus fluvium.

e quibus ſanguis duravit

ROZDZIAŁ VIII.

Wtora plagá ná Ægypt, Záby: Trzećia, Mſzyce: Czwarta, Muchy: Ná te wſzytkie Pháráo obiecuie wypuśćić lud Zydowſki, ále gdy zá przyczyną Moyżeſzową przeſtawáły, nieuczynił.

CAPUT VIII.

Secunda Ægypti plaga eſt ranarum; pro quarum ablatione promittit Pharao populum dimittere, nec facit: 5. Additur tertia ſciniphum, 16. Et quarta muſcarum, Pharao poſt ſingulas induratur. 20.

a Plagæ II. contigit. circa 25. diem ejusdem mensis.

b Instinctu divinitus insito, vel actæ ab angelis.

c Sap. 17. 7.

d Sc. dæmonum ministerio.

e Promiserat

f Preces & petitionem.

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen *a*: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi:

2. Sin autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis.

3. Et ebullietfluvius ranas: quæ ascendent, & ingredientur *b* domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & super stratum tuum, & in domos servorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum:

4. Et ad te, & ad populum tuum, & ad omnes servos tuos, intrabunt ranæ.

5. Dixitque Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Extende manum tuam super fluvios ac super rivos & paludes, & educ ranas super Terram Ægypti.

6. Et extendit Aaron manum super aquas Ægypti, & ascenderunt ranæ, operueruntque Terram Ægypti.

7. *c* Fecerunt autem & malefici per incantationes suas similiter *d*, eduxeruntque ranas super Terram Ægypti.

8. Vocavit autem Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Orate Dominum ut auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum, ut sacrificet Domino.

9. Dixitque Moyses ad Pharaonem: Constitue mihi, quando deprecer pro te, & pro servis tuis, & pro populo tuo, ut abigantur ranæ à te, & à domo tua, & à servis tuis. & à populo tuo, & tantum in flumine remaneant.

10. Qui respondit: Cras. At ille: Juxta, inquit, verbum tuum faciam: ut scias, quoniam non est sicut Dominus Deus noster.

11. Et recedent ranæ à te, & à domo tua, & à servis tuis, & à populo tuo; & tantum in flumine remanebunt.

12. Egressiq; sunt Moyses & Aaron à Pharaone: & clamavit Moyses ad Dominũ pro sponsione ranarum, quam condixerat *e* Pharaoni.

13. Fecitque Dominus juxta verbum *f* Moysi: & mortuæ sunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris.

14. Congregaveruntque eas in immensos aggeres, & computruit terra.

15. Videns autem Pharao quod data esset requies, ingravavit cor suum, & non audivit eos, sicut præceperat Dominus.

16. Dixitque Dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron; Extende virgam tuam, & per-

1. RZekł też Pan do Moyżeszá: Wnidź do Pháráoná, á rzeczesz do niego: To mowi Pan: Puść lud moy, áby mi ofiárował.

2. A iesli nie będźiesz chćiał puśćić, oto ia zárážę wszytkie gránice twe żábámi.

3. Y wykipi rzeká żáby: ktore wylázą y wnidą do domu twego, y do komory łożká twego, y ná pośćiel twoię, y do domow sług twoich, y ná lud twoi, y do piecow twoich, y w ostátki potraw twoich,

4. Y do ćiebie, y do ludu twego, y do wszystkich sług twoich wlázą żáby.

5. Y rzekł Pan do Moyżeszá: Rzecz do Aaroná: Wyćiągni rękę twą ná rzeki y ná strugi, y ná káłuże, á wywiedź żáby ná źiemię Ægyptską.

6. Y wyćiągnął Aaron rękę ná wody Ægyptskiey: y wylázły żáby, y okryły źiemię Ægyptską.

7. Ale y czárownicy uczynili czárámi swemi tymże sposobem: y wywiedli żáby na źiemię Ægyptską.

8, Y wezwał Pháráo Moyżeszá y Aaroná, y rzekł im: Modlćie śię do Páná, żeby oddalił żáby odemnie y od ludu mego; á puszę lud żeby ofiárował Pánu.

9. Y rzekł Moyżesz do Pháráoná: Postánow mi czás kiedy śię mam modlić zá ćię, y zá sługi twoie, y zá lud twoy, áby były odpędzone żáby od ćiebie, y od domu twego y od sług twoich, y od ludu twego: á tylko w rzece zostáły.

10. Ktory odpowiedźiał: Iutro. A on według słowá twego, pry, uczynię: ábyś wiedźiał, że niemász iáko Pan Bog nász.

11. Y odeydą żáby od ćiebie, y od domu twego, y od sług twoich, y od ludu twego: á tylko w rzece zostáną.

12. Y wyszli Moyżesz y Aaron od Pháráoná: y wołał Moyżesz do Páná o obietnicę żab, ktorą był przyrzekł Pháráonowi.

13. Y uczynił Pan według słowá Moyżeszowego: y wyzdycháły żáby z domow, y ze wśi, y z pol.

14. Y zgromádźili ie ná niezmierne kupy, y zniłá źiemiá.

15. A widząc Pháráo że dano odpoczynek, obćiążył serce swe, y nie usłuchał ich, iáko Pan przykazał.

16. Y rzekł Pan do Moyżeszá: Mow do Aaroná: Wyćiągni laskę twoię, á uderz w proch źiemię

źiemie, á niech będą mſzycę po wſzytkiey źiemi Ægyptſkiey.

17. Y uczynili ták. Y wyćiągnął Aaron rękę trzymáiąc laſkę, y uderzył w proch źiemie, y ſtáły ſię mſzyce ná ludźiech y ná bydle: wſzytek proch źiemie obroćił ſię we mſzyce po wſzytkiey źiemi Ægyptſkiey.

18. Uczynili tymże ſpoſobem czárownicy czárámi ſwemi, áby wywiedli mſzyce, ále niemogli: y były mſzyce ták ná ludźiech, iáko y ná bydle.

19. Y rzekli czárownicy do Pháráoná: Pálec to Boży ieſt. Y zátwárdźiáło ſerce Pháráonowe, y nie poſłuchał ich, iáko przykazał Pan.

5. Et nuntiatum est regi Ægyptiorum, quod fugisset populus; immutatumque est cor Pharaonis & servorum ejus super populo, & dixerunt: Quid voluimus facere, ut dimitteremus Israel, ne serviret nobis?

6. Junxit ergo currum *c*, & omnem populum suum assumpsit secum.

7. Tulitque sexcentos currus electos, & quidquid in Ægypto curruum fuit: & duces totius exercitus.

8. Induravitque Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi erant in manu excelsa.

9. *d* Cumque persequerentur Ægyptii vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & universus exercitus, erant in Phihahiroth contra Beelsephon.

10. Cumque appropinquasset Pharao, levantes filii Israel oculos, viderunt Ægyptios post se: & timuerunt valde, clamaveruntque ad Dominum,

11. Et dixerunt ad Moysen: Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos ut moreremur in solitudine? quid hoc facere voluisti, ut educeres nos ex Ægypto?

12. Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: Recede à nobis *e*, ut serviamus Ægyptiis? multo enim melius erat servire eis, quam mori in solitudine.

13. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: state, & videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie: Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis *f* usque in sempiternum.

14. Do-

a Reflectentes, Sà.

b Gloriosus apparebo.

c Olim e curribus pugnabant.

d Jos. 24. 6. 1. Mac. 4. 9.

e Septuag. dimitte nos.

f Vivos sc.

14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

15. Dixitque Dominus ad Moyſen: Quid clamas *a* ad me? Loquere filiis Iſrael, ut proficiſcantur.

a Sc. corde oras, clamore ſeu affectu magno.

16. Tu autem eleva virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & divide illud, ut gradiantur filii Iſrael in medio mari per ſiccum.

17. Ego autem indurabo cor Ægyptiorum, ut perſequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus, & in curribus & in equitibus illius.

18. Et ſcient Ægyptii, quia ego ſum Dominus, cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in equitibus ejus.

19. Tollensque ſe Angelus Dei, præcedebat caſtra Iſrael, abiit poſt eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, poſt tergum.

20. Stetit, inter caſtra Ægyptiorum & caſtra Iſrael: & erat nubes tenebroſa *b*, & illuminans noctem *c*, ita ut ad ſe invicem toto noctis tempore, accedere non valerent.

b Ægyptiis. *c* Judæis.

21. Cumque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi & urente *d* tota nocte, & vertit in ſiccum: diviſaque eſt aqua.

d Chald. orientali.

22. *e* Et ingreſſi ſunt filii Iſrael per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum & læva.

e Pſal. 77. 13. 104. 37. Pſ. 113. 3. Hebr. 11. 29.

23. Perſequentesque Ægyptii ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis currus ejus & equites, per medium maris.

24. *f* Jamque advenerat vigilia matutina, *g* & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum:

f Sabb. Sancto Proph. 4. Vigil. Pentecoſt. Proph. 2. *g* Sap. 18. 15.

25. Et ſubvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii: Fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

26. Et ait *h* Dominus ad Moyſen: Extende manum tuam ſuper mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios ſuper currus & equites eorum.

h Dixerat jam prius.

27. Cumque extendiſſet Moyſes manum contra mare, reverſum eſt primo diluculo ad priorem locum: fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in mediis fluctibus.

28. Reverſæque ſunt aquæ, & operuerunt cur-

14. Pan będźie ſwalczył zá was, á wy milczeć będźiećie.

15. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Coż wołaſz do mnie? mow ſynom Izráelſkim, áby ćiągnęli.

16. A ty podnieś laſkę twoię, y śćiągni rękę twoię ná morze, á przedźiel ie: áby ſzli ſynowie Izráelowi śrzodkiem morzá po ſuſzy.

17. A ia zátwárdzę ſerce Ægyptiánow żeby was gonili: y uwielbion będę w Pháráonie, y we wſytkim woyſku iego, y w woźiech, y w iezdnych iego.

18. Y wiedźieć będą Ægyptiánie, żem ia ieſt Pan, gdy będę uwielbion w Pháráonie, y w woźiech tákże, y w iezdnych iego.

19. A ruſzywſzy ſię Anyoł Boży, ktory ſzedł przed obozem Izráelſkim, záſzedł zá nie; y z nim poſpołu ſłup obłokowy, przodek opuśćiwſzy pozad.

20. Stánął, miedzy obozem Ægyptſkim, á miedzy obozem Izráelſkim, á był obłok ćiemny y oświecáiący noc, ták iż iedni do drugich przez cáłą noc przyſtąpić niemogli.

21. A gdy Moyżeſz wyćiągnął rękę ná morze, zniosł ie Pan wiánim wiátru gwałtownego y párzącego cáłą noc, y obroćił w ſuſzą: y rozſtąpiłá ſię wodá.

22. Y weſzli ſynowie Izráelowi przez pośrzodek ſuchego morzá: bo byłá wodá iáko mur po práwey y po lewey ſtronie ich.

23. A Ægyptiánie goniąc weſzli zá nimi, y wſzytká iezdá Pháráonowá, wozy iego y iezdni przez pośrzodek morzá.

24. Y iuż byłá ſtraż zéránna przyſzłá: álić oto weyźrzawſzy Pan ná woyſko Ægyptiánow przez ſłup ogniá y obłoku, pobił woyſko ich:

25. Y powywracał kołá wozow, y pogrążeni w głębią. Rzekli tedy Ægyptiánie: Ućiekaymy przed Izráelem: Pan bowiem walczy zá nimi przećiwko nam.

26. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Wyćiągni rękę twą ná morze, że ſię wrocą wody ná Ægyptiány, ná wozy y ná iezdne ich.

27. A gdy wyćiągnąś Moyżeſz rękę przećiw morzu, zwroćiło ſię ná pierwſzym świtániu, ná pierwſze mieyſce: á ućiekáiącym Ægyptiánom záſkoczyły wody, y ogárnął ie Pan w pośrzod nawáłnośći.

28. Y wroćiły ſię wody, y okryły woży y

y iezdne wſzytkiego woyſká Pháráonowego, ktorzy goniąc weſzli byli w morze: náwet y iednego z nich nie zoſtáło.

29. A ſynowie Izráelowi ſzli przez pośrzodek ſuchego morzá, á wody im były iáko miáſto muru po práwey y lewey ſtronie.

30. Y wybáwił Pan w on dźień Izráelá z ręki Ægyptiánow.

31. Y widźieli Ægyptiány martwe ná brzegu morſkim, y rękę wielką ktorey użył Pan przećiwko im: y bał ſię lud Páná, y uwierzyli Pánu, y Moyżeſzowi ſłudze.

ROZDZIAŁ XV.

Podźiękowáwſzy Izráelitowie Pánu Bogu śpiewánim, przyſzli do Máráth, gdźie gdy ſię wody gorzkie obroćiły w ſłodkie, przyſzli do Helim.

1. SPiewał tedy Moyżeſz y ſynowie Izráelſcy tę pieśń Pánu: y rzekli: Spiewaymy Pánu chwalebnie: bowiem uwielbiony ieſt, koniá y ieźdźcá zrzućił w morze.

2. Moc moiá y chwałá moiá Pan, y ſtał mi ſię zbáwieniem: Ten Bog moy y wielbić go będę: Bog oycá mego, y wywyſzáć go będę.

3. Pan iáko mąż waleczny wſzechmocny imię iego.

4. Wozy Pháráonowe, y woyſko iego wrzućił w morze: celnieyſze kśiążętá iego potonęły w Czerwonym morzu.

5. Głębokośći okryły ie, poſzli w głębią iáko kámień.

6. Práwicá twoiá, Pánie, uwielbiona ieſt w mocy, práwicá twoiá, Pánie, uderzyłá nieprzyiaćielá.

7. A w wielkośći chwały twoiey złożyłeś przećiwniki twoie: ſpuśćiłeś gniew twoy, ktory ie pożárł iáko ſłomę.

8. A w duchu zápálczywośći twoiey zgromádźiły ſię wody: ſtánęłá wodá płynąca: ſkupiły ſię głębokośći w pośrzod morzá.

9. Rzekł nieprzyiaciel: Będę gonił y poymam: rozdźielę horzyśći, náſyći ſię duſzá moiá: dobędę mieczá mego, y pobiie y ręká moiá.

10. Wionął wiátr twoy, y okryło ie morze: potonęli iáko ołow w wodách gwałtownych.

currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare *a*: nec unus quidem ſuperfuit ex eis.

29. Filii autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris:

30. Liberavitque Dominus in die illa *b* Iſrael de manu Ægyptiorum.

31. Et viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſervo ejus.

a Myſtice Mare ſignificat baptiſmum. 1. Cor. 10.

b Menſis 1. id eſt, Abib, die 21. poſtremo videlicet Azymorum.

CAPUT XV.

Moyſes cum filiis Iſrael Deo gratias agit, 1. Similiter & ſoror Maria cum mulieribus, 20. Iſraelitæ veniunt in Mara, ubi amaritudo aquarum in dulcedinem vertitur, 23. Ipſi veniunt in Elim, 27.

1. TUnc *c* cecinit Moyſes & filii Iſrael carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino *d*: glorioſe enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem dejecit in mare.

2. *e* Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem: iſte Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

3. Dominus *f* quaſi vir pugnator, omnipotens nomen ejus.

4. Currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare: electi principes ejus ſubmerſi ſunt in Mari rubro.

5. Abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis.

6. Dextera tua Domine magnificata eſt *g* in fortitudine: dextera tua, Domine, percuſſit inimicum.

7. Et in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti adverſarios tuos: miſiſti iram tuam, quæ devoravit eos ſicut ſtipulam.

8. Et in ſpiritu furoris tui *h* congregatæ *i* ſunt aquæ: ſtetit unda fluens *k* congregatæ ſunt abyſſi in medio mari.

9. Dixit inimicus: Perſequar & comprehendam, dividam ſpolia, implebitur *l* anima mea: evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

10. Flavit ſpiritus *m* tuus, & operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.

c Sap. 10. 20.

d Ad Domini laudem.

e Pſ. 117. 14. Iſaiæ 12. 2.

f Hebr. Jehova i. ille qui eſt.

g Potentem & magnam ſe oſtendit.

h Vento vehementi.

i Contra Ægyptios.

k Sicut acervus.

l Voluptate.

m Ventus.

11. Quis ſimilis tui in fortibus, Domine? quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

12. Extendiſti manum tuam, & devoravit eos terra *a*.

13. Dux fuiſti in miſericordia tua populo, quem redemiſti: & portaſti *b* eum in fortitudine tua, ad habitaculum ſanctum tuum.

14. Aſcenderunt *c* populi, & irati ſunt: dolores obtinuerunt *d* habitatores Philiſthiim.

15. Tunc conturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

16. Irruat ſuper eos formido & pavor, in magnitudine brachii tui: fiant immobiles quaſi lapis, donec pertranſeat populus tuus Domine, donec pertranſeat populus tuus iſte, quem poſſediſti.

17. Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine: ſanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt *e* manus tuæ.

18. Dominus regnabit in æternum, & ultra.

19. Ingreſſus eſt enim eques *f* Pharao cum curribus & equitibus ejus in mare: & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris: filii autem Iſrael ambulaverunt per ſiccum in medio ejus.

20. Sumpſit ergo Maria propheteſſa, ſoror Aaron, tympanum in manu ſua: egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris,

21. Quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt equum & aſcenſorem ejus dejecit in mare.

22. Tulit autem Moyſes Iſrael de mari rubro, & egreſſi ſunt in deſertum Sur: ambulaveruntque tribus diebus *g* per ſolitudinem, & non inveniebant aquam.

23. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod eſſent amaræ: unde & congruum loco nomen impoſuit, vocans illum Mara, id eſt, amaritudinem.

24. Et murmuravit populus contra Moyſen, dicens: Quid bibemus?

25. At ille clamavit ad Dominum: qui oſtendit ei lignum *h*: quod, *i* cum miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt. Ibi conſtituit ei præcepta, atque judicia, & ibi tentavit eum,

26. Dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui,

a Demerſos in mare.
b Portabis.
c Tentabunt reſiſtere.
d Obtinebunt: præterita pro futuris ponit.
e pro firmabunt.
f Equitatus Pharaonis.
g Nempe 22. 23. & 24. ejusdem menſis.
h Myſtice hoc lignum Crucem & virtutem dominicæ paſſionis deſignat.
i Judith. 5. 15. Eccli. 38. 5.

11. Ktoż podobien tobie miedzy mocarzámi Pánie? Kto podobny tobie? wielmożny w świątośći, ſtráſzny y chwalebny, czyniący dźiwy.

12. Sćiągnąłeś rękę twoię, y pożárłá ie źiemiá.

13. Byłeś wodzem w miłośierdźiu twoim ludowi ktoryś odkupił: y nioſłeś go w mocy twoiey do mieſzkánia twego świętego.

14. Ruſzyli ſię narodowie, y rozgniewáli ſię; boleśći obięły obywátele Philiſtyńſkie.

15. Tedy ſię ſtrwożyły Kśiążętá Edom, mocarze Moab ſtrách zdiął, zdrętwieli wſzyſcy obywátele Chánáneyſcy.

16. Niech pádnie ná nie ſtrách y lękánie w wielkośći rámięniá twego, niech ſię sſtáną nieruchomi iáko kámien, áż przeydźie lud twoy Pánie, áż przeydźie lud twoy ten, ktoryś otrzymał.

17. Wprowádźiſz ji y wſádźiſz ná gorze dźiedźiectwá twego, w namocnieyſzym mieſzkániu twoim, ktoreś urobił Pánie, świątnicą twoią, Pánie, ktorą umocniły ręce twoie.

18. Pan będźie krolował, ná wieki y dáley.

19. Wiáchał bowiem konny Pháráo, z wozmi y z iezdnemi ſwemi w morze: u wroćił ná nie Pan wody morſkie: á ſynowie Izráelowi chodźili po ſuſzy przez pośrzodek iego.

20. Wźięłá tedy Márya Prorokini śioſtrá Aaronowá bębęn w rękę ſwoię, y wyſzły wſzytkie białęgłowy zá nią z bębny, y z Muzyką,

21. Ktorym záczynáłá mowiąc: Spiewaymy Pánu, chwalebnie bowiem uwielbiony ieſt, koniá y ieźdźca iego zrzućił w morze.

22. A Moyżeſz wywiodł Izráelá z morzá czerwonego, y wyſzli w puſczą Sur: y ſzli przez trzy dni po puſczy, á nie náydowáli wody.

23. Y przyſzli do Márá, y nie mogli pić wod z Márá, dla tego że były gorzkie: Z kąd y ſłuſzne imię dał mieyſzu, zowiąc ie Márá, to ieſt, gorzkość

24. Y ſzemrał lud przećiw Moyżeſzowi mowiąc: Coż będźiem pić?

25. A on záwołał do Páná, ktory ukazał mu drzewo; ktore gdy włożył do wod odmieniły ſię w ſłodkość. Tám uſtawił mu przykázánia y ſądy, y tám go kuśił,

26. Mowiąc: Ieſli uſłuchaſz głoſu Páná Bogá

gá twego, á bedźieſz przed nim dobrze czynił, y bedźieſz poſłuſzen roſkazániu iego, y bedźieſz ſtrzegł wſzytkich przykazań iego, żadney niemocy, ktorą włożył ná Ægypt, nie przywiodę ná ćię: iam bowiem Pan, lekarz twoy.

27. Y przyſzli do Elim ſynowie Izráelowi, gdźie było dwánaśćie źrzodeł wod y śiedmdźieśiąt palm, y obozem ſtánęli przy wodźie.

tui, & quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis ejus *a* cuſtodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem poſui in Ægypto, non inducam ſuper te: ego enim Dominus ſanator tuus.

27. *b* Venerunt autem in Elim filii Iſrael, ubi erant duodecim *c* fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ: & caſtra metati ſunt juxta aquas.

a Huc ſpectat locus Jer. 7. 21.

b Num. 33. 9.

c Allegorice duodecim Apoſtoli & ſeptuaginta Chriſti diſcipuli deſignantur, quorum opera Chriſtus totius mundi ſitim, famemque ſpiritualem depulit Sap. 11. 2.

ROZDZIAŁ XVI.

Gdy Synowie Izráelſcy o pokarm nárzykáią, dał im Pan doſtátek przepiorek y Mánny: y roſkazánie o zbierániu iey, y záchowániu oſobno.

1. Y Ruſzyli ſię z Elim, y przyſzło wſytko mnoſtwo ſynow Izráelowych ná puſzczą Sin, ktora ieſt miedzy Elim y Sinai: piętnaſtego dniá mieśiącá wtorego po tym, iáko wyſzli z źiemie Ægyptſkiey.

2. Y ſzemráło wſzyſtko zgromádzenie ſynow Izráelowych przećiw Moyżeſzowi y Aaronowi ná puſzczy.

3. Y wowili ſynowie Izráelſcy do nich: O byſmy byli pomárli od ręki Páńſkiey w źiemi Ægyptſkiey, gdyſmy śiedźieli nád gárncy mięſá, y iedliſmy chleb w ſytośći, czemuśćie nas wywiedli ná tę puſzczą, ábyśćie wſzytko mnoſtwo głodem pomorzyli?

4. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: oto ia ſpuſzczę wam chleb z niebá: niechay wychodźi lud, á zbiera coby doſyć było, ná káżdy dźień: ábym go doświadczył, ieſliż chodźi w zakonie moim, ábo nie?

5. A dniá ſzoſtego niechay nágotuią coby wnieśli: á niech będźie tyle dwoie niż co zbieráć zwykli ná káżdy dźień.

6. Y rzekł Moyżeſz y Aaron do wſzytkich ſynow Izráelowych: W wieczor poznaćie, że was Pan wyprowádźił z źiemie Ægyptſkiey:

7. A ráno uyźrzyćie chwałę Páńſką: uſłyſzał bowiem ſzemránie wáſze przećiw Pánu: á mi co ieſteſmy, żeśćie ſzemráli prećiwko nam?

8. Y rzekł Moyżeſz: W wieczor da wam Pan ieść mięſo, á ráno chleb w ſytośći: przeto że uſłyſzał ſzemránia wáſze, ktorymeśćie ſzemráli przećiw iemu, my bowiem co ieſteſmi?

CAPUT XVI.

Murmurant in Sin pro cibo Iſraelitæ, 1. Pluit Dominus coturnices & Man ad ſaturitatem, 12. Juſſio Domini de Manna colligendo, 14. & eodem in monumentum reponendo, ac cuſtodiendo Sabbato, 23. Iſrael comedit Manna 40. annis. 35.

1. PRofectique ſunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Iſrael in deſertum Sin, quod eſt inter Elim & Sinai: quintodecimo die menſis ſecundi *d*, poſtquam egreſſi ſunt de terra Ægypti.

2. Et murmuravit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron in ſolitudine.

3. Dixeruntque filii Iſrael ad eos: Utinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper *e* ollas carnium; & comedebamus panem in ſaturitate: cur eduxiſtis nos in deſertum iſtud, ut occideretis omnem multitudinem fame?

4. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ecce, ego pluam vobis panes de cœlo: egrediatur populus, & colligat, quæ ſufficiunt per ſingulos dies: ut tentem *f* eum, utrum ambulet in lege mea *g*, an non.

5. Die autem ſexto parent, quod inferant: *h* & ſit duplum, quam colligere ſolebant per ſingulos dies.

6. Dixerunsque Moyſes & Aaron ad omnes filios Iſrael: Veſpere ſcietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti:

7. Et mane videbitis gloriam Domini; audivit enim murmur veſtrum contra Dominum: nos vero quid ſumus, quia muſſitaſtis contra nos?

8. Et ait Moyſes: Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate: eo quod audierit murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis contra eum: nos

d eodem anno M. 2513.

e i. juxta deſiderabant alias carnes quam pecorum, quæ habebant.

f Probem.

g Colligendo ſolum, quantum diei ſufficiat.

h In tabernacula.

nos enim quid ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.

9. Dixit quoque Moyſes & Aaron: Dic univerſæ congregationi filiorum Iſrael: Accedite coram Domino: audivit enim murmur veſtrum.

10. Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſrael, reſpexerunt ad ſolitunem & ecce gloria *a* Domini apparuit in nube.

11. Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens:

12. Audivi murmurationes filiorum Iſrael, loquere ad eos: Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus: ſcietisque, quod ego ſum Dominus Deus veſter.

13. Factum eſt ergo veſpere, & *b* aſcendens coturnix, cooperuit caſtra: mane quoque ros jacuit per circuitum caſtrorum.

14. Cumque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine *c* minutum, & quaſi pilo tuſum *d*, in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram.

15. Quod cum vidiſſent filii Iſrael, dixerunt ad invicem: Manhu? (quod ſignificat: Quid eſt hoc?) ignorabant enim, quid eſſet. Quibus ait Moyſes: *e* Iſte eſt panis *f*, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum.

16. Hic eſt ſermo, quem præcepit Dominus: Colligat unusquisque ex eo, quantum ſufficit ad veſcendum: gomor per ſingula capita, juxta numerum animarum veſtrarum, quæ habitant in tabernaculo, ſic tolletis.

17. Feceruntque ita filii Iſrael, & collegerunt: alius plus, alius minus.

18. Et menſi ſunt ad menſuram gomor *g* nec, qui plus collegerat, habuit amplius: nec, qui minus paraverat, reperit minus: ſed ſinguli juxta id, quod edere poterant, congregaverunt

19. Dixitque Moyſes ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane.

20. Qui non audiverunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis usque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit *h*, & iratus eſt contra eos Moyſes.

21. Colligebant autem mane ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcendum: cumque incaluiſſet ſol, liquefiebat.

22. In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt, duo gomor per ſingulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, & narraverunt Moyſi.

a Eccli. 45. 3.

b Num. 11. 31.

c Sap. 16. 20. Num. 11. 7. Pſ. 77. 24. Joan. 6. 31.

d Chald. quaſi decorticatum i. album.

e 1. Cor. 10. 3.

f Myſtice Manna quam plurima, ſignificat, SS. Euchariſtiam, gratiam conſolationis, delicias Beatorum.

g 2. Cor. 6. 15.

h Nota figuram contra avaros. Jacob. 5. 2.

ſmi? áni przećiwko nam ieſt ſzemránie wáſze, ále przećiwko Pánu.

9. Rzekł też Moyżeſz do Aaroná: Powiedz wſzytkiemu zebrániu ſynow Izráelſkich: Przyſtąpćie przed Páná: bo ſłyſzał ſzemránie wáſze.

10. A gdy mowił Aaron do wſzytkiego zgromádzenia ſynow Izráelowych, poyźrzeli ku puſczy, á oto chałá Páńſkiá ukazáłá ſię w obłoku.

11. Y rzekł Pan do Moyżeſza, mowiąc:

12. Słyſzałem ſzemránia ſynow Izráelowych, mow do nich, w wieczor będźiećie ieść mięſo, á ráno náſyćićie ſię chlebem: y doznaćie żem ia ieſt Pan Bog wáſz.

13. Sſtáło ſię tedy w wieczor, y wzlećiawſzy przepiorki, okryły oboz: poránu też roſſá leżáłá około obozu.

14. A gdy okryłá wierzch źiemie, ukazáło ſię ná puſczy coś drobnego á iákoby w ſtępie utłuczonego, ná podobieńſtwo ſrzonu ná źiemi.

15. Co gdy uyźrzeli ſynowie Izráelſcy, rzekli ieden do drugiego: Mán hu? (co znáczy: Coż to ieſt?) bo niewiedźieli co było. Ktorym rzekł Moyżeſz: Ten ieſt chleb ktory wam dał Pan ku iedzeniu.

16. Táieſt mowá ktorą przykazał Pan: Niech zbiera káżdy z niego ile potrzebá ku iedzeniu: gomor ná káżdą głowę, według liczby duſz wáſzych, ktore mieſzkáią w namiećie, ták nábierzećie.

17. Y uczynili ták ſynowie Izráelowi: y názbierali ieden więcey, drugi mniey.

18. Y mierzyli wedle miáry gomor: Ani ktory więcey názbierał, więcey miał: áni krory mnie był nágotował, nálazł mniey: ále káżdy według tego co mogł źieść názbierał.

19. Y rzekł Moyżeſz do nich: Zaden niech nie zoſtáwia z niego do záránia.

20. Ktorzy nie poſłucháli go, ále zoſtáwili niektorzy z nich áż do poránku: y ięło ſię zálęgáć chrobáctwem y pogniło. Y rozgniewał ſię przećiw im Moyżeſz.

21. Y zbieráli po ránu káżdy, ile mogło bydź doſyć ku iedzeniu: á gdy ſię zágrzało ſłońce, topniáło.

22. A dniá ſzoſtego zbieráli dokármy we dwoy naſob, to ieſt, dwá gomor ná káżdego człowieká. Y przyſzli wſzyſcy przełożeni poſpolſtwá, y powiedźieli Moyżeſzowi:

23. Ktory im rzekł: To ieſt co mowił Pan: Odpoczynięnie Szábáthu iutro ieſt poświęcone Pánu: cokolwiek maćie robić, robćie, á co maćie wárzyć, warzćie: á cokolwiek zoſtánie, ſchowayćie do iutrá.

24. Y uczynili ták iáko Moyżeſz przykazał, á nie zgniło, áni ſię w nim robak nálazł.

25. Y rzekł Moyżeſz: Iedzćie to dźiśia: bo Szábáth ieſt Páńſki: nie naydźie ſię dźiś ná polu.

26. Przez ſześć dni zbierayćie, á dniá śiodmego Szábátk ieſt Páńſki, przeto ſię nie naydźie.

27. Y przyſcedł śiodmi dźień: á wyſzedſzy y ludu áby zbieráli, nie náleźli.

28. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Pokiż niechcećie záchowáć roſkazánia mego y zakonu mego?

29. Pátrzćie iż Pan dał wam Szábáth, y przeto w dźień ſzoſty dał wam pokarm dwoiáki: każdy niech mieſzka ſam u śiebie, żaden niech nie wychodźi z mieyſcá ſwego dniá śiodmego.

30. Y obchodźił Szábáth lud dniá śiodmego.

31. Y názwał dom Izráelow imię iego Man: ktore było iáko naśienie koryándru białe, á ſmák iego, iáko białego chlebá z miodem.

32. Y rzekł Moyżeſz: Tá ieſt mowá, ktorą Pan przykazał: Nápełni gomor z niego, á niech chowan będźie ná przyſzłe potym rodzáie, áby ználi chleb, ktorymem was kermił ná puſczy, kiedy wyprowadzeni ieſteśćie z źiemie Ægyptſkiey.

33. Y rzekł Moyżeſz do Aaroná: Weźmi ſtátek ieden, á náſyp weń Man, ile może w śię wźiąć gomor, y położ przed Pánem, ku záchowániu ná rodzáie wáſze,

34. Iáko przykazał Pan Moyżeſzowi: Y położył go Aaron w przybytku ná záchowánie.

35. A ſynowie Izráelowi iedli Man, czterdźieśći lat, áż weſzli do źiemie mieſzkálney: Tym pokármem żywieni ſą, áż przyſzli do gránic źiemie Chánáneyſkiey.

36. A gomor ieſt dźieśiąta część Ephy.

23. Qui ait eis: Hoc eſt, quod locutus eſt Dominus: Requies ſabbati ſanctificata eſt Domino *a* cras. Quodcumque operandum eſt, facite: &, quæ coquenda ſunt, coquite: quidquid autem reliquum fuerit, reponite usque in mane.

a ad Domini honorem.

25. Feceruntque ita, ut præceperat Moyſes, & non computruit, neque vermis inventus eſt in eo.

25. Dixitque Moyſes: Comedite illud hodie, quia ſabbatum eſt Domini: non invenietur hodie in agro.

26. Sex diebus colligite: in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini: idcirco non invenietur.

27. Venitque ſeptima dies: & egreſſi de populo ut colligerent, non invenerunt.

28. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Usquequo non vultis cuſtodire mandata mea, & legem meam?

29. Videte, quod Dominus dederit vobis ſabbatum, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices: maneat unusquisq; apud ſemetipſū, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo.

30. Et ſabbatizavit populus die ſeptimo.

31. Appellavitque domus Iſrael nomen ejus Man: quod erat quaſi ſemen coriandri *b* album *c*, guſtusque ejus quaſi ſimilæ cum melle.

b Figura. *c* Colore.

32. Dixit autem Moyſes: Iſte eſt ſermo, quem præcipit Dominus: Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro generationes *d*: ut noverint panem, quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſtis de terra Ægypti.

d q. d. poſteros veſtros, hæc per anticipationem dicta, quia facta ſunt poſt extructum tabernaculum.

33. Dixitque Moyſes ad Aaron: Sume vas unum, & mitte ibi Man, quantum poteſt capere gomor, & repone coram Domino *e* ad ſervandum in generationes veſtras.

e i. in arca teſtimonii.

34. Sicut præcepit Dominus Moyſi: Poſuitque illud Aaron in tabernaculo reſervandum.

35. Filii autem Iſrael *f* comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti ſunt, usquequo tangerent fines terræ Chanaan.

f 2. Eſdr. 9. 21. Judith. 5. 15.

36. Gomor autem decima pars eſt Ephi.

ROZDZIAŁ XVII.

Gdy lud przećiw Moyżeſzowi w Ráphidym ſzemrał o wodę, dał im Pan z ſkáły wodę: A Joſue Amálechá poraża, poki ná gorze Moyżeſz ręce ku Pánu wznośi.

CAPUT XVII.

Rurſum filii Iſrael murmurant in Raphidim pro aqua 1. Dat Dominus aquam de petra, 6. Dum Moyſes in monte extenſis manibus orat, vincuntur Amalecitæ, 8.

1 IGitur profecta omnis multitudo filiorum Iſrael de deſertoSion per manſiones ſuas, juxta ſermonem Domini, *a* caſtrametati ſunt in Raphidin, ubi non erat aqua ad bibendum populo.

2. Qui jurgatus contra Moyſen, ait: Da nobis aquam, ut bibamus. Quibus reſpondit Moyſes: Quid jurgamini contra me? cur tentatis Dominum?

3. Sitivit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmuravit contra Moyſen, dicens: Cur feciſti nos exire de Ægypto, ut occideres nos, & liberos noſtros, ac jumenta ſiti?

4. Clamavit autem Moyſes ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me.

5. Et ait Dominus ad Moyſen: Antecede populum, & ſume tecum de ſenionibus Iſrael: & virgam, qua *c* percuſſiſti fluvium, tolle in manu tua, & vade.

6. En ego ſtabo ibi coram te ſupra petram Horeb: percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Fecit Moyſes ita coram ſenioribus Iſrael:

7. Et vocavit nomen loci illius, Tentatio, propter jurgium filiorum Iſrael, & quia tentaverunt Dominum, dicentes: Eſtne Dominus in nobis, an non?

8. *d* Venit autem Amalec, & pugnabat contra Iſrael in Raphidim.

9. Dixitque Moyſes ad Joſue: Elige viros; & egreſſus pugna contra Amalec: cras ego ſtabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea.

10. Fecit Joſue, ut locutus erat Moyſes, & pugnavit contra Amalec: Moyſes autem & Aaron & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis.

11. Cumque levaret Moyſes manus *e*, vincebat Iſrael: ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec.

12. Manus autem Moyſi erant graves: ſumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron autem & Hur, ſuſtentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum eſt, ut manus illius non laſſarentur usque ad occaſum ſolis.

13. Fugavitque Joſue Amalec, & populum ejus in ore gladii.

14. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus

a Eodem an. M. 2513. & eodem menſe 1.
b Num. 20. 4.
c Supr. 14. 21. Pſal. 77. 15. 1. Cor. 10. 4.
d Deut. 15. 17. Iudith. 4. 13. Sapt. 11. 3.
e in formam crucis, juxta communem Patrum ſententiam. Tirin.

1. WYćiągnąwſzy tedy wſzytko mnoſtwo ſynow Izráelowych z puſczy Sin z ſtánowiſki ſwemi, według mowy Páńſkiey: położyli ſię obozem w Ráphidim gdźie nie było wody ku pićiu ludowi.

2. Ktory ſwárząc ſię z Moyżeſzem, mowił: Day nam wody, ábychmy pili. Ktorym odpowiedźiał Moyżeſz: Co ſię ſwárzyćie zemną? Przecz kuśićie Páná?

3. Y prágnął tám lud dla niedoſtátku wody, y ſzemrał przećiw Moyżeſzowi, mowiąc: Czemuś nas wywiodł z Ægyptu, ábyś pomorzył nas, y dźieci náſze, y bydło prágnieniem?

4. Y wołał Moyżeſz do Páná, mowiąc: Coż mam czynić ludowi temu? ieſcze máluczko, á ukámionuię mię.

5. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Idź przed ludem, á weźmi z ſobą z ſtárſzych Izráelowych: y laſkę ktorąś uderzył w rzekę, weźmi w rękę twoię, á idź.

6. Oto ia ſtánę tám przed tobą ná ſkále Horeb: y uderzyſz w ſkáłę, á wypłynie z niey wodá, áby pił lud: Uczynił ták Moyżeſz przed ſtárſzemi Izráelowemi:

7. Y názwał imię mieyſcá onego, kuſzenie, dla ſwaru ſynow Izráelowych, á iż kuśili Páná, mowiąc: Ieſtli Pan miedzy námi, czyli nie?

8. Y przyſzedł Amálek, y walczył przećiwko Izráelowi w Ráphidim.

9. Y rzekł Moyżeſz do Iozuego: Wybierz męże, á wyſzedſzy walcz przećiw Amálekowi: ia iutro ſtánę ná wierzchu págorku, máiąc laſkę Bożą w ręce moiey.

10. Uczynił Iozue iáko rzekł Moyżeſz, y potykał ſię z Amálekiem: Lecz Moyżeſz y Aaron y Hur wſtąpili ná wierzch págorku.

11. A gdy podnośił Moyżeſz ręce, przemagał Izráel: á ieſli trochę opuśćił, przewyćiężał Amálek.

12. A ręce Moyżeſzowe były ćiężkie: wźiąwſzy tedy kámień, podłożyli pod eń, ná ktorym uśiadł: á Aaron y Hur podpieráli ręce iego z obudwu ſtron. Y ſtáło ſię, że ſię iego ręce nie ſprácowáły áż do zachodu ſłońcá.

13. Y obroćił w tył Iozue Amálek, y lud iego páſczeką mieczá.

14. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Nápiſz to dla pámięći w kśięgi y poday uſzam Iozuego: bo

bo wygłádzę pámiątkę Amálekowę pod niebem.

15. Y zbudował Moyżesz ołtárz: y názwał imię iego, Pan Podwyższenie moie, mowiąc:

16. Iż ręká stolice Páńskiey y woyná Páńską będźie przećiw Amálekowi od rodzáiu do rodzáiu.

ROZDZIAŁ XVIII.

Ietro Cieść Moyżeszow, usłyszawszy sprawy, ktore z nim Pan poczynił, z żoną y z dźiećmi iego przyszedł do Moyżeszá, y porádźił mu dobrze o postánowieniu Sędakow, y innych Urzędnikow.

1. Y Gdy usłyszał Iethro Kápłan Mádiáński, powinny Moyżeszow, wszytko co uczynił Bog Moyżeszowi, y Izráelowi ludowi swemu, á iż wywiodł Pan Izráelá z Ægyptu:

2. Wźiął Sephorę żonę Moyżeszowę, ktorą był odesłał,

3. Y dwu synow iey, z ktorych iednego zwano Gersam, iż rzekł oćiec: Byłem przychodniem w źiemi cudzey.

4. A drugiego Eliezer: Bog bowiem, prawi, oycá mego pomocnik moy, y wyrwał mię od mieczá Pháráonowego.

5. Przyszedł tedy Iethro powinny Moyżeszow y synowie iego, y żoná iego ná puszczą do Moyżeszá, gdźie się był obozem położył przy gorze Bożey.

6. Y wskazał do Moyżeszá, mowiąc: Ia Iethro powinny twoy idę do ćiebie, y żoná twoiá, y dwá synowie twoi z nią.

7. Ktory wyszedszy ná przećiwko powinnemu swemu, pokłonił się, y pocáłował go: y przywitáli się spolnie, słowy spokoynemi. A gdy wszedł do namiotu,

8. Rospowiedźiał Moyżesz powinnemu swemu wszytko co był uczynił Pan Pháráonowi y Ægyptiánom dla Izráelá: y wszytkę pracą ktora ie potkálá w drodze, á że ie Pan był wybáwił.

9. Y rádował się Iethro ze wszytkich dobr ktore uczynił Pan Izráelowi iż go wybáwił z ręki Ægyptiánow,

10. Y rzekł: Błogosławiony Pan, ktory was wybáwił z ręki Ægyptiánow, y z ręki Pháráonowey, ktory wyrwał lud swoy z ręki Ægyptskiey.

11. Tera-

auribus *a* Josue: delebo enim memoriam Amalec sub cœlo.

15. Ædificavitque Moyses altare: & vocavit nomen ejus, Dominus exaltatio mea, dicens:

16. Quia manus solii Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

CAPUT XVIII.

Jethro socer Moysis uxorem cum filiis ad eum reducit, audiensque Dei opera Domino sacrificat, 1. Dat Moysi sanum consilium de constituendis judiciorum magistratibus, 13. Moyses obsequens judices creat & magistratus, 24.

1. CUmque audisset *b* Jethro, sacerdos *c* Madian *d*, cognatus *e* Moysi, omnia, quæ fecerat Deus Moysi, & Israel populo suo, & quod eduxisset Dominus Israel de Ægypto:

2. Tulit Sephoram uxorem Moysi, quam remiserat:

3. Et duos filios ejus, quorum unus vocabatur Geram, dicente patre: *f* Advena fui in terra aliena.

4. Alter vero Eliezer: Deus enim, ait, patris mei adjutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis.

5. Venit ergo Jethro cognatus Moysi, & filii ejus, & uxor ejus, ad Moysen in desertum, ubi erat castrametatus juxta montem Dei.

6. Et mandavit *g* Moysi, dicens: Ego Jethro cognatus tuus venio ad te, & uxor tua, & duo filii tui cum ea.

7. Qui egressus in occursum cognati sui, adoravit, & osculatus est eum, salutaveruntque se mutuo verbis pacificis. Cumque intrasset tabernaculum,

8. Narravit Moyses cognato suo cuncta, quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptiis propter Israel; universumque laborem, qui accidisset eis in itinere, & quod liberaverat eos Dominus.

9. Lætatusque est Jethro super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Israeli, eo quod eruisset eum de manu Ægyptiorum,

10. Et ait: Benedictus Dominus, qui liberavit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Ægypti.

11. Nunc

a Commenda & inculca

b Seu semper. An. M. 2514. Ant. Chr. 1490. Ab exitu anno 2. mense item 2.

c Chald. princeps.

d Quæ civitas erat Amalecitarum

e Hebr. Socer. Sic & Cald. Græc. Samaritan. Syrus & Arabs tum ibi tum in seq. Sic etiam noster. Sup. 3. 1.

f Sup. 2. 22.

g Nuntiari.

11. Nunc cognovi, quia magnus Dominus super omnes deos: eo quod *a* superbe *b* egerint contra illos *c*.

a Sup. 1. 14. & 5. 7. & 10. 10. & 14. 8.
b Ægyptii.
c Hebræos.

12. Obtulit ergo Jethro cognatus Moysi holocausta & hostias Deo: veneruntque Aaron & omnes seniores Israel, ut comederent panem cum eo coram Deo.

13. Altera autem die sedit Moyses, ut judicaret populum, qui assistebet Moysi, à mane usque ad vesperam.

14. Quod cum vidisset cognatus ejus, omnia scilicet, quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc, quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane usque ad vesperam?

15. Cui respondit Moyses: Venit ad me populus quærens sententiam Dei *d*.

d Secundum Dei voluntatem vel oraculum.

16. Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, ut judicem inter eos, & ostendam præcepta Dei & leges ejus.

17. At ille: Non bonam, inquit, rem facis:

18. Stulto *e* labore consumeris & tu, & populus iste, qui tecum est: ultra vires tuas est negotium, *f* solus illud non poteris sustinere.

e Hebr. mimimo. Sept. intolerabili.
f Deut. 1. 12.

19. Sed audi verba mea atque consilia, & erit Deus tecum *g*. Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur, ad eum:

g Ut tibi bene succedat.

20. Ostendasque populo cæremonias & ritum colendi, viamque, per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant.

21. Provide autem de omni plebe viros potentes *h*, & timentem Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

h Strenuos & laboris patientes.

22. Qui judicent populum omni tempore: quidquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo judicent: leviusque sit tibi, partito in alios onere.

23. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta ejus poteris sustentare: & omnis hic populus revertetur ad loca sua cum pace.

24. Quibus auditis, Moyses fecit omnia, quæ ille suggesserat.

25. Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos *i*, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

i Hebr. qui mille præsint. Vide Num. 10. 20.

26. Qui

11. Terazem doznał, że wielki Pan náde wszytkie Bogi: przeto że się przeciwko nim pyszno obchodźili.

12. Ofiárował tedy Iethro powiony Moyżeszow cáłopalenia y ofiáry Bogu: y przyszedł Aaron y wszyscy stárszy Izráelowi, áby chleb z nim iedli przed Bogiem.

13. A drugiego dniá śiadł Moyżesz, áby sądźił lud, ktory stał przy Moyżeszu od poránku áż do wieczorá.

14. Co gdy uyźrzał powinny iego, to iest, wszytko co czynił z ludem, rzekł: Coż to iest, co czynisz z tym ludem? Czemu sam śiedźisz, á wszytek lud czeka od poránku áż do wieczorá?

15. Ktoremu odpowiedźiał Moyżesz: przyszedł lud do mnie pytáć się wyroku Bożego.

16. A gdy im spor iáki przypádnie, przychodzą do mnie, ábym rozsądźił miedzy nimi, y pokozał przykazanie Boże, y práwá iego.

17. Ali on: Nie dobrą, pry, rzecz czynisz:

18. Głupią pracą, psuiesz się y ty, y lud ten ktory z tobą iest: nád twe śiły iest spráwá, sam iey nie będźiesz mogł zdołáć.

19. Ale posłuchay słow moich y rády, á będźie Bog z tobą. Bądź ty ludowi w tych rzeczách ktore ku Bogu náleżą, ábyś odnośił co mowią do niego:

20. Y ukázował ludowi ceremonie, y porządek służenia y drogę ktoraby chodźić mieli, y dźieło ktoreby czynić mieli.

21. A opátrz ze wszystkiego ludu męże potężne, y bogoboyne, w ktorychby byłá prawdá, y ktorzyby nienawidźieli łákomstwá: y postánow z nich tyśiączniki y setniky, y pięćdźieśiątniki: y dźieśiątniki,

22. Ktorzyby lud sądźili ná káżdy czás: á cokolwiek będźie wietszego, niech odnoszą do ćiebie, á sámi tylko mnieysze rzeczy niechay sądzą: y żebyć lżey było, podźieliwszy ćiężar miedzy insze.

23. Ieśli to uczynisz, wypełnisz roskazánie Bożkie, y przykazánie iego będźiesz mogł znośić: y lud ten wszytek będźie się wracał z pokoiem ná mieysca swoie.

24. Co usłyszawszy Moyżesz, uczynił wszytko co mu był podał.

25. A wybrawszy męże potężne ze wzytkiego Izráelá, postánowił ie przełożonemi nád ludem, tyśiączniki, y setniki, y pięćdźieśiątniki y dźieśiątniki.

26. Kto-

26. Ktorzy ſądźili lud czáſu káżdego: á cokolwiek było ważnieyſzego, odnośili do niego, łácnieyſze tylko ſądząc.

27. Y odpráwił powinnego ſwego: ktory wroćiwſzy ſię odſzedł do źiemie ſwoiey.

ROZDZIAŁ XIX.

Wſpomniawſzy Pan dobrodźieyſtwo wyzwolenia z niewoley, przy gorze Synái kazał lud poświęćić: áby Pan zſtąpił mowić do Moyżeſzá przed poſpolitym ludem.

1. MIeśiącá trzećiego wyſzćia Izráelá z źiemie Ægyptſkiey, w tenże dźień przyſzli ná puſtynią Sinai.

2. Bo wyćiągnąwſzy z Ráphidim, y przyſzedſzy áż do puſczy Sinai, położyli ſię obozem ná tymże mieyſcu, y tamże rozbił Izráel namioty przećiw gorze.

3. Moyżeſz wſtąpił do Bogá, y záwołał go Pan z gory, y rzekł: To powieſz domowi Iákobowemu, y oznaymiſz ſynom Izráelowym:

4. Wyśćie ſámi widźieli, com ucynił Ægyptiánom, y iákom was nośił ná ſkrzydłách orłowych, y wźiął ſobie.

5. Ieſli ſłucháć będźiećie głoſu mego, y ſtrzedz umowy moiey, będźiećie mi włáſnośćią, ze wſzech narodow: ábowiem moiá ieſt wſzytká źiemiá.

6. A wy będźiećie mi kroleſtwem kápłáńſkim, y narodem świętym. Te ſą ſłowá ktore mowić będźieſz do ſynow Izráelowych.

7. Przyſzedł Moyżeſz: y zezwawſzy ſtárſze ludu, przełożył im wſzytki ſłowá, ktore Pan roſkazał.

8. Y odpowiedźiał wſzytek lud poſpołu: Wſzytko co Pan rzekł, uczynimy. A gdy odnióſł Moyżeſz ſłowá ludu do Páná,

9. Rzekł mu Pan: Iuż teraz przyidę do ćiebie we mgle obłoku áby mię ſłyſzał lud mowiącego do ciebie, á wierzyłći ná wieki. Odnióſł tedy Moyżeſz ſłowá ludu do Páná.

10. Ktory mu rzekł: Idź do ludu: á poświęć ie dźiśia y iutro, y niech wypiorą ſzáty ſwoie.

11. A niech będą gotowi ná dźień trzeći: trzećiego dniá bowiem znidźie Pan przed wſzytkim ludem ná gorę Sinai.

26. Qui judicabant plebem omni tempore: quidquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo judicantes.

27. Dimiſitque cognatum ſuum: qui reverſus abiit in terram ſuam.

CAPUT XIX.

Dominus juxta montem Sinai commemorat liberationis ex Ægypto beneficium, 1. & populum ſanctificari jubet, ac præparari ad excipiendam legem 7. Deſcendit in fulgure & tonitru, montem replens fumo, & buccinæ clangore, 16. Vocat Moyſen coram omni plebe ipſi locuturus, 20.

1. MEnſe tertio egreſſionis Iſrael de terra Ægypti, in die hac *a* venerunt in ſolitudinem Sinai *b*.

2. Nam profecti de Raphidim, & pervenientes usque in deſertum Sinai, caſtrametati ſunt in eodem loco, ibique Iſrael fixit tentoria e regione montis.

3. *c* Moyſes autem aſcendit ad Deum, vocavitque eum Dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Jacob, & annunciabis filiis Iſrael:

4. Vos *d* ipſi vidiſtis, quæ fecerim Ægyptiis, quo modo portaverim vos ſuper alas aquilarum *e*, & aſſumpſerim mihi.

5. Si ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: *f* mea eſt enim omnis terra.

6. *g* Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta: hæc ſunt verba quæ loqueris ad filios Iſrael.

7. Venit Moyſes: & convocatis majoribus natu populi, expoſuit omnes ſermones, quos mandaverat Dominus.

8. Reſponditque omnis populus ſimul: Cuncta, quæ locutus eſt Dominus, faciemus. Cumque retuliſſet Moyſes verba populi ad Dominum.

9. Ait ei Dominus: Jam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiavit ergo Moyſes verba populi ad Dominum.

10. Qui dixit ei: Vade ad populum, & ſanctifica *i* illos hodie, & cras, laventque veſtimenta ſua.

11. Et ſint parati in diem tertium: in die enim tertia deſcendet Dominus coram omni plebe ſuper montem Sinai.

a Id eſt: ejusdem numeri, videlicet tertia menſis, tertii ubi annum fere integrum manſerunt, vid. Num. 10. 11. 12.
b Num. 33. 15.
c Act. 7. 28.
d Deut. 29. 2.
e Ut ſolent aquilæ.
f Pſal. 23. 1.
g 1. Pet. 2. 9.
h In qua Deus regnet, & rite colatur.
i præpara.

12. Conſtituesque terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cavete, ne aſcendatis in montem: *a* nec tangatis fines illius: omnis, qui tetigerit montem, morte morietur.

13. Manus non tanget eum, ſed lapidibus opprimetur *b*, aut confodietur jaculis, ſive jumentum fuerit, ſive homo, non vivet. Cum cœperit clangere *c* buccina tunc aſcendant in montem.

14. Deſcenditque Moyſes de monte ad populum, & ſanctificavit eum. Cumque laviſſent veſtimenta ſua,

15. Ait ad eos: Eſtote parati in diem tertium *d* & ne appropinquetis uxoribus veſtris.

16. Jamque advenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perſtrepebat: & timuit populus, qui erat in caſtris.

17. Cumque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis.

18. *e* Totus autem mons Sinai fumabat: eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: eratque omnis mons terribilis *f*.

19. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in majus, & prolixius tendebatur: Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat *g* ei.

20. Deſcenditque Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice, & vocavit Moyſen in cacumen ejus. Quo cũ aſcendiſſet,

21. Dixit ad eum: Deſcende, & conteſtare populum: ne forte velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo.

22. Sacerdotes *h* quoque, qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur, ne percutiat eos.

23. Dixitque Moyſes ad Dominum: Non poterit vulgus aſcendere in montem Sinai: tu enim teſtificatus es: & juſſiſti, dicens: Pone terminos circa montem, & ſanctifica illum.

24. Cui ait Dominus: Vade, deſcende: aſcendesq; tu, & Aaron tecum: ſacerdotes autẽ & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne forte interficiat illos.

25. Deſcenditque Moyſes ad Populum, & omnia narravit eis.

a Hebr. 12. 18

b Ut ſacrilegus.

c Hebr. prolixum ſonum edere.

d ſc. Pentecoſtes. vide Sà.

e Deut. 4. 11.

f Chald. & Heb. contremiſcens.

g Hebr. in voce clara.

h i. Primogenitos, quos ſibi Deus conſecraverat (ſup. 13. 2.) Num. 8. 16. & ſequ. Hi enim adminiſtraverunt Sacra, donec Levitæ in eorum ordinem ſuccederent. Vid. inf. 24. 5.

12. Y zámierzyſz gránicę ludowi w około, y powieſz im: Strzeżćie ſię ábyśćie nie wſtępowáli ná gorę, áni ſię dotykáli gránic iey: wſzelki ktoby ſię dotknął gory, śmierćią umrze.

13. Ręká ſię go nietknie, ále kámieńmi zábit będźie, ábo ſtrzalámi uſtrzelan, bądź bydlę będźie, bądź człowiek, nie będźie żył. Gdy trąbá brzmieć pocznie, tedy niech wſtąpią ná gorę.

14. Y zſtąpił Moyżeſz z gory do ludu y poświęćił ji. A gdy wyprali ſzáty ſwe,

15. Rzekł do nich: Bądźćie gotowi ná dźień trzeći, á nie przyſtępuyćie do żon wáſzych.

16. Y iuż był przyſzedł trzeći dźień, á záránie záświtło: álić oto poczęły bydź ſłyſzánie gromy, y łyſkáć ſię błyſkáwice, á obłok bárzo geſty okrywáć gorę, á brzmienie trąby im dáley tym więcey ſię rozlegáło: y zlękł ſię lud ktory był w obożie.

17. A gdy ie wywiodł Moyżeſz ná zábieżenie Bogu z mieyſcá obozu, ſtánęli pod ſámą gorą.

18. A wſzytká gorá Sinai kurzyłá ſię: przeto iż był Pan zſtąpił ná nię w ogniu, y wyſtępował dym z niey iáko z pieca: á wſzytká gorá byłá ſtráſzliwa.

19. A głos trąby z lekká ſię bárźiey rozlegał, y dłużey ſię rozwłoczył: Moyżeſz mowił, á Bog mu odpowiádał.

20. Y zſtąpił Pan ná gorę Sinai ná ſam wierzch gory, y weźwał Moyżeſzá ná wierzch iey: Tám gdy wſtąpił,

21. Rzekł do niego: Zſtąp, á oświádcz ludowi: by ſnadź niechćiał przeſtąpić gránić chcąc widźieć Páná, y niezginęło z nich bárzo wielkie mnoſtwo.

22. Kápłáni też ktorzy przyſtępuią do Páná, niech ſię poświęcą, żeby ich nie pobił.

23. Y rzekł Moyżeſz do Páná: Nie będźie mogł lud wſtąpić ná gorę Sinai: tyś ſię bowiem oświadczył y roſkazał mowiąc: Złóż gránice około gory, y poświęć ią.

24. Ktoremu Pan rzekł: Idź zſtąp: á wſtąpiſz ty y Aaron z tobą: Lecz kápłani y lud niech nieprzeſtępuią gránic, áni wſtępuią do Páná, by ich ſnadź nie pobił.

25. Y zſtąpił Moyżeſz do ludu, y wſzytko im powiedźiał.

ROZDZIAŁ XX.

Moyżesz dźieśięćioro Przykazánie Boże bierze od Páná. Sposob budowánia Ołtarza Pánu opisuie.

1. Y Mowił Pan wszytkie te słowá,

2. Iam iest Pan Bog twoy, ktorym ćię wywiodł z źiemie Ægyptskiey, z domu niewoley.

3. Nie będźiesz miał Bogow cudzych przede mną.

4. Nie uczynisz sobie ryćiny, áni żadnego podobieństwá, ktore iest ná niebie wzgorę, y ktore ná źiemi nisko, áni z tych rzeczy, ktore są w wodách pod źiemią.

5. Nie będźiesz się im kłániał, áni służył, ia iestem Pan Bog twoy mocny, zapálczywy, náwiedzáiący nieprawość oycow nád synmi, do trzećiego y czwartego pokolenia, tych ktorzy mię nienawidzą:

6. Y czyniący miłośierdźie ná tyśiące tym, ktorzy mię miłuią y strzegą przykazánia mego.

7. Nie będźiesz brał imięnia Páná Bogá twego ná dáremno: bo nie będźie miał zá niewinnego Pan tego, ktoryby wźiął imię Páná Bogá swego nádáremno.

8. Pámiętay, ábyś dźień Sobotni święćił.

9. Sześć dni robić będźiesz, y będźiesz czynił wszytkie dźiełá twoie.

10. Ale dniá śiodnego Szabbát Páná Bogá twego iest: nie będźiesz czynił żadney roboty weń, ty y syn twoy, y corká twoiá, sługá twoy, y służebnicá twoiá, bydlę twoie, y gość ktory iest miedzy bronámi twemi.

11. Przez sześć dni bowiem czynił Pan niebo y źiemie y morze, y wszytko co w nich iest, y odpoczął dniá śiodmego, y przetoż błogosłáwił Pan dniowi Sobotniemu y poświęćił ji.

12. Czći oycá twego y mátkę twoię, ábyś był długowieczny ná źiemi, ktorą Pan Bog twoy da tobie.

13. Nie będźiesz zábiiał.

14. Nie będźiesz cudzołożył.

15. Nie będźiesz krádźieży czynił.

16 Nie będźiesz mowił przećiw bliźniemu twemu świádectwá fałszywego.

17. Nie będźiesz pożądał domu bliźniego twego: áni będźiesz prágnął żony iego, nie sługi, nie służebnice, nie osłá, áni żadney rzeczy ktora iego iest.

18. A

CAPUT XX.

Dominus Decalogum promulgat. Territus populus mavult, Moyse internuntio, Dei mandata sibi exponi. 18. Terreum aut lapideum de insectis lapidibus altare fieri jubetur, ad quod non sit per gradus ascendendum. 21.

1. LOcutusque *a* est Dominus cunctos sermones hos:

2. Ego *b* sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis.

3. Non habebis deos coram me.

4. *c* Non facies tibi sculptile: neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra.

5. Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, *d* zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me:

6. Et faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea

7. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum *e*. Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.

8. *f* Memento, ut diem sabbati sanctifices.

9. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.

10. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus & filia tua, servus tuus & ancilla tua, jumentum tuum, & advena qui est intra portas tuas.

11. *g* Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & requievit in die septimo, idcirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificavit *h* eum.

12. *i* Honora *k* patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

13. *l* Non occides.

14. Non mœchaberis.

15. Non furtum facies.

16. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

17. *m* Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt.

18. Cun-

a Eodem mense 3. ab exitu Anno M. 2513.
b Deut. 5. 6. Psal. 80. 11.
c Lev. 26. 1. Deut. 4. 15. Jos. 24. 14. Psal. 96. 7.
d Zelotypus, non ferens, ut cultus mihi debitus alteri tribuatur.
e Lev. 29. 12. Deut. 5. 11. Matth. 5. 22.
f Inf. 31. 13. Deut. 5. 13. Ez. 20. 12.
g Gen. 2. 2.
h Instituit pro sui cultu
i Fer. 4. post Dom. 3. Quadr.
k Deut. 5. 16. Matth. 15. 4. Eph. 6. 2.
l Matth. 5. 21.
m Rom. 7. 7. & 13. 9.

18. Cunctus autem populus videbat *a* voces & lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem: & perterriti ac pavore concussi, steterunt procul,

19. Dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.

20. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: ut enim probaret vos, venit Deus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis.

21. Stetitque populus de longe *b*. Moyses autem accessit ad caliginem, inqua erat Deus.

22. Dixit præterea Dominus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: Vos vidistis, quod de cœlo *c* locutus sim vobis.

23. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.

24. *d* Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra, oves vestras & boves in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei: veniam ad te, & benedicam tibi.

25. *e* Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim levaveris cultrum super eo, polluetur *f*.

16. Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reveletur turpitudo tua.

a Percipiebat.
b Deut. 18. 16. Hebr. 12. 18.
c Acre.
d Infr. 27. 8. & 38. 7.
12. A w ſzerokośći śieni, ktora pátrzy ná zachod, będą opony ná pięćdźieśiąt łokiet, á ſłupow dźieśięć, y podſtawkow ich tákże wiele.

13. W teyże też ſzerokośći śieni, ktora pátrzy ná wſchod ſłońcá, pięćdźieśiąt łokci będźie,

14. W ktorych piętnaśćie łokiet opony, iedney ſtronie náznáczone będą, y trzy ſłupy y tákże wiele podſtawkow:

15. A ná drugiey ſtronie będą opony máiące piętnaśćie łokći, ſłupy trzy y tákże wiele podſtawkow.

CAPUT XXVII.

Altare holocauſtorum deſcribitur, 1. Atrium tabernaculi cum columnis & tentoriis, 9. Et oleum lucernarum parari jubetur. 10.

1. FAcies & altare *a* de lignis ſetim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id eſt quadrum, & tres cubitos in altitudine.

2. Cornua autem per quatuor angulos ex ipſo erunt: & operies illud ære.

3. Faciesque in uſus ejus lebetes ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes atque fuſcinulas *b*, & ignium receptacula: omnia vaſa ex ære fabricabis.

4. Craticulamque in modum retis æneam: per cujus quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei.

5. Quos pones ſubter arulam altaris: eritque craticula usque ad altaris medium.

6. Facies & vectes altaris de lignis ſetim duos, quos operies laminis æneis:

7. Et induces per circulos, eruntque ex utroque latere altaris ad portandum.

8. *c* Non ſolidum, ſed inane & cavum intrinſecus facies illud, ſicut tibi in monte monſtratum eſt.

9. Facies & atrium tabernaculi *d*, in cujus auſtrali plaga contra meridiem erunt tentoria de byſſo retorta: centum cubitos unum latus tenebit in longitudine.

10. Et columnas viginti cum baſibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis ſuis habebunt argentea.

11. Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & baſes æneæ ejusdem numeri, & capita earum cum cælaturis ſuis argentea.

12. In latitudine vero atrii, quod reſpicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, baſesque totidem.

13. In ea quoque atrii latitudine, quæ reſpicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt.

14. In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabuntur, columnæque tres & baſes totidem.

15. Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & baſes totidem.

a Inf. 38. 6. holocauſtorum, quod extra tabernaculi tectum ſub dio erat. Utrumque altare myſtice ſignificat Chriſti crucem, & altare novi teſtamenti.

b Inſtrumenta ad extrahendas ex olla carnes.

c Sup. 20. 24.

d Singulæ tabernaculi partes adumbrant varia myſteria de corpore Chriſti, naturali, & myſtico; de B. V. Maria & quavis fideli anima.

16. In introitu vero atrii fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere plumarii: columnas habebit quatuor, cum basibus totidem.

17. Omnes columnæ atrii per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis.

18. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum *a* erit: fietque de bysso retorta, & habebit bases æneas.

a Ut possit populus undique tabernaculum videre,

19. Cuncta vasa tabernaculi in omnes usus & cæremonias, tam paxillos ejus, quam atrii, ex ære facies.

20. Præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum purissimum, piloque contusum: ut ardeat lucerna semper *b*.

b Per totam noctem.

22. In tabernaculo testimonii *c*, extra velum quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron & filii, ut usque mane luceat coronam Domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum a filiis Israel.

c Arca.

16. A w weſzćiu do śieni ſpráwią oponę ná dwudźieſtu łokiet z Hiácyntu, y z ſzárlatu, y z kármázynu dwákroć fárbowanego, y biśioru kręconego, robotą háftárſką: ſłupy cztery będźie miáłá, z tákże wielą podſtawkow.

17. Wſzytkie ſłupi śieni w koło będą powleczone ſrebrnemi bláchámi z kápitellámi ſrebrnemi y z podſtawkámi miedźiánemi.

18. Wzdłuż záſtąpi śień ſto łokiet, wſzerz pięćdźieśiąt, wzwyſz ná piąći łokiet będźie, á będźie z biśioru kręconego, y będźie miała podſtawki miedźiáne.

19. Wſzytko naczynie przybytku ku wſzelákim potrzebam y obrzędom, ták kołki iego, iáko y śieni z miedźi poczyniſz.

20. Przykaż ſynom Izráelowym, áby przynieśli do ćiebie oliwy z oliwnego drzewá co naczyſtſzey, w ſtępie tłuczoney: áby gorzáłá lámpá záwſze.

21. W przybytku świádectwá, przed záſłoną ktora ieſt záwieſzona przed świádectwem. A będą ią ſtáwiáć Aaron, y ſynowie iego, aby áż do poránku świecilá przed Pánem, wieczna będźie ſłużbá przez ſucceſſye ich od ſynow Izráelowych.

CAPUT XXVIII.

Pontificalia indumenta Aaronis & filiorum ejus describuntur. Superhumerale, 6. Rationale cum lapidibus duodecim, 15. Tunica superhumeralis hyacinthina, 31. Vitta cum tiara, 36. Tunica, balteus, 39. Feminalia linea, 42.

1. Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur mihi, Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar.

2. Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo, in gloriam & decorem *d*.

d Splendorem & ornamentum.

3. Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos replevi spiritu prudentiæ, ut faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi.

4. Hæc autem erunt vestimenta quæ facient: Rationale *e*, & superhumerale *f*, tunicam & lineam strictam, cidarim *g*, & balteum. Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron & filiis ejus, ut sacerdotio fungantur mihi.

e Septuag. Logion, Hebr. pectorale.
f Hebr. Ephod.
g Tiaram.
Nota, Aaronis indumenta Christi dotes & beneficia adumbrant, simulque moraliter sacerdotes utriusque testamenti in bonis moribus informant.

5. Accipientque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum.

6. Fa-

ROZDZIAŁ XXVIII.

Odźienie Biſkupie Aaronowe, y Synow iego opiſuie.

1. PRzyłącz też do śiebie Aaroná brátá twego z ſynámi iego, z pośrzodku ſynow Izráelowych, áby mi urząd kápłáńſki ſpráwowáli: Aaron, Nádáb, y Abiu, Eleázár, y Ithámár:

2. Y ſpráwiſz ſzáty święte Aaronowi brátu twemu ku czći y ozdobie.

3. Y będźieſz mowił wſzytkim mądrego ſercá, ktorem nápełnił duchem umieiętnośći, áby uczynili ſzáty Aaronowi, w ktorychby mi poświęcony ſłużył.

4. A ſzáty, ktore poczynią, te będą: Rátionał y Nárámiennik, ſzátę y koſzulę wązką, czapkę y pás. Uczynią święte ſzáty Aaronowi brátu twemu y ſynom iego, áby mi kápłáńſki urząd ſpráwowáli.

5. Y nábiorą złotá, y hiácyntu, y ſzárłatu, y kármázynu dwákroć fárbowánego, y biśioru.

6. Ale

6. Ale Nárámiennik uczynią ze złotá y hiácyntu, y szárłatu, y kármázynu dwákroć fárbowánego, y biśioru kręconego robotą háftárską.

7. Dwá kráie będzie miał złączone ná obudwu bokách końcow, żeby się w iedno zeszły.

8. Sámo też tkánie y wszytká rozmáitość roboty będźie ze złotá, y z hiácyntu, y szárłatu, y kármázynu dwákroć fárbowánego, y biśioru kręconego.

9. Y weźmiesz dwá kámieniá Onychiny, y wyryiesz ná nich imioná synow Izráelowych.

10. Sześć imion ná iednym kámieniu, á sześć drugich ná drugim według porządku národzenia ich.

11. Robotą śnicerá y rzeżących kámienie drogie, wyryiesz ie imiony synow Izráelowych, y osádźisz ie we złote osádzenia:

12. Y położysz ná obu bokách nárámiennika pámiątkę synow Izráelowych. Y będźie nośił Aaron imioná ich przed Pánem ná obu rámionách, dla wspominánia.

13. Uczynisz też y haczki ye złotá,

14. Y dwá łáncuszki z naczystszego złotá wespołek się dźierżące, ktore záłożysz ná haczki.

15. Rátionał też sądu urobisz háftárską robotą, według tkánia Nárámienniká, ze złotá, z hiácyntu, y szárłatu, y kármázynu dwákroć fárbowánego y biśioru kręconego.

16. Czworográniſty będźie y dwoiſty: miárę piędźi będźie miał, ták w zdłuż iáko w szerz.

17. Y násádźisz weń cztery rzędy kámienia. W pierwszym rzędźie będźie kámień Sárdius, y Topáśius, y Smárag.

18. We wtorym Kárbunculus, Sáphir, y Iáspis,

19. W trzećim, Ligurius, Achátes y Amethiſt:

20. W czwartym, Chrysolit, Onychin, y Beryl: będą osádzone we złoto w rzędźiech swoich.

21. Y będą miáły imioná synow Izráelowych: dwánaśćie imion będą wyrzezáne, káżdy kámień imieniem káżdego, przez dwánaśćie pokolenia.

22. Uczynisz w Rátionale łáncuszki, ieden drugiego się dźierżący, ze złotá naczyſtszego:

23. Y dwá pierśćienie złote, ktore przypráwisz przy obu końcách Rátionału:

24. A łáńcuchy złote złączysz pierśćieniámi, ktore są ná kráiách iego:

6. Facient autem superhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere polymito.

7. Duas oras junctas habebit in utroque latere summitatum, ut in unum redeant.

8. Ipsa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta.

9. Sumesque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel:

10. Sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero, juxta ordinem nativitatis eorum.

11. Opere sculptoris & cælatura gemmarii, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos:

12. Et pones in utroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israel. Portabitque Aaron nomina *a* eorum coram Domino super utrumque humerum, ob recordationem.

13. Facies & uncinos ex auro.

14. Et duas catenulas ex auro purissimo sibi in vicem cohærentes, quas inseres uncinis.

15. Rationale quoque judicii *b* facies opere polymito juxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta.

16. Quadrangulum erit & duplex mensuram palmi habebit tam in longitudine quam in latitudine.

17. Ponesque in eo quatuor ordines lapidum: in primo versu erit lapis sardius, *c* & topazius, & smaragdus:

18. In secundo carbunculus, sapphirus, & jaspis:

19. In tertio ligurius, achates, & amethystus:

20. In quarto chrysolitus, onychinus, & berillus. Inclusi auro erunt per ordines suos.

21. Habebuntque nomina filiorum Israel: duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus.

22. Facies in rationali catenas sibi invicem cohærentes ex auro purissimo:

23. Et duos annulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate:

24. Catenasque aureas junges annulis, qui sunt in marginibus ejus:

a Mystice sacerdos suorum subditorum nomina ferre debet in humeris, eorum onera portando, & peccata deprecando.

b Quia sine illo nunquam jus dicebat in re gravi.

c Chald. ait in Sardio fuisse scriptum Ruben, in topazio Simeonem &c. Hæ gemmæ 12. articulos, & duodecim Apostolorum virtutes, dotes, & præmia mystice præsignificabant.

25. Et ipſarum catenarum extrema duobus copulabis uncinis in utroque latere ſuperhumeralis, quod rationale reſpicit.

26. Facies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus rationalis, in oris, quæ e regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora ejus aſpiciunt.

27. Nec non & alios duos annulos aureos, qui ponendi ſunt in utroque latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit contra faciem juncturæ inferioris, ut aptari poſſit cum ſuperhumerali.

28. Et ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis, vitta hyacinthina, ut maneat junctura fabrefacta, & a ſe invicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari.

a Extremitatibus Sacerdos debet ſubditorum nomina ferre in pectore per amorem Tirin. Heb. Urim illuminationes. Hebr. Tummim perfectiones v Tirinum & S. Thomam 1. 2. q. 102. art. 5.

29. Portabitque Aaron nomina *a* filiorum Iſrael in rationali judicii ſuper pectus ſuum, quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.

30. Pones autem in rationali judicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino: & geſtabit judicium filiorum Iſrael in pectore ſuo, in conſpectu Domini ſemper.

31. Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam,

32. In cujus medio ſupra erit capitium, & ora per gyrum ejus textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facile rumpatur.

33. Deorſum vero, ad pedes ejuſdem tunicæ, per circuitum, quaſi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis,

34. Ita ut tintinnabulum ſit aureum & malum punicum, rurſumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum.

b Figurabant Apoſtolos quorum ſonus in omnem terram exiit. Eccl. 45. 11.

35. *b* Et veſtietur ea Aaron in officii miniſterii, ut audiatur ſonitus, quando ingreditur, & egreditur Sanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur.

36. Facies & laminam de auro puriſſimo: in qua ſculpes opere cælatoris: Sanctum Domino.

37. Ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram,

c i. qui non rite offerunt ea, quæ debent.

38. Imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum *c*, quæ obtulerunt & ſanctificaverunt filii Iſrael, in cun-

25. A ſámych łáńcuchow końce, dwiemá haczkámi ſpoiſz, ná obudwu bokách nárámienniká, ktory ieſt przeciwko Rátionałowi.

26. Uczyniſz y dwá pierśćienie złote, ktore przypráwiſz ná końcách Rátionału, ná kráiách ktore ſą przećiwko nárámiennikowi y ku tyłowi iego ſię máią.

27. K temu y drugie dwá pierśćienie złote, ktore máią bydź położone ná obu bokách nárámienniká ná doł, ktory pátrzy przećiw ſpoieniu dolnemu, áby ſię mogł przyſtoſowáć z nárámiennikiem,

28. Y ſpiął ſię Rátionał pierśćieniámi ſwemi z pierśćieniámi nárámienniká ſznurem hiácyntowym, iżeby trwáło ſpoienie pięknie urobione: á Rátioráł y Nárámiennik od śiebie niemogły bydź odłączone.

29. Y będźie nośił Aaron imioná ſynow Izráelowych w Rátionále ſądu ná pierśiách ſwoich, gdy będźie wchodźił do świątnice pámiątkę przed Pánem ná wieki.

30. A położyſz ná Rátionale ſądu, Náukę y Prawdę, ktore będą ná pierśiách Aaronowych, gdy wnieźie przed Páná: y ponieśie ſąd ſynow Izráelowych ná pierśiách ſwoich przed obliczem Páńſkim záwżdy.

31. Uczyniſz też ſzátę Nárámienniká wſzytkę z hiácyntu,

32. U ktorey we śrzodku ná wierzchu będźie káplerzyk, á bramá około niego tkána, iáko bywa ná kráiách ſzat, áby ſię łácno nie zdárł.

33. A u dołu przy nogách teyże ſzáty w około uczyniſz iáko málogránaty z hiacyntu y ſzárłatu, y z kármázynu dwákroć fárbowánego, przeplátáiąc w pośrzodku dzwonki wkoło,

34. Ták żeby dzwoneczek był złoty, á málogránat: y záśię drugi dzwoneczek złoty y málogránat.

35. A w tę ſzátę będźie ſię obłoczył Aaron w odpráwowániu ſłużby, żeby ſłyſzano dzwięk kiedy wchodźi y wychodźi z świątnice przed obliczem Páńſkim, y nie umárł.

36. Uczyniſz też bláchę ze złota naczyſtſzego: ná ktorey wyryieſz robotą ſznicerſką Święte Pánu.

37. Y przywiążeſz ią ſznurem z hiácyntu, y będźie ná czapce,

38. Nád czołem nawyſſzego kápłaná: y ponieśie Aaron niepráwość tych rzeczy, ktore ofiárowáli, y poświęćili ſynowie Izraelowi we

we wszytkich dárách y upominkách swoich. A bláchá będźie záwżdy ná czele iego, áby im był miłośćiw Pan.

39. Y zcieśnisz szátą biśiorem, y uczynisz czapkę z biśioru, y pás robotą háftárską.

40. Ale synom Aaronowym száty lniáne poczynisz, y pásy, y czapki, ku czći y ku ozdobie:

41. Y ubierzesz w to wszytko Aaroná brátá twego, y syny iego z nim. Y wszytkich ręce poświęćisz y świętemi ie uczynisz, áby mi kápłáńskí urząd sprawowáli.

42. Poczynisz też im umbránia lnáne, áby zákryli ćiáło sromoty swey, od biodr áż do udow:

43. A będą ich używáć Aaron y synowie iego, kiedy wchodźić będą do przybytku świádectwá, ábo gdy przystępuią do ołtarzá, áby służyli w świątnicy, żeby winni grzechu nie umárli. Práwo więczne będźie Aaronowi y naśieniu iego po nim.

cunctis muneribus & donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte ejus, ut placatus sit eis Dominus.

39. Stringesque tunicam bysso, & tiaram byssinam facies, & balteum *a* opere plumarii.

40. Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac tiaras in gloriam & decorem:

41. Vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios ejus cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, ut sacerdotio fungantur mihi.

42. Facies & feminalia linea *b*, ut operiant carnem turpitudinis suæ, a renibus usque ad femora:

43. Et utentur eis Aaron & filii ejus, quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare ut ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron, & semini ejus post eum.

a Ad cingendum Ephod.

b Ex bysso, ait Josephus & Sa.

ROZDZIAŁ XXIX.

Iákie poświącánie było Kápłánow: sposob ofiárowánia zá nie: kto pożywał tákowych ofiar: y o dwu Báránkách rocznych, ktore ná káżdy dźień miáno ofiárowáć.

1. ALe y to uczynisz, żeby mi byli ná kápłáństwo poświęceni. Weźmi ćielcá z stádá y dwá bárány bez mákuły.

2. Y chleby przaśne, y osuch bez kwásu, ktoryby był oliwą záczyniony, krople też przáśne oliwą námázáne: z przedniey mąki pszeniczney, wszytkiego náczynisz,

3. A włożywszy w kosz ofiáruiesz: á ćielcá y dwu báránow.

4. Y przywiedźiesz Aároná y syny iego do drzwi przybytku świádectwá. A omywszy oycá z synmi iego wodą,

5. Obleczesz Aroná w száty iego: to iest w koszulę y w szátę, y w nárámiennik, y w Rátionał, ktory śćiągniesz pásem.

6. Y włożysz czapkę ná głowę iego, y bláchę świętą ná czapkę,

7. Y oleiek námázywánia wleiesz ná głowę iego: á tym sposobem będźie poświęcon.

8. Syny tákież iego przywiedźiesz, y obleczesz ie w száty lniáne, y páłem opászesz,

9. Aaroná mowię y syny iego, y włożysz ná-

CAPUT XXIX.

De sacerdotum consecratione, 1. purificatione 5. rituque oblationis pro illis, 11. eorum functione, & de vescentibus ex oblatis 35. De jugi sacrificio seu duobus agnis quotidie offerendis 38.

1. SEd & hoc facies, ut mihi in sacerdotio consecrentur *c*. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos *d*.

2. Panesque azymos, & crustulam *e* absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de simila triticea cuncta facies.

3. Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes.

4. Et Aaron ac filios ejus applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque laveris patrem cum filiis suis aqua.

5. Indues Aaron vestimentis suis, id est, linea & tunica, & superhumerali & rationali, quod constringes balteo.

6. Et pones tiaram in capite ejus, & laminam sanctam super tiaram,

7. Et oleum unctionis fundes super caput *f* ejus: atque hoc ritu consecrabitur.

8. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesque balteo.

9. Aaron scilicet & liberos ejus, & impones

c Levit. 9. 2.

d Integros, sine defectu.

e Placentulas.

f Hoc peculiare fuit summo sacerdoti.

pones eis mitras: eruntque ſacerdotes mihi religione perpetua. Poſtquam initiaveris manus eorum,

10. *a* Applicabis & vitulum coram tabernaculo teſtimonii. Imponentque Aaron & filii ejus manus *b* ſuper caput illius,

11. Et mactabis eum in conſpectu Domini, juxta oſtium tabernaculi teſtimonii.

12. Sumptumque de ſanguine vituli, pones ſuper cornua altaris digito tuo, reliquum autem ſanguinem fundes juxta baſim ejus.

13. *c* Sumes & adipem totum, qui operit inteſtina, & reticulum jecoris ac duos renes, & adipem, qui ſuper eos eſt, & offeres incenſum *d* ſuper altare:

14. Carnes vero vituli & corium & fimum combures foris extra caſtra, eo quod pro peccato *e* ſit.

15. Unum quoque arietem ſumes, ſuper cujus caput ponent Aaron & filii ejus manus.

16. Quem cum mactaveris, tolles de ſanguine ejus, & fundes circa altare.

17. Ipſum autem arietem ſecabis in fruſta: lotaque inteſtina ejus ac pedes pones ſuper conciſas carnes, & ſuper caput illius.

18. Et offeres totum arietem in incenſum ſuper altare: oblatio *f* eſt Domino, odor ſuaviſſimus victimæ Domini

19. Tolles quoque arietem alterum, ſuper cujus caput Aaron & filii ejus ponent manus.

20. Quem cum immolaveris, ſumes de ſanguine ejus, & pones ſuper extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum ejus, & ſuper pollices manus eorum ac pedis dextri, fundesque ſanguinem ſuper altare per circuitum.

21. Cumque tuleris de ſanguine, qui eſt ſuper altare, & de oleo unctionis, aſperges Aaron, & veſtes ejus, filios & veſtimenta eorum. Conſecratisque ipſis & veſtibus,

22. Tolles adipem de ariete, & caudam & arvinam *g*, quæ operit vitalia, ac reticulum jecoris, & duos renes, atque adipem, qui ſuper eos eſt, armumque dextrum, eo quod ſit aries conſecrationis:

23. Tortamque panis unius, cruſtulam conſperſam oleo, laganum de caniſtro azymorum, quod poſitum eſt in conſpectu Domini:

24. Ponesque omnia ſuper manus *h* Aaron & filiorum ejus, & ſanctificabis eos elevans *i* coram Domino.

25. Su-

a Lev. 1. 3.
b Impoſitione manuum ſignificabant ſe victimam Deo tradere vel ad cultum deferendum vel gratias agendas &c.
c Lev. 3. 3.
d Incenſum vocatur victima incenſa.
e Sacrificium
f Holocauſtum. q. d. totum combuſtum.
g Sc. adipem
h Hinc conſecratio ſacerdotis dicitur impletio manus.
i Sc. oblationem. Sic & Euchariſtie in Miſſæ ſacrificio elevatur.

nanie czapki, á będą mi kápłany ſłużbą wieczną. Gdy poświęćiſz ręce ich,

10. Przywiedźieſz y ćielcá przed przybytek świádectwá: y włożą Aaron y ſynowie iego ręce ná głowę iego,

11. Y zábijeſz go przed oczymá Páńſkimi, u drzwi przybytku świádectwá.

12. A co weźmieſz ze krwie ćielcá, włożyſz ná rogi ołtarzá pálcem twoim, á oſtátek krwie wyleieſz u podſtáwniká iego.

13. Weźmieſz też łoy wſzytek ktory okrywa ielitá, y odźieżę z wątroby, y dwie nerce, y łoy ktory ná nich ieſt, y ofiáruieſz zapał ná ołtarzu.

14. Mięſo záś ćielcá, y ſkorę, y gnoy ſpaliſz precz zá obozem, przeto iż zá grzech ieſt.

15. Iednego też báráná weźmieſz, ná ktorego głowę włożą Aaron y ſynowie iego ręce.

16. Ktorego gdy zábijeſz, weźmieſz ze krwie iego y wyleieſz około ołtarzá.

17. A ſámego báráná ná ſztuki zrąbiſz, á omywſzy trzewá iego y nogi, włożyſz ná zrąbáne mięſo, y ná głowę iego.

18. Y ofiáruieſz cáłego báráná ná zapał ná ołtarzu: ofiárá ieſt Pánu, wonność nawdźięcznieyſza ofiáry Páńſkiey.

19. Weźmieſz też báráná drugiego, ná ktorego głowę Aaron y ſynowie iego włożą ręce.

20. Ktorego ofiárowáwſzy, weźmieſz ze krwie iego, y włożyſz ná koniec uchá práwego Aaronowego y ſynow iego, y ná wielkie pálce ręki ich y nogi práwey, y wyleieſz krew ná ołtarzu wkoło.

21. A gdy iuż weźmieſz ze krwie, ktora ieſt ná ołtarzu, y z oleyku námázywánia: pokropiſz Aaroná y ſzáty iego, ſyny y ſzáty ich. A poświęćiwſzy ie y ſzáty,

22. Weźmieſz z báráná łoy, y ogon, y tłuſtość ktorá okrywa wnętrze, y odźieżę wątroby, y dwie nerce, y łoy ktory ieſt ná nich, y łopátkę prawą, przeto iż ieſt báran poświęcenia:

23. Y bochen chlebá ieden, oſuch oliwą pokropiony, y krepel z koſzá przaſnikow, ktory przed obliczem Páńſkim ieſt poſtáwiony:

24. Y włożyſz to wſzytko ná ręce Aaroná y ſynow iego, y poświęćiſz ie podnoſząc przed Pánem.

25. Y

25. Y weźmiesz wszytko z ręku ich: y zápalisz ná ołtarzu ná całopalenie, wonność nawdżięcznieyszą przed obliczem Páńskim, bo ofiárá iego iest,

26. Weźmiesz też mostek z báráná, ktorym iest poświęcon Aaron, y poświęcisz ji podnosząc przed Pánem, y dostánie się ná twoię część.

27. Y poświęcisz y mostek poświęcony, y łopátkę ktorąś oddźielił z báráná,

28. Ktorym Aaron y synowie iego są poświęceni, y dostáną się ná część Aaronową y synow iego práwem wiecznym od synow Izráelowych: bo są pierwociny y przodki ofiar ich zapokoynych ktore ofiáruią Pánu.

29. Ale szátę świętą ktorey używáć będźie Aaron, będą mieć synowie iego po nim, żeby ie w niey námázowano y ręce ich poświęcano.

30. Siedm dni będźie iey używał, ktory miásto niego będźie postánowion nawyszym kápłanem z synow iego, y ktory będźie wchodźił do przybytku świadectwá, áby w świątnicy służył.

31. Ale báráná doświęcenia weźmiesz, y uwárzysz mięso iego ná mieyscu świętym:

32. Ktore ieść będźie Aaron y synowie iego. Chleby tákże, ktore są w koszu w śieni przybytku świádectwá, ieść będą,

33. Aby byłá ofiárá ubłagálna, á ręce ofiáruiących były poświęcone. Obcy nie będźie iadł z nich bo święte są.

34. A iesli co zostánie z mięsá święconego ábo z chlebow do zárania, spalisz ostátki ogniem: nie będą ich ieść, bo poświęcone są.

35. Wszytko, comći przykazał, uczynisz nád Aaronem y nád syny iego. Siedm dni będźiesz poświącał ręce ich:

36. Y ćielcá zá grzech ofiárowáć będźiesz co dźień ná oczyśćienie. Y oczyśćisz ołtarz gdy ofiáruiesz ofiárę oczyśćienia, y námáżesz ji ná poświęcenie.

37. Siedm dni będźiesz ołtarz oczyśćiał y poświęcał, y będźie świętym świętych: káżdy ktoby się go dotknął będźie poświęcony.

38. A to iest co czynić będźiesz ná ołtarzu: dwá báránki roczne co dźień ustáwicznie,

39. Iednego báránká poránu, á drugiego w wieczor,

40. Dźieśiątą część przedniey mąki zákropioney z oliwą zbitą, ktoraby miáłá miárę czwar-

25. Suscipiesque universa de manibus eorum: & incendes super altare in holocaustum, odorem suavissimum in conspectu Domini, quia oblatio ejus est.

26. Sumes quoque pectusculum de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabisque illud elevatum coram Domino & cedet in partem tuam.

27. Sanctificabisque & pectusculum consecratum, & armum, quem de ariete separasti,

28. Quo initiatus est Aaron & filii ejus, cedentque in partem Aaron & filiorum ejus jure perpetuo a filiis Israel: quia primitiva sunt & initia de victimis eorum pacificis, quæ offerunt Domino.

29. Vestem autem sanctam, qua utetur Aaron, habebunt filii ejus post eum, ut ungantur in ea, & consecrentur manus eorum.

30. Septem diebus *a* utetur illa, qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis ejus, & qui ingredietur tabernaculum testimonii, ut ministret in Sanctuario.

31. Arietem autem consecrationis tolles & coques carnes ejus in loco sancto:

32. Quibus vescetur Aaron & filii ejus *b*. Panes quoque, qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonii comedent,

33. Ut sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis, quia sancti *c* sunt.

34. Quod si remanserit de carnibus consecratis, sive de panibus usque mane, combures reliquias igni: non comedentur, quia sanctificata sunt.

35. Omnia, quæ præcepi tibi, facies super Aaron & filiis ejus. Septem diebus *d* consecrabis manus eorum:

36. Et vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum, Mundabisque *e* altare, cum immolaveris expiationis hostiam, & unges illud in sanctificationem.

37. Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis, & erit Sanctum Sanctorum: omnis, qui tetigerit illud, sanctificabitur.

38. Hoc est, quod facies in altari: *f* Agnos anniculos duos per singulos dies jugiter,

39. Unum agnum mane, & alterum vespere *g*,

40. Decimam partem similæ conspersæ oleo tuso, quod habeat mensuram quartam par-

a Sc. continuis, quibus durabat ritus consecrationis.

b Lev. 8. 31. & 24. 9. Matth. 12. 4.

c Sanctificati panes & cibi.

d Exod. 40. 13. Lev. 8. 1.

e Expiabis, oblató vitulo.

f Num. 28. 3. Dan. 8. 12. Apoc. 13. 8.

g Allegorice hoc juge sacrificium significabat Christi sacrificium matutinum quod in circumcisione, & vespertinum, quod in cruce obtulit, item Eucharisticum, quod jugiter seu quotidie offert in Missa S. Th.

partem hin, & vinum ad libandum ejusdem mensuræ in agno uno.

41. Alterum vero agnum offeres ad vesperam juxta ritum matutinæ oblationis, & juxta ea, quæ diximus, in odorem suavitatis:

42. Sacrificium *a* est Domino, oblatione perpetua in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino, ubi constituam, ut loquar ad te.

43. Ibique præcipiam filiis Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea *b*.

44. Sanctificabo & tabernaculum testimonii cum altari, & Aaron cum filiis suis, ut sacerdotio fungantur mihi.

45. Et habitabo *c* in medio filiorum Israel, eroque eis Deus,

46. Et scient, quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti; ut manerem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.

a Sc. holocaustum.

b Ob gloriosam meam præsentiam.

c Præsens adero protegens & favens eis.

czwártą część hin, y winá ku ofierze napoyney pod tąż miárą do báránká iednego.

41. Báránká záś drugiego ofiáruiesz ku wieczorowi wedle obrzędu poránney ofiáry, y wedle tego, cosmy powiedźieli, ná wonność wdźięczności:

42. Ofiárá iest Pánu, ofiárowániem wiecznim ná pokolenia wásze, u drzwi przybytku świádectwá przed Pánem, gdźie postánowię, ábych mowił do ćiebie.

43. Y tám będę przykázował synom Izráelowym, y poświęći się ołtarz w chwale moiey.

44. Poświęcę y przybytek świádectwa z ołtarzem, y Aaroná z synmi iego, żeby mi urząd kápláński sprawowáli.

45. Y będę mieszkał w pośrzodku synow Izráelowych, y będę im Bogiem.

46. Y poznáią żem ia Pan Bog ich; ktorym ie wyprowádźił z źiemie Ægypskiey, żebych mieszkał międźy nimi, ia Pan Bog ich.

CAPUT XXX.

Institutio altaris thymiamatis, 1. Et pecuniæ in usus tabernaculi exigendæ, 12. Labii ænei construendi, 18. & unguenti sacri, quo ungendi erant sacerdotes & vasa templi Thymiamatis in altari quotidie adolendi, 34.

1. FAcies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis setim,

2. Habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso *d* procedent.

3. Vestiesque illud auro purissimo, tam craticulam ejus, quam parietes per circuitum, & cornua. Faciesque ei coronam aureolam *e* per gyrum,

4. Et duos annulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur in eos vectes, & altare portetur.

5. Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & inaurabis.

6. Ponesque altare contra velum *f*, quod ante arcam pendet testimonii coram propitiatorio, quo tegitur testimonium *g*, ubi loquar tibi.

7. Et adolebit incensum super eo Aaron *h*, suave fragrans, mane. Quando componet *i* lucernas, incendet illud:

8. Et quando collocabit eas *k* ad vesperum, uret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras:

d eodem ligno producta. Sa.

e seu auream.

f Sc. e regione sed extra Sancta Sanctorum.

g Arca testimonii.

h Subintellige vel filii.

i Repurgando.

k Incendendo.

9. Non

ROZDZIAŁ XXX.

Sposob budowánia ołtarzá kádźidlnego, y pieniędzy wybieránie ná potrzeby Przybytkowe. Wánny y máśći wonney sprawienie, y innych rzeczy, ktore do Przybytku przynależáły.

1. UCzynisz też ołtarz, dla palenia wonnych rzeczy z drzewá Setim,

2. Máiący łokieć w dłuż, á drugi w szerz, to iest kwádrátowy, dwá łokćiá ná wysz. Rogi z niego będą wychodźiły.

3. Y powleczesz ji złotem naczystszym, ták kratkę iego, iáko y śćiány w koło, y rogi. A uczynisz mu koronkę złoćiuchną w koło,

4. Y dwá pierśćieniá złote pod koroną po káżdym boku, áby w nie wkłádano drążki, y był noszony ołtarz.

5. Sáme też drążki uczynisz z drzewá Setim y pozłoćisz.

6. Y postáwisz ołtarz przećiw zasłonie, ktora wiśi przed skrzynią świádectwá, przed ubłagálnią, ktorą zákrywaią świádectwo, gdźie będę mawiał tobie.

7. Y będźie palił ná nim Aaron zápal wdźięczno wonny ráno, gdy przyprávowáć będźie lámpy, zápali go:

8. A gdy ie stáwiáć będźie pod wieczor, będźie palił wonności wieczne przed Pánem ná pokolenia wásze.

9. Ne

9. Nie będźiećie ná nim ofiárowáć kádzenia inákſzey przypráwy, áni obiáty, y ofiáry, áni będźiećie ofiárowáć mokrey ofiáry.

10. A Aaron będźie ſię modlił ná rogách iego raz w rok, we krwi ofiáry zá grzech, y będźie błagał ná nim w rodzáiach wáſzych. Swięty nád świętymi będźie Pánu.

11. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc:

12. Gdy zbierzeſz ſummę ſynow Izráelowych, według liczby, da káżdy okup zá duſze ſwe Pánu, y nie będźie ná nie karánie, gdy będą policzeni.

13. Káżdy ktory idźie w poczet, da to, puł ſyklá według wagi kośćielney. Sykiel ma dwádźieśćia pieniędzy. Puł ſyklá będźie ofiárowáno Pánu.

14. Ktorego máią w liczbie, ode dwudźieſtu lat y wyſſzey, da okup.

15. Bogáty nie przyłoży do puł ſyklá, á ubogi nic nie umnieyſzy.

16. A wźiąwſzy pieniądze, ktore złożone będą od ſynow Izráelowych, daſz ná potrzeby przybytku świádectwá, áby byłá pámiątká ich przed Pánem, á żeby był miłośćiw duſzam ich.

17. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc:

18. Uczyniſz y umywálnią miedźiáną z podſtawkiem iey, do umywánia: y poſtáwiſz ią miedzy przybytkiem świádectwá y ołtarzem. A nálawſzy wody,

19. Będą w niey umywáć Aaron y ſynowie iego ręce ſwe y nogi,

20. Gdy będą mieli wchodźić do przybytku świádectwá, y gdy będą mieli przyſtąpić do ołtarzá, áby ofiárowáli ná nim kádzenie Pánu,

21. By ſnádź nie pomárli. Práwo wieczne będźie iemu y naśieniu iego w potomſtwách.

22. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc:

23. Weźmi ſobie rzeczy wonnych, mirrhy pierwſzey y wyborney pięć ſet ſyklow, cynámomu połowicę, to ieſt, dwie śćie y pięćdźieśiąt ſyklow, tátárſkiego źiela też dwie śćie pięcdźieśiąt,

24. A Káſsiiey pięć ſet ſyklow wedle wagi Swiątnice, á oliwy z oliwnic miárę hin:

25. Y ſpráwiſz oleiek pomázowánia święty, máść ſpráwioną robotą Aptekárſką.

26. Y pomáżeſz nią przybytek świádectwá y ſkrzynię teſtámentu,

9. Non offeretis ſuper eo thymiama compoſitionis alterius, nec oblationem & victimam, nec libabitis libamina *a*.

a Hæc facienda erant ſuper altare holocauſti.

10. Et deprecabitur Aaron ſuper cornua ejus ſemel per annum, in ſanguine, quod oblatum eſt pro peccato, & placabit ſuper eo in generationibus veſtris. Sanctum ſanctorum *b* erit Domino.

b Seu ſanctiſſimum.

11. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

12. *c* Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael juxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino, & non erit plaga in eis, cum fuerint recenſiti.

c Num. 1. 2.

13. Hoc autem dabit omnis, qui tranſit ad nomen, dimidium ſicli juxta menſuram templi *d*. Siclus viginti obolos habet. Media pars ſicli offeretur Domino.

d Lev. 27. 25. Num. 3. 47. Ezech. 45. 12.

14. Qui habetur in numero, a viginti annis & ſupra, dabit pretium *e*.

e Oblationem ad redimendam animam ſeu vitam ſuam.

15. Dives non addet ad medium ſicli, & pauper nihil minuet.

16. Suſceptamque pecuniam, quæ collata eſt a filiis Iſrael, trades in uſus tabernaculi teſtimonii, ut ſit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum.

17. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

18. Facies & labrum *f* æneum cum baſi ſua ad lavandum: ponesque illud inter tabernaculum teſtimonii & altare. Et miſſa aqua.

f Concham.

19. Lavabunt in ea Aaron, & filii ejus manus ſuas ac pedes *g*,

g Nudis pedibus miniſtrabant.

20. Quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonii, & quando acceſſuri ſunt ad altare, ut offerant in eo thymiama Domino,

21. Ne forte moriantur: Legitimum ſempiternum erit ipſi, & ſemini ejus per ſucceſſiones *h*.

h Hebr. generationes.

22. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

23. Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ *i* quingentos ſiclos, & cinnamomi medium, id eſt, ducentos quinquaginta ſiclos, calami *k* ſimiliter ducentos quinquaginta,

i Puræ & præcipuæ.

k Aromatici.

24. Caſiæ autem quingentos ſiclos in pondere ſanctuarii, olei de olivetis menſuram Hin:

25. Faciesque unctionis oleum ſanctum unguentum compoſitum opere unguentarii,

26. Et unges ex eo tabernaculum teſtimonii, & arcam teſtamenti,

27. Mensamque cum vasis suis, candelabrum, & utensilia ejus, altaria thymiamatis,

28. Et holocausti & universam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet.

29. Sanctificabisque omnia, & erunt Sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur *a*.

30. Aaron & filios ejus unges, sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungantur mihi.

31. Filiis quoque Israel dices: Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi *b* in generationes vestras.

32. Caro hominis *c* non ungetur ex eo, & juxta compositionem ejus non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis.

33. Homo quicunque tale composuerit, & dederit ex eo alieno *d*, exterminabitur de populo suo.

34. Dixitque Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten & onycha *e*, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia:

35. Faciesque thymiama *f* compositum opere unguentarii, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum *g*.

36. Cumque in tenuissimum pulverem universa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum *h* erit vobis thymiama.

37. Talem compositionem non facietis in usus vestros, quia samctum est Domino.

38. Homo quicunque fecerit simile, ut odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

a Ut qui rem sanctissimam tetigerit, abstinebit a profanis.
b Sc. solum assumetur in usus sanctos.
c Non sacerdotis.
d Non sacerdoti.
e Unguem aromaticum
f Aromaticum suffimentum.
g Ob sanctitatem pretiosissimum.
h i. Sanctissimum.

27. Y stoł z naczyniem iego, lichtarz, y naczynia iego, ołtarze kádzenia,

28. Y cálopalenia, y wszytek státek do służby ich należący.

29. Y poświęćisz wszytko, y będą święte nád świętemi: kto się ich dotknie: poświęcon będźie.

30. Aaroná y syny iego pomáżesz y poświęćisz ie, áby mi spráwowáli urząd kápłáńſki.

31. Synom też Izráelowym powiesz: oleiek ten pomázowánia będźie mi święty w narodźiech wászych.

32. Ciáło człowiecze nie będźie nim pomázowáne, y według złożęnia iego nie uczynićie drugiego, bo poświęcony iest, y święty wam będźie.

33. Człowiek ktorybykolwiek złożył tákowy, y dałby obcemu z niego, wygłádzon będźie z ludu swego.

34. Y rzekł Pan do Moyżeszá: Weźmi sobie rzeczy wonnych: Stákty, y Onychy y Gálbánu dobrey woniey, y Kádźidłá náświetleyszego, rowney wagi będźie wszytko,

35. Y uczynisz kádzenie spráwione robotą Aptekárſką, zmieszáne z pilnośćią, y czyste y poświęcenia bárzo godne.

36. A gdy to wszytko w drobniuchny proch stłuczesz, położysz z niego przed prybytkiem świádectwá, ná ktorym mieyscu ukażę się tobie, święte nád świętemi będźie wam kadzenie.

37. Tákowego złożenia nie będźiećie czynić ná potrzeby wásze, bo święte iest Pánu.

38. Człowiek ktorybykolwiek uczynił podobne áby wonnośći iego używał, wykorzenion będźie z ludźi swoich.

CAPUT XXXI.

Deputantur a Domino Beseleel & Oliab ad exstructionem tabernaculi ac cœterorum quæ dicta sunt: 1. De Sabbati observatione, 13. De tabulis a Domino Moysi datis, 18.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Ecce, vocavi ex nomine *i* Beseleel filium Uri filii Hur de tribu Juda.

3. Et implevi eum spiritu Dei *k*, sapientia, & intelligentia, & scientia, in omni opere,

4. Ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære.

i q. ad hoc nominatim elegi.
k Divino & excellenti.

ROZDZIAŁ XXXI.

Náznáczył Pan Bezeleelá, y Ooliábá ná budowánie Przybytku, y innych rzeczy, ktore roſkazał: o strzeżeniu soboty; y o tablicách, ktore Pan Moyżeszowi dał.

1. Y Rzekł Pan do Moyżeszá, mowiąc:

2. Otom wezwał miánowićie Bezeleelá syná Uriego, syná Hurowego, z pokolenia Iudy,

3. Y nápełniłem go duchem Bożym, mądrośćią y rozumieniem y umieiętnośćią w káżdym rzemieśle,

4. Ku wymyśleniu, co iedno może bydź urobiono ze złotá, y srebrá, y miedźi,

5. Mármuru, y kámienia drogiego, y z rozlicznośći drzew.

6. Y dałem mu towárzyszá Ooliábá syná Achisámech z pokolenia Dan. A w sercekáżdego ćwiczonego dałem mądrość: áby uczynili wszytko, comći roskazał,

7. Przybytek przymierza, y skrzynię świádectwá, y ubłagálnią ktora nád nią iest, y wszytko naczynie przybytkowe,

8. Y stoł y naczynia iego, lichtarz naczystszy z naczyniem iego, y ołtarze kádzenia,

9. Y cálopalenia, y wszytko naczynie ich, y mnywálnią z podstawkiem iey,

10. Száty święte do służby Aaronowi kápłanowi, y synom iego, áby odpráwowáli urząd swoy w poświęconych.

11. Oleiek pomázowánia y kádzenie z rzeczy wonnych w świątnicy: wszytko, comći roskazał, uczynią.

12. Y rzekł Pan do Moyżeszá, mowiąc:

13. Mow synom Izráelowym y rzeczesz do nich: Pátrzćie, ábyśćie strzegli Szábátu mego: bo známieniem iest między mną á między wámi w rodzáiách wászych: ábyśćie wiedźieli, żem ia Pan, ktory was poświącam.

14. Strzeżćie Szábátu mego, święty bowiem iest wam: ktoby ji zmázał, śmierćią umrze: ktoby weń czynił robotę, zginie duszá iego z pośrzodku ludu swego.

15. Sześć dni będźiećie czynić robotę: dniá śiodmego szábát iest, odpoczynienie święte Pánu. Káżdy ktoby w ten dźień co robił, umrze.

16. Niechay strzegą synowie Izráelowi szábátu y niech ji święcą w swych rodzáiách. Prymierze iest wieczne,

17. Między mną á syny Izráelowymi, y známię wiekuiste: przez sześć dni bowiem uczynił Pan niebo y źiemię, á w śiodmy od roboty przestał,

18. Y dał Pan Moyżeszowi, dokonawszy tych mow ná gorze Sinái, dwie tablice świádectwá kámienne, pisáne pálcem Bożym.

ROZDZIAŁ XXXII.

Moyżesz Bogá prośi dla ulania Cielcá: Tablice zszczepał: Cielcá spalił: Aaroná zfukał: Bałwochwálce kazał zábiiáć: á ostátkowi odpuszczenie u Páná otrzymał.

5. Marmore, & gemmis, & diversitate lignorum.

6. Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi *a* posui sapientiam: ut faciant cuncta quæ præcepi tibi.

7. Tabernaculum fœderis, & arcam testimonii, & propitiatorium, quod super eam est, & cuncta vasa *b* tabernaculi,

8. Mensamque & vasa ejus, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis,

9. Et holocausti, & omnia vasa eorum, labrum cum basi sua,

10. Vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filiis ejus, ut fungantur officio suo in sacris.

11. Oleum unctionis, & thymiama aromatum in sanctuario, omnia quæ præcepi tibi, facient.

12. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

13. Loquere filiis Israel, & dices ad eos *c*: Videte, ut sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: ut sciatis, quia ego Dominus, qui sanctifico vos.

14. Custodite sabbatum meum *d*: sanctum est enim vobis: qui pollucrit illud, morte morietur *e*: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui.

15. Sex diebus facietis opus: in die septimo sabbatum est, requies sancta Domino: omnis, qui fecerit opus in hac die, morietur.

16. Custodiant filii Israel Sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum

17. Inter me & filios Israel: signumq; perpetuum *f*. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & in septimo ob opere cessavit.

18. *g* Deditque Dominus Moysi, completis *h* hujuscemodi sermonibus in monte Sinai duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei.

a Seu aliorum, ut possint hos duos juvare.
b Instrumenta.
c Sap 20. 8. Ezech. 20. 12.
d Nolo prædicta fieri in sabbato.
e Judicis sententia.
f Gen. 1. 31. & 2. 2.
g Finitis 40. diebus & 40. noctibus.
h Deut. 9. 10.

CAPUT XXXII.

Ingratus populus vitulum adorat. 1. Moyses culpam populi deprecatur. 11. Tabulas frangit, vitulum comburit; Aaronem objurgat; idololatras occidi jubet, 19. Cæterisque veniam impetrat. 31.

1. VIdens autem populus quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, 4. congregatus ad verſus Aaron * dixit *a*: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant *b*: Moyſi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus, quid acciderit.

2. Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas, de uxorum filiorumque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me.

3. Fecitque populus, quæ juſſerat, deferens inaures ad Aaron.

4. *c* Quas cum ille accepiſſet, formavit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum *d* conflatilem. Dixeruntque: Hi ſunt dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

5. Quod cum vidiſſet Aaron, ædificavit altare coram eo, & præconis voce clamavit dicens: Cras ſolemnitas Domini *e* eſt.

6. Surgentesque mane, obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, *f* & ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere *g*.

7. † Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens *h*: Vade, deſcende: peccavit populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti.

8. Receſſerunt cito de via, quam oſtendiſti eis: feceruntque ſibi vitulum conflatilem, & adoraverunt, atque immolantes ei hoſtias, dixerunt *: Iſti ſunt dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

9. Rurſumque ait Dominus ad Moyſen *i*: Cerno quod populus iſte duræ cervicis ſit:

10. Dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.

11. Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum, dicens *k*: Cur, Domine, iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti e terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robuſta?

12. Ne quæſo dicant Ægyptii: Callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret e terra: quieſcat *l* ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui.

13. Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſervorum tuorum, quibus juraſti per temetipſum, dicens *m*: Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli, & univerſam terram hanc, de qua locutus ſum dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eam ſemper.

14. Placatusque eſt Dominus ne faceret malum *n*, quod locutus fuerat adverſus populum ſuum.

15. Et

* Menſe' 4. ab exitu A. M. 2513.
a Act. 7. 40.
b Ducant per deſertum.
c Pſal. 105. 19.
d Sc. volebant adorare Apim Ægyptium, qui bos erat.
e Non dicit vituli, quia ſperabat Moyſen prius rediturum.
f 1. Cor. 10. 7.
g More idololatrarum.
† Fer. 3. poſt Dom. 4. Quadr.
h Deut. 9. 12.
* 3. Reg. 12. 28.
i Infr. 33. 3. Deut. 9. 13.
k Num. 14. 13.
l Pſ. 105. 23.
m Gen. 12. 7. 15. 7. 48. 16.
n Sc. ne deleret populum, ſed mitiori plagæ caſtigaret.

1. A Widząc lud, iż omieſzkawał Moyżeſz znijść z gory, zebrawſzy ſię przećiw Aaronowi, rzekł: Wſtań, uczyń nam Bogi, ktorzyby ſzli przed námi: Moyżeſzowi bowiem temu mężowi, ktory nas wywiodł z źiemie Ægyptſkiey, niewiemy, co ſię ſtáło.

2. Y rzekł do nich Aaron: Pobierzćie nauſznice złote z uſzu żon, y ſynow, y corek wáſzych, á przynieśćie do mnie.

3. Y uczynił lud, co roſkazał, przynoſząc zauſznice do Aaroná.

4. Ktore on wźiąwſzy, uformował robotą odlewáną, y uczynił z nich ćielcá odlanego, y rzekli: Ci ſą Bogowie twoi Izráelu, ktorzy ćię wywiedli z źiemie Ægyptſkiey.

5. Co uyźrzawſzy Aaron, zbudował ołtarz przed nim, y głoſem woźnego wołał, mowiąc: Iutro ieſt święto Páńſkie.

6. Y wſtawſzy ráno ofiárowáli cáłopalenia, y ofiáry zápokoyne, y uśiadł lud ieść y pić y wſtáli grác.

7. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc: Idź, zſtąp, zgrzeſzył lud twoy, ktoryś wywiodł z źiemie Ægyptſkiey.

8. Uſtąpili rychło z drogi ktorąś im ukazał, y uczynili ſobie ćielcá odlewánego y pokłonili ſię, y ofiáruiąc mu ofiáry rzekli: Ci ſą Bogowie twoi Izráelu, ktorzy ćię wywiedli z źiemie Ægyptſkiey.

9. Y záśię rzekł Pan do Moyżeſzá: Widzę że ten lud ieſt twárdego kárku:

10. Puść mię, że ſię rozgniewa zápálczywość moiá ná nie, y wygłádzę ie, á ćiebie uczynię w lud wielki.

11. Ale Moyżeſz modlił ſię Pánu Bogu ſwému, mowiąc: Przecz, Pánie, gniewa ſię zápálczywość twoiá przećiw ludowi twemu, ktoryś wywiodł z źiemie Ægyptſkiey, śiłą wielką, y ręką mocną?

12. Niech proſzę nie mowią Ægyptiánie, Chytrze ie wywiodł, áby ie pobił ná gorách, y wygłádźił z źiemie: Niech ućichnie gniew twoy, á bądź litośćiwy nád złośćią ludu twego.

13. Wſpomni ná Abráhámá, Izááká, y Izráelá ſługi twoie, ktorymeś przyśiągł ſam przez śię, mowiąc: Rozmnożę naśienie wáſze iáko gwiazdy niebieſkie: y wſzytkę tę źiemię, o ktoreiem mowił, dam naśieniu wáſzemu: á będźiećie ią trzymáć záwſze:

14. Y ubłagány ieſt Pan, żeby nie uczynił złego, ktore mowił przećiw ludowi ſwemu.

15. Y

15. Y wroćił ſię Moyżeſz z gory nioſąc dwie tablicy świádectwá w rękách ſwoich, piſáne z obu ſtron,

16. Y uczynione robotą Bożą: piſmo też Boże było ná tablicách wyrzezáne.

17. A uſłyſzawſzy Iozue głos ludu wołáiącego, rzekł do Moyżeſzá: głos bitwy ſłycháć w obozie.

18 Ktory odpowiedźiał: Nie ieſt to głos upomináiących ku bitwie, áni wrzaſk przyćiſkáiących ku ućiekániu: ále głos śpiewáiących ia ſłyſzę.

19. A gdy ſię przybliżył do obozu, uyźrzał ćielcá y tańce, y rozgniewawſzy ſię bárzo, porzućił z ręki tablice, y ſtłukł ie pod gorą.

20. Y porwawſzy ćielcá, ktorego byli uczynili, ſpalił, y ſkruſzył áż ná proch, ktory wyſypał ná wodę, y dał z niego pić ſynom Izráelowym.

21. Y rzekł do Aaroná: Cożći ten lud uczynił, żebyś przywiodł nań grzech bárzo wielki?

22. Ktoremu on odpowiedźiał: Niech ſię niegniewa Pan moy: ty bowiem ten lud znaſz, że ſkłonny ieſt do złego:

23. Rzekli mi: Uczyń nam bogi ktorzyby ſzli przed námi: temu bowiem Moyżeſzowi, ktory nas wiwiodł z źiemie Ægyptſkiey, niewiemy, co ſię ſtáło.

24. Ktorymem ia rzekł: Kto z was ma złoto? przynieśli y dáli mi: y wrzućiłem ie w ogień, y wyſzedł ten ćielce.

25. Widząc tedy Moyżeſz że lud był obnáżony, (bo ji był złupił Aaron dlá zelżywośći plugáſtwá, á miedzy nieprzyiaćioły nágim zoſtáwił.)

26. Y ſtoiąc w bronie obozu, rzekł: Ieſli kto ieſt Páńſki, przyłącz ſię do mnie. Y zebráli ſię do niego wſzyſcy ſynowie Lewi:

27. Ktorym rzekł: Ták mowi Pan Bog Izráelow: Niech mąż przypaſze miecz ná biodrę ſwoię: idźćieſz, á wrácayćie ſię od brany áż do brany przez pośrzodek obozu, á zábiiayćie káżdy brátá y przyiaćielá y bliźniego ſwego.

28. Y uczynili ſynowie Lewi według mowy Moyżeſzowey, y poległo w on dźień około dwudźieſtu y trzech tyśięcy ludźi.

29. Y rzekł Moyżeſz: Poświęćiliśćie ręce wáſze dźiśia Pánu, káżdy w ſynie y w brácie ſwoim, áby wam było dáne błogoſłáwieńſtwo

30. A

15. Et reverſus eſt Moyſes de monte, portans duas tabulas teſtimonii in manu ſua, ſcriptas ex utraque parte,

16. Et factas opere Dei: ſcriptura quoque erat ſculpta in tabulis.

17. Audiens autem Joſue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moyſen: Ululatus pugnæ auditur in caſtris.

18. Qui reſpondit: Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, ſed vocem cantantium ego audio.

19. Cumque appropinquaſſet ad caſtra: vidit vitulum, & choros: iratusque valde, projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis:

20. Arripiensque vitulum, quem fecerant, combuſſit, & *a* contrivit usque ad pulverem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſrael *b*.

a Deut. 9. 21.

b Ut diſceret contemnere, quod in ſeceſſum projici videbat.

21. Dixitque ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres ſuper eum peccatum maximum?

22. Cui ille reſpondit: Ne indignetur Dominus meus: tu enim noſti populum iſtum, quod *c* pronus ſit ad malum:

c 1. Joan. 5. 19.

23. Dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moyſi, qui nos eduxit de terra Ægypti, neſcimus, quid acciderit.

24. Quibus ego dixi: Quis veſtrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & projeci illud in ignem, egreſſusque eſt hic vitulus.

25. Videns ergo Moyſes populum, quod eſſet nudatus, (ſpoliaverat *d* enim eum Aaron propter ignominiam ſordis *e*, & inter hoſtes nudum conſtituerat.)

d Auro & gratia Dei.
e Idoli.

26. Et ſtans in porta caſtrorum, ait: Si quis eſt Domini *f*, jungatur mihi. Congregatique ſunt ad eum omnes filii Levi:

f Ejus gloriæ defenſor.

27. Quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ponat vir gladium ſuper femur ſuum: ite, & redite de porta usque ad portam per medium caſtrorum, & occidat unusquisque *g g* fratrem & amicum, & proximum ſuum.

g g Deut. 33. 9.

28. Feceruntque filii Levi juxta ſermonem Moyſi, cecideruntque in die illa quaſi viginti tria millia hominum.

29. Et ait Moyſes: Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino: unusquisque in filio, & in fratre ſuo, ut detur vobis benedictio:

30. Fa-

30. Facto autem altero die, locutus est Moyses ad populum: Peccastis peccatum maximum: ascendam ad Dominum, si quo modo quivero eum deprecari *a* pro scelere vestro.

31. Reversusque ad Dominum, ait: Obsecro, peccavit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam,

32. Aut si non facis, dele me de libro *b* tuo quem scripsisti.

33. Cui respondit Dominus: qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo:

34. Tu autem vade, & duc populum istum quo locutus sum tibi: Angelus meus præcedet te. Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum.

35. Percussit ergo *c* Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

a Chald. placere, Hebr. expiare, sc. precando.

b Sc. prædestinatorum seu viventium.

c Tunc & postea.

30. A gdy náſzedł dźień drugi, rzekł Moyżeſz do ludu: Zgrzeſzyliśćie grzech bárzo wielki: wſtąpię do Páná, ieſlibym go iako zá grzech wáſz mogł ubłágáć.

31. V wroćiwſzy ſię do Páná rzekł: Proſzę zgrzeſzył ten lud grzech bárzo wielki, y uczynili ſobie Bogi złote:

32. Abo im odpuść tę winę, ábo ieſli nie uczyniſz, wymaż mię z kśiąg twoich, ktoreś nápiſał.

33. Ktoremu odpowiedźiał Pan: Kto zgrzeſzy mnie, wymáżę go z kśiąg moich:

34. Ale ty idź, á prowadz ten lud, gdźiem ći powiedźiał: Anyoł moy poydźie przed tobą. A ia w dźień pomſty náwiedzę y ten grzech ich.

35. Skarał tedy Pan lud zá grzech ćielcá, ktorego był uczynił Aaron.

CAPUT XXXIII.

Deus minatur populo, 1. Populus luget, 4. Sed Dei minas in populum ſedat Moyſes, & Dominus cum Moyſe facie ad faciem loquitur, 5. Cupit iſte videre faciem & gloriam Domini, 13.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, ascende de loco isto tu, & populus tuus *d* quem eduxisti de Terra Ægypti, in terram quam juravi Abraham, Isaac, & Jacob, dicens *e*: Semini tuo dabo eam:

2. Et *f* mittam præcursorem tui Angelum, ut ejiciam *g* Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum. & Hevæum, & Jebusæum,

3. Et intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, quia *h* populus duræ cervicis es: ne forte disperdam te in via.

4. Audiensque populus sermonem hunc pessimum *i*, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo.

5. Dixitque Dominus ad Moysen: loquere filiis Israel: Populus duræ cervicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Jam nunc depone *k* ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi.

6. Deposuerunt ergo filii Israel ornatum suum a monte *l* Horeb.

7. Moyses quoque tollens tabernaculum, teten-

d Non dixit meus, quia ab ipso defecerat.

e Gen. 12. 7.

f Sup. 32 34

g Deut. 7. 22 Jos. 24. 11.

h Sup. 32. 9. Deut. 9. 13.

i Iræ plenum & acerbum.

k In signum pœnitentiæ.

l Pro ad montem.

ROZDZIAŁ XXXIII.

Moyżeſz gdy gniew Páńſki ná lud ubłágał, lud ſię zá to Pánu korzył: oblicznie ſię Bog z Moyżeſzem rozmawia: ktory áby mogł widźieć twarz, y chwałę Páńſką, proſi.

1. Y Rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc: Idź ruſz ſię z tego mieyſcá ty y lud twoy ktoryś wywiodł z źiemie Ægyptſkiey, do źiemie, ktorąm przyśiągł Abráhámowi, Izáákowi, y Iákobowi, mowiąc: Naśieniu twemu dam ią:

2. Y poślę przeſłáńcá twego Anyołá, ábym wyrzućił Chánáneyczyká, y Amorreyczyká, y Heteyczyká, y Pherezeyczyká, y Heweyczyká, y Iebuzeyczyká,

3. Y ábyś wſzedł do źiemie płynącey mlekiem y miodem. Bo nie poydę z tobą, boś ieſt lud twardego kárku: bych ćię ſnadź nie wytráćił ná drodze.

4. Y uſłyſzawſzy lud mowę te bárdzo złą, płákał, y żaden wedle zwyczáiu nie włożył ná śię ochędożki ſwoiey.

5. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Mow ſynom Izráelowym: Ludeś twardego kárku, raz przyidę w pośrzod ćiebie, y wygładzę ćię. Iuż teraz złoż ochędoſtwo twoie z śiebie, ábych wiedźiał co mam czynić z tobą.

6. Y złożyli ſynowie Izráelowi ochędoſtwo ſwoie od gory Horeb.

7. Moyżeſz też wźiąwſzy przybytek, rozbił

bił zá obozem dáleko, y názwał imię iego, Przybytek przymierza. A wſzytek lud, ktory miał o co pytáć, wychodźił do przybytku przymierza, przed oboz.

8. A gdy wychodźił Moyżeſz do przybytku, wſtawał wſzytek lud, y ſtał káždy we drzwiách namiotu ſwego, y pátrzáli w tył Moyżeſzá, áż wſzedł do namiotu.

8. A gdy on wſzedł do przybytku przymierza, zſtępował ſłup obłoku, y ſtał u drzwi, y mowił z Moyżeſzem:

10. Y widźieli wſzyſcy że ſłup obłokowy ſtał u drzwi przybytku. Y ſtáli oni y klániáli ſię przezedrzwi namiotu ſwego.

11. A Pan mowił do Moyżeſzá twarzą w twarz, iáko zwykł człowiek mowić do pryiaćielá ſwego. A gdy ſię on wrácał do obozu, ſługá iego Iozue ſyn Nun pácholę, nieodchadzał z przybytku.

12. Y rzekł Moyżeſz do Páná. Każeſz ábym wywiodł ten lud: á nie oznaymuieſz mi kogo pośleſz zemną, zwłaſczá żeś powiedźiał: Znam ćię po imieniu, y nálazłes łáſkę przedemną.

13. Ieſlim tedy nálazł łáſkę przed obliczem twoim, ukaż mi twarz twoię, żebym ćię poznał, y nálazł łáſkę przed oczymá twemi: weyźrzy ná lud ſwoy, ten narod.

14. Y rzekł Pan: Oblicze moie poydźie przed tobą, y damći odpoczynienie.

15. Y rzekł Moyżeſz, ieſli nie ty ſam wprzod poydźieſz, nie wywodź nas z mieyſcá tego.

16. Albowiem po czymże będźiem mogli poznáć, ia y lud twoy, żeſmy náleźli łáſkę przed obliczem twoim, ieſli nie poydźieſz z námi, żebyſmy byli chwaleni od wſzytkich narodow, ktore mieſzkáią ná źiemi?

17. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: y to ſłowo, ktoreś rzekł, uczynię: náláźłeś bowiem łáſkę przedemną, y ćiebie ſámego znam po imieniu.

18. Ktory rzekł: Ukaż mi chwałę twoię.

19. Odpowiedźiał: Ia wſzytko dobre tobie pokażę, y będę názywał w imię Páńſkie przed tobą: y zlituię ſię nád kim będę chćiał, y będę miłośćiw komu mi ſię podobáć będźie.

20. Y záśię rzekł: Nie będźieſz mogł widźieć oblicza mego: nie uyźrzy mię bowiem człowiek, á będźie żyw.

21. Y ieſcze: Oto ieſt (pry) mieyſce u mnie, y ſtánieſz ná ſkále.

22. A

tetendit extra caſtra procul, vocavitque nomen ejus, Tabernaculum fœdeais *a*. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæſtionem, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis, extra caſtra.

8. Cumque egrederetur Moyſes ad tabernaculum, ſurgebat univerſa plebs, & ſtabat unusquisque in oſtio papilionis ſui aſpiciebantque tergum Moyſi, donec ingrederetur tentorium *b*.

9. Ingreſſo autem illo tabernaculum fœderis, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, loquebaturque cum Moyſe.

10. Cernentibus univerſis, quod columna nubis ſtaret ad oſtium tabernaculi. Stabantque ipſi, & adorabant per *c* fores tabernaculorum ſuorum *d*.

11. Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. Cumque ille reverteretur in caſtra, miniſter ejus Joſue filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo.

12. Dixit autem Moyſes ad Dominum: Præcipis ut educam populum iſtum: & non indicas mihi quem miſſurus es mecum, præſertim cum dixeris: Novi te ex nomine, & inveniſti gratiam coram me.

13. Si ergo inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, *e*, ut ſciam te, & inveniam gratiam ante oculos tuos, reſpice populum tuum gentem hanc.

14. Dixitque Dominus: Facies mea *f* præcedet te, & requiem dabo tibi.

15. Et ait Moyſes: Si non tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto.

16. In quo enim ſcire poterimus ego & populus tuus inveniſſe nos gratiam in conſpectu tuo, niſi ambulaveris nobiſcũ, ut glorificemur abg omnibꝰ populis qui habitant ſuper terram: *g*

17. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Et verbum iſtud, quod locutus es, faciam: inveniſti enim gratiam coram me, & teipſum novi ex nomine.

18. Qui ait: Oſtende mihi gloriam *h* tuam.

19. Reſpondit: Ego oſtendam omne *i* bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te: & *k* miſerebor, cui voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit.

20. Rurſumq; ait: Non poteris videre faciem meam *l*: non enim videbit me homo, & vivet.

21. Et iterum: Ecce, inquit, eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram.

22. Cum-

a Quod tabulas legis ſeu fœderis contineret.

b Atrium tabernaculi.

c ſc. ad fores.

d Convertentes ſe ad tabernaculum ſanctum quod Moyſes extra caſtra extulerat.

e Chald. viam bonitatis tuæ.

f Q. d. ego ipſe.

g Septuag. præ omnibus.

h Sc. majeſtatem, q. d. te.

i ſeu me.

k Rom. 9.15.

l in hac mortali vita.

22. Cumque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextra mea, donec tranſeam:

23. Tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea *a*: faciem autem meam videre non poteris.

a Myſtice Moyſi & Apoſtolis non facies, id eſt, deitas ſed dorſum. i. e. humanitas Chriſti hic videnda promittitur. Auguſtin.

CAPUT XXXIV.

Moyſes reparatis tabulis, iterum aſcendit montem, 1. Dominus fœdus cum populo renovat prohibensque idololatriam, repetit aliqua præcepta de primogenitis, &c. 10. Verba fœderis ſui ſcribit in tabulis, 28. Moyſes cornutus de monte deſcendit, ac velata facie populo loquitur. 29,

* Deut. 10. 1.

1. AC deinceps: * Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum & ſcribam ſuper eas verba, quæ habuerunt tabulæ, quas fregiſti.

2. Eſto paratus mane, ut aſcendas ſtatim in montem Sinai, ſtabisque mecum ſuper verticem montis.

3. Nullus aſcendat tecum, nec videatur quiſpiam per totum montem: boves quoque & oves non paſcantur econtra.

4. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte *b* conſurgens aſcendit in montem Sinai: ſicut præceperat ei Dominus, portans ſecum tabulas.

b Summo mane.

5. Cumque deſcendiſſet Dominus per nubem, ſtetit Moyſes cum eo *c*, invocans nomen Domini.

c Sc. nube tectus.

6. Quo tranſeunte coram eo, ait: Dominator Domine Deus, miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis, ac verax,

7. Qui *d* cuſtodis miſericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & ſcelera, atque peccata, *e* nullusque apud te per ſe innocens eſt. *f* Qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem.

d Deut. 5. 2. 10. Jer. 32. 18.
e Pſal. 142. 2.
f Deut. 5. 9. Jerem. 32. 18.

8. Feſtinusque Moyſes, curvatus eſt pronus in terram, & adorans.

9. Ait: Si inveni gratiam in conſpectu tuo Domine, obſecro, ut gradiaris nobiſcum (populus enim duræ cervicis eſt) & auferas iniquitates noſtras atque peccata, nosque poſſideas *g*.

g Ut tuos ſeu ut tuam hæreditatem.

10. Reſpondit Dominus *h*: ego inibo pactum videntibus cunctis, ſigna faciam, quæ nunquam viſa ſunt ſuper terram, nec in ullis gen-

h Deut. 5. Jerem. 32. 40.

---

22. A gdy przeydźie chwałá moiá, poſtáwię ćię w rozpádlinie ſkáły y zákryię práwicą moią, áż minę:

23. Y odeymę rękę moię y uyźrzyſz tył moy, lecz obliczá mego widźieć nie będźieſz mogł.

ROZDZIAŁ XXXIV.

Moyżeſz ſpráwiwſzy inne tablice, zákazawſzy też towárzyſtwá z Pogány, y Báłwochwálſtwá: przykazawſzy o pierworodnych, ſoboćie, Práśnikach, y innych Swiętách: nie iedząc czterdźieśći dni, z rogámi z gory zſtąpił, á zákrywſzy twarz z ludźmi mowił.

1. Y Potym: Wyćieſz (práwi) ſobie dwie tablici kámienne ná kſztałt pierwſzych, á nápiſzę ná nich ſłowá, ktore miáły tablice ktoreś potłukł.

2. Bądź gotow ráno żebyś wſtąpił záraz ná gorę Sinái, y ſtánieſz zemną ná wierzchu gory.

3. Zaden z tobą niech nie wſtępuie, y niech nie będźie widáć nikogo po wſzytkiey gorze: woły też y owce niech ſię nie páſzą ná przećiw.

4. Wyćioſał tedy dwie tablicy kámienne, iákie przed tym były, y w nocy wſtawſzy wſtąpił ná gorę Sinái, iáko mu był Pan przykazał nioſąc z ſobą tablice.

5. A gdy zſtąpił Pan przez obłok, ſtánął Moyżeſz z nim, wzywáiąc imieniá Páńſkiego,

6. Ktory gdy przechodźił przed nim, rzekł: Pánuiący Pánie Boże miłośierny y łáſkáwy, ćierpliwy, y mnogiey litośći, y prawdźiwy,

7. Ktory ſtrzeżeſz miłośierdźiá ná tyśiące: ktory zgłádzaſz nieprawość, y niezbożnośći y grzechy, á żaden u ćiebie nie ieſt ſam przez śię niewinny. Ktory nieprawość oycow oddáieſz ſynom y wnukom do trzećiego y czwartego pokolenia.

8. Y pośpieſzywſzy ſię Moyżeſz, ſchylił ſię twarzą do źiemie, y kłániáiąc ſię,

9. Rzekł: Ieſlim nálazł łáſkę przed obliczem twoim Pánie, proſzę ábyś ſzedł z námi (lud bowiem twárdego kárku ieſt) á zgłádźił nieprawośći náſze y grzechy, á nas pośiadł.

10. Y odpowiedźiał Pan: Ia poſtánowię przymierze gdy wſzyſcy pátrząć będą, cudá czynić będę iákich nigdy nie widano ná źiemi

y u żadnych narodow: áby uyźrzał ten lud w ktorego pośrzodku ieſteś ſpráwę Páńſką ſtrá-ſzną, ktorą mam uczynić.

11 Strzeżże wſzytkiego, co tobie dźiś rozká-zuię: ia ſam wyrzucę przed obliczem twoim Amorreyczyká, y Chananeyczyká, y Hetey-czyká, Pherezeyczyká też, y Heweyczyká, y Jebuzeyczyka.

12. Strzeż ábyś nigdy z obywátelmi źiemie oney niemiał przyiaćielſtwá, ktoreby tobie by-ło ku upadku:

13. Ale ołtarze ich zepſuy, bałwány połamm, y gáie wyrąbay:

14. Nie kłániay ſię Bogu cudzemu. Pan zápálczywy imię iego, Bog zawiſtny ieſt.

15. Nie czyń przymierza z ludźmi onych kráiow, by záś, gdy oni będą cudzołożyć z bogámi ſwemi, y kłániáć ſię bálwánom ich, nie wezwał ćię ktory, ábyś iadł z rzeczy ofiá-rowánych.

16. Ani żony z corek ich weźmieſz ſynom twoim, áby, gdy one będą cudzołożyć, nie-przywiedli ſynow twoich ku cudzołoztwu z bogi ſwemi.

17. Bogow litych ſobie nie uczyniſz.

18. Swiętá przaſnikow ſtrzedz będźieſz: Śiedm dni ieść będźieſz przaſniki, iákomći przy-kazał czáſu mieśiącá nowin w księżycu bo-wiem czáſu wioſny wyſzedłeś z Ægyptu.

19. Wſzytko, co otwarza żywot ſámczey płći, moie będźie. Ze wſzytkiego bydłá ták z wołow iáko y z owiec, moie będźie.

20. Pierworodne oſłowe odkupiſz owcą: á ieſli áni okupu zá nie daſz, zábite będźie. Pier-worodnego ſynow twych odkupiſz: y nie u-każeſz ſię przed oczymá memi prozny.

21. Sześć dni robić będźieſz, śiodmego dnia przeſtánieſz oráć y żąć.

22. Swięto tegodniow uczyniſz ſobie w pierwiaſtkách zboża żniwá twego pſzeniczne-go, y Swięto gdy ná z wroceniu rocznego czáſu wſzytko ſię chowa.

23. Trzech czáſow roku ukaże ſię wſzelki mężczyzná twoy przed obliczność wſzech-mogącego Páná Bogá Izráelſkiego.

24. Bo gdy zniosę narody od oblicza twego, y rozſzerzę gránice twoie, żaden nie będźie ná zdrádźie źiemi twoiey, gdy ty poydźieſz, y gdy ſię pokażeſz przed obliczem Páná Bogá twego trzykroć do roku.

25. Nie będźieſz ofiárował przy kwáśie, krwie

gentibus: ut cernat populus iſte, in cujus es medio, opus Domini terribile, quod fa-cturus ſum.

11. Obſerva cuncta, quæ hodie mando ti-bi: ego ipſe ejiciam ante faciem tuam *a* A-morrhæum, & Chananæum, & Hethæum, Pherezæum quoque & Hevæum, & Jebu-ſæum.

12. Cave, ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, quæ ſunt tibi in ruinam:

13. Sed aras eorum deſtrue, confringe ſtatuas, lucosque ſuccide:

14. Noli adorare deum alienum. Domi-nus zelotes nomen ejus, Deus eſt æmulator.

15. *b* Ne ineas pactum cum hominibus il-larum regionum: ne cum fornicati *c* fuerint cum diis ſuis, & adoraverint ſimulachra eo-rum, vocet te quispiam, ut comedas de im-molatis.

16. *d* Nec uxorem de filiabus eorum ac-cipies filiis tuis: ne, poſtquam ipſæ fue-rint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos ſuos.

17. Deos conflatiles non facies tibi.

18. Solemnitatem azymorum cuſtodies. Septem diebus veſceris azymis, ſicut præce-pi tibi, in tempore menſis novorum: men-ſe enim verni temporis egreſſus es de Ægypto.

19. *e* Omne, quod aperit vulvam generis maſculini meum erit: de cunctis animanti-bus tam de bobus quam de ovibus, meum erit.

20. Primogenitum aſini redimes ove: ſin autem nec pretium pro eo dederis, occide-tur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conſpectu meo vacuus.

21. Sex diebus operaberis, die ſeptimo ceſſabis arare & metere.

22. *f* Solemnitatem hebdomadarum fa-cies tibi in primitiis frugum meſſis tuæ tri-ticeæ, & ſolemnitatem, quando redeunte *g* anni tempore cuncta conduntur.

23. *h* Tribus temporibus anni apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu omni-potentis Domini Dei Iſrael.

24. Cum enim tulero gentes a facie tua, & dilatavero terminos tuos, nullus inſidia-bitur terræ tuæ, aſcendente te, & apparen-te in conſpectu Domini Dei tui ter in an-no.

25. *i* Non immolabis ſuper fermento ſan-gui-

a Populi tui, cujus perſo-nam hic Moyses ſu-ſtinet.

b Sup. 23. 32. Deut. 7. 2.

c Spirituali-ter per ido-lolatriam.

d 3 Reg. 11. 2. Deut. 7. 3.

e Sup. 13. 2. 12. & 22. 29.

f Sup. 23. 15.

g Æquino-ctio autum-nali.

h Sup. 23. 17. Deut. 16. 16.

i Sup. 23. 18. & 39.

guinem hoſtiæ meæ: neque reſidebit mane de victima ſolemnitatis Phaſe.

26. Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. *a* Non coques hædum in lacte matris ſuæ.

27. Dixitque Dominus ad Moyſen: Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſrael pepigi fœdus.

28. Fuit ergo ibi cum Domino *b* quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit & aquam non bibit, & ſcripſit *c* in tabulis verba fœderis decem.

29. Cumque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonii, & ignorabat, quod cornuta *d* eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.

30. Videntes autem Aaron & filii Iſrael cornutam Moyſi faciem, timuerunt prope accedere.

31. Vocatique ab eo reverſi ſunt tam Aaron, quam Principes Synagogæ. Et poſtquam locutus eſt ad eos,

32. Venerunt ad eum etiam omnes filii Iſrael: quibus præcepit cuncta quæ audierat a Domino in monte Sinai.

33. Impletiſque ſermonibus, *e* poſuit velum ſuper faciem ſuam.

34. Quod ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat, donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Iſrael omnia, quæ ſibi fuerant imperata.

35. Qui videbant faciem egredientis Moyſi eſſe cornutam, ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam, ſi quando loquebatur ad eos.

a Sup. 23. 19. Deut. 14. 21.
b Sup. 24. 18. Deut. 9. 9. & 18.
c Deus Deut. 4. 13.
d Radios emittens, Hebr. radians. Sept. glorificata 1. Splendida.
e 2 Cor. 3. 13. velamen Moyſis myſtice ſignificat umbras & figuras legis veteris Tirin. Menſe 6. ab exitu, Anno M. 2513.

krwie ofiáry moiey: áni zoſtánie ráno z ofiáry świętá Phaſe.

26. Pierwiaſtki zbożá ziemie twey ofiáruieſz w domu Páná Bogá twego. Nie będźieſz wárzył koźlęćiá w mleku mátki iego.

27. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Nápiſz ſobie te słowá, ktoremi y z tobą y z Izráelem uczyniłem przymierze.

28. Był tedy tám z Pánem czterdźieśći dni, y czterdźieśći nocy: chlebá nie iadł y wody nie pił, y nápiſał ná tablicách słow przymierza dźieśięć:

29. A gdy ſchodźił Moyżeſz z gory Synai, trzymał dwie tablice świádectwá, á niewiedźiał że twarz iego rogáta byłá, z ſpołeczności mowy Páńſkiey.

30. A widząc Aaron y ſynowie Izráelowi rogátą twarz Moyżeſzowę: bali ſię przyſtąpić bliſko do niego.

31. Y záwołáni od niego, wroćili ſię ták Aaron iáko przełożeni zgromádzenia. A potym iáko odpráwił rzecz do nich,

32. Przyſzli też do niego wſzyſcy ſynowie Izráelowi: ktorym przykazał wſzytko, co ſłyſzał od Páná ná gorze Synai.

33. A ſkończywſzy mowy, włożył zaſłonę ná twarz ſwoię.

34. Ktorą wchodząc do Páná, y mowiąc z nim zeymował áż wyſzedł, á tedy mowił do ſynow Izráelowych wſytko, co mu było roſkazáno.

34. Ktorzy widźieli twarz wychodzącego Moyżeſzá rogátą, ále on záśię zákrywał twarz ſwoię, ieſli kiedy do nich mowił.

CAPUT XXXV.

Exponit Moyſes Dei mandata de Sabbato, primitiis & donariis ad fabricam tabernaculi, 1. Hæc mente promptiſſima offeruntur, 20. Artifices deputati a Domino dicuntur Beſeleel & Ooliab 30.

1. IGitur congregata omni turba filiorum Iſrael, dixit ad eos: Hæc ſunt quæ juſſit Dominus fieri.

2. Sex diebus facietis opus: ſeptimus dies erit vobis ſanctus, ſabbatum, & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur.

3. Non ſuccendetis ignem *f* in omnibus habitaculis veſtris per diem ſabbati.

4. Et ait Moyſes ad omnem catervam filio-

f ad lucrum, vel ad coquendum., nam ad illuminandum, & ad calefaciendum licebat.

ROZDZIAŁ XXXV.

Moyżeſz przykazał ſtrzedz pilnie Soboty. Kazáno dáć podárzá ná budowánie Przybytku, y ſprzętow iego. Ná to wyſádzeni Beſeleel y Ooliab.

1. ZEbrawſzy tedy wſzytko zgromádzenie ſynow Izráelowych, rzekł do nich: Te ſą rzeczy, ktore Pan czynić roſkazał.

2. Sześć dni będźiećie robić: śiodmy dźień będźie wam święty, Szábát, y odpoczynienie Páńſkie: ktoby robił weń, zabit będźie.

3. Nie wzniećićie ogniá we wſzyſtkich mieſzkániach wáſzych przez dźień Sobotni.

4. Y rzekł Moyżeſz do wſzytkiey gromády ſynow

ſynow Izráelowych: Tá ieſt mowá, ktorą przykazał Pan, mowiąc:

5. Odłączćie u was pierwiaſtki Pánu. Káżdy dobrowolny y ochotnym ſercem niech ie ofiáruie Pánu: złoto, y ſrebro, y miedź.

6. Y hiácynt, y ſzárłat, y kármázyn dwákroć fárbowány, y biśior, śierść kozią,

7. Y ſkory czerwono fárbowáne y fiołkowey máśći, drzewo Setim:

8. Y Oliwę ku przyprávie świátłá, y áby uczyniona byłá máść y kádzenie nawdźięcznieyſze,

9. Kámienie Onychiny, y kámienie drogie ná ozdobienie Narámienniká y Rátionału.

10. Ktokolwiek miedzy wámi mądry ieſt, niech przyidźie, y czyni co Pan roſkazał:

11. To ieſt, przybytek y dách iego y przykryćie, pierśćienie y deſki z drążkámi, kołki y podſtawki:

12. Skrzynię y drążki, ubłagálnią y zaſłonę, ktorą przed nią zápuſczáią:

13. Stoł z drążkámi, y z naczyniem y z chlebem pokłádnym:

14. Lichtarz ku trzymániu świáteł, naczynie iego, y lámpy, y oliwę ná pośiłek ogniá.

15. Ołtars kádzenia, y drążki, y oleiek pomázánia, y kádzenie z wonnych rzeczy, oponę do drzwi przybytku.

16. Ołtarz cáłopalenia, y kratkę iego miedźiáną, z drążkámi y z naczyniem iego: umywálnią y podſtaweh iey:

17. Opony do śieni z ſłupámi y z podſtawkámi, zaſłonę we drzwiách u śieni:

18. Kołki przybytku y śieni z powrozkámi ſwymi:

19. Száty ktorych używáią ná ſłużbie świątnice, odźienie Aaroná nawyſſzego kápłáná y ſynow iego, áby mi ſpráwowali urząd kápłáńſki.

20. Y wyſzedſzy wſzytko zgromádzenie ſynow Izráelowych od oblicznośći Moyżeſzá,

21. Ofiárowáli umyſłem bárzo ochotnym y nabożnym pierwiaſtki Pánu, ná czynienie roboty przybytku świádectwá. Cokolwiek ná ſłużbę y ná ſzáty święte było potrzebá,

22. Mężowie z niewiáſtámi dodáli mánelle, y nauſznice, pierśćienie, y práwnice, y wſzytko naczynie złote ná dáry Páńſkie ieſt odłożono.

23. Ieſli kto miał hiácynt, y ſzárłat, y kármazyn

liorum Iſrael: Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus, dicens:

5. Separate apud vos primitias Domino. Omnis *a* voluntarius & prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum, & æs,

a Sup. 25. 2.

6. Hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum & byſſum, pilos caprarum,

7. Pelleſque arietum rubricatas, & janthinas, ligna Setim,

8. Et oleum ad luminaria concinnanda & ut conficiatur unguentum, & thymiama ſuaviſſimum,

9. Lapides onychinos, & gemmas ad ornatum ſuperhumeralis & rationalis.

10. Quiſquis veſtrum ſapiens eſt, veniat, & faciat, quod Dominus imperavit:

11. Tabernaculum ſcilicet & tectum ejus, atque operimentum *b*, annulos, & tabulata cum vectibus, paxillos & baſes:

b Cortinas & pelles.

12. Arcam & veſtes, propitiatorium, & velum, quod ante illud oppanditur:

13. Menſam cum vectibus & vaſis, & propoſitionis panibus:

14. Candelabrum ad luminaria ſuſtentanda, vaſa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium:

15. Altare thymiamatis, & veſtes & oleum unctionis & thymiama ex aromatibus: Tentorium ad oſtium tabernaculi:

16. Altare holocauſti, & craticulam ejus æneam cum vectibus & vaſis ſuis: labrum & baſim ejus:

17. Cortinas atrii cum columnis & baſibus, tentorium *c* in foribus veſtibuli,

c i. velum.

18. Paxillos tabernaculi & atrii cum funiculis ſuis:

19. Veſtimenta, quorum uſus eſt in miniſterio ſanctuarii *d*, veſtes Aaron pontificis ac filiorum ejus, ut ſacerdotio fungantur mihi.

d Ad involvendas res tabernaculi.

20. Egreſſaque omnis multitudo filiorum Iſrael de conſpectu Moyſi,

21. Obtulerunt mente promptiſſima atque devota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi teſtimonii. Quidquid ad cultum & ad veſtes ſanctas neceſſarium erat,

22. Viri cum mulieribus præbuerunt armillas & inaures, annulos & dextralia *e*: omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt.

e Brachiorum ornamenta.

23. Si quis habebat hyacinthum & purpuram,

ram, coccumque bis tinctum, byssum & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, & janthinas,

24. Argenti, ærisque metalla, obtulerunt Domino, lignaque Setim in varios usus.

25. Sed & mulieres doctæ, quæ neverant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byssum,

26. Et pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes.

27. Principes vero obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationale,

28. Aromataque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum unguentum, ac thymiama odoris suavissimi componendum.

29. Omnes viri & mulieres mente devota obtulerunt donaria; ut fierent opera, quæ jusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filii Israel voluntaria Domino dedicaverunt.

30. Dixitque Moyses ad filios Israel *a*: Ecce, vocavit Dominus ex nomine *b* Beseleel filium Uri filii Hur de tribu Juda.

a Sup. 31. 2. *b* Nominatim.

31. Implevitque eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia, & scientia, & omni doctrina,

32. Ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære,

33. Sculpendisque lapidibus, & opere carpentario *c*. Quidquid fabre adinveniri potest,

c Arte lignaria.

34. Dedit in corde ejus: Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan:

35. Ambos erudivit sapientia, ut faciant opera abietarii *d*, polymitarii, ac plumarii *e* de hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto, & bysso, & texant omnia, ac nova *f* quæque reperiant.

d i. Fabrilia. *e* Phrygia. *f* pulchra & ingeniosa, ut indicant Hebr..

mázyn dwákroć fárbowány, biśior, y śierść koźią, skory báránie czerwono fárbowáne, y fiołkowey máśći,

24. Srebrá y miedźi, y kruszce, ofiárowáli Pánu, y drzewo Setim ná rozmáite potrzeby.

25. Lecz y niewiásty náuczone, co náprzędły, dáły hiácynt, szárłat, y kármázyn, y biśior,

26. Y śierść koźią, z dobrey woley wszytko dawáiąc.

27. Przełożeni záśię ofiárowáli kámienie Onychiny, y kámienie drogie ná Narámiennik, y ná Rátionał.

28. Y rzeczy wonnych, y oliwy ná przypráwę świátel, y ná przyprawienie máśći, y ná złożenie kádzenia bárzo wdźięczney woniey.

29. Wszyscy mężowie y niewiásty sercem nabożnym ofiárowáli dáry, áby uczynione były roboty, ktore kazał Pan przez ręke Moyżeszá. Wszyscy synowie Izráelowi dobrowolne Pánu oddáli.

30. Y rzekł Moyżesz do synow Izráelowych: Oto wezwał Pan ná imię Beseleelá syná Uriego, syná Hurego, z pokolenia Iudy:

31. Y nápełnił go duchem Bożym, mądrośćią, y rozumieniem, y umieiętnośćią, y wszelką nauką,

32. Ku wymyśleniu y uczynieniu roboty, we złoćie, we srebrze, y miedźi,

33. Z w rzezániu kámieniá, y w robotie ćieśielskiey. Cokolwiek misternego wynáleźiono bydź może:

34. Dał do sercá iego: Ooliábá też syná Achisámech z pokolenia Dan:

35. Obudwu wyćwiczył mądrośćią, áby czynili robotę ćieśielską, tkácką, y háftárską, z hiácyntu, y szárłatu, y kármázynu dwákroć fárbowánego, y biśioru, áby tkáli wszytko, y nowe wszelákie rzeczy wynáydowáli.

CAPUT XXXVI.

Oblatis plusquam opus erat donariis, 1. Paratur tabernaculum juxta omnes partes suas 8.

1. Fecit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiens, *g* quibus dedit Dominus sapientiam & intellectum, ut scirent fabre operari, quæ in usus Sanctuarii necessaria sunt, & quæ præcepit Dominus.

g Sup. 26. 1. Anno M. 2514. Ant. Chr. 1490.

2. Cum-

ROZDZIAŁ XXXVI.

Gdy więcey niż było potrzebá zdano podárza, czyniono Przybytek ze wszystkimi potrzebámi iego: iáko są Opony, Kołdry, Przykryćie, Deszczki, Drążki, y Zásłoná.

1. Uczynił tedy Beseleel y Ooliab, y káżdy mąż mądry, ktorym dał Pan mądrośći y rozum, áby umieli misternie urobić, co do potrzeby świątnice należy, y co Pan przykazał.

2. Y

2. Y gdy ich wezwał Moyżeſz y każdego męża wyćwiczonego, ktoremu dał Pan mądrość, y ktorzy ſię dobrowolnie ofiárowali ná robotę:

3. Oddał im wſzytkie dáry ſynow Izráelowych. Ktorzy gdy z pilnośćią robili, ná każdy dźień ráno ſluby lud ofiarował.

4. Dla czego rzemieſlnicy przymuſzeni przyść,

5. Mowili Moyżeſzowi: więcey lud ofiáruie, niżli potrzebá.

6. Kazał tedy Moyżeſz woźnego głoſem wołáć: Ani mąż áni niewiáſtá niechay nic więcey nie dawa ná robotę świątnice. Y ták przeſtano od ofiárowánia,

7. Przeto że rzeczy ofiárowánych doſyć było y zbywáło.

8. Y uczynili wſzyſcy mądrzy ſercem ku wykonániu roboty przybytku, opon dźieśięć, z biśioru kręconego, y hiácyntu, y ſzárłatu, y z kármázynu dwákroć fárbowánego robotą wzorzyſtą, y rzemieſłem tkáckim:

9. Z ktorych iedná miáłá ná dłużą dwádźieśćiá y ośm łokiet, á ná ſzerzą cztery, iedná miárá byłá wſzytkich opon.

10. Y złączył pięć opon iédnę z drugą, y drugie pięć złączył poſpołu.

11. Poczynił też petlice z hiácyntu po kráiu opony iedney z obu ſtron, y po kráiu opony drugiey tákże:

12. Aby przećiw ſobie zeſzły ſię weſpoł petlice, y iedná ſię z drugą ſpináłá.

13. Przeto ulał y pięćdźieśiąt kolcow złotych, ktoreby uymowáły petlice opon, y był ieden przybytek.

14. Uczynił też dek iedenaśćie z koźiey śierśći, dla przykrywánia wierzchu przybytkowego.

15. Iedná deká w zdłuż miáłá trzydźieśći łokći, á w ſzerz cztery łokćie: Iedney miáry były wſzytkie deki:

16. Z ktorych pięć złączył oſobno, á ſześć innych oſobno.

17. Y uczynił petlic pięćdźieśiąt ná kráiu deki iedney, á pięćdźieśiąt ná kráiu deki drugiey, ábi ſię poſpołu ſchodźiły.

18. Y haczkow miedźiánych pięćdźieśiąt, ktoremiby ſię ſpináło przykryćie, áby iedno przykryćie ze wſzytkich dek było.

19. Uczynił y przykryćie przybytku z ſkor báránich czerwono fárbowánych, y drugie zwierzchu przykryćie z ſkor fiołkowey máśći.

20. Ná-

2. Cumque vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus ſapientiam, & qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus *a*.

3. Tradidit eis univerſa donaria filiorum Iſrael. Qui cum inſtarent operi, quotidie mane vota *b* populus offerebat.

4. Unde artifices venire compulſi,

5. Dixerunt Moyſi: Plus offert populus quam neceſſarium eſt.

6. Juſſit ergo Moyſes præconis voce cantari *c*: Nec vir nec mulier quidquam offerat ultra in opere Sanctuarii. Sicque ceſſatum eſt a muneribus offerendis,

7. Eo quod oblata ſufficerent & ſuperabundarent.

8. Feceruntque omnes corde ſapientes ad explendum opus tabernaculi *d*, cortinas decem de byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, opere vario, & arte polymita:

9. Quarum una habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quatuor. Una menſura erat omnium cortinarum.

10. Conjunxitque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque ſibi invicem copulavit.

11. Fecit & anſas hyacinthinas in ora cortinæ unius ex utroque latere, & in ora cortinæ alterius ſimiliter,

12. Ut contra ſe invicem venirent anſæ, & mutuo jungerentur.

13. Unde & quinquaginta fudit circulos aureos *e*, qui morderent *f* cortinarum anſas, & fieret unum tabernaculum.

14. Fecit & ſaga undecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi:

15. Unum ſagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor: unius menſuræ erant omnia ſaga:

16. Quorum quinque junxit ſeorſum, & ſex alia ſeparatim.

17. Fecitque anſas quinquaginta in ora ſagi unius, & quinquaginta in ora ſagi alterius, ut ſibi invicem jungerentur.

18. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, ut unum pallium ex omnibus ſagis fieret.

19. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliudque deſuper velamentum de pellibus janthinis.

20. Fe-

a Sc. tabernaculi. 1 Par. 21 29.
b Spontaneas oblationes.
c Evulgari.
d Tabernaculum figurabat Eccleſiam; candelabrum & tabulæ, doctrinam & legem Chriſti, virga Aaron ejus ſacerdotium & Manna Euchariſtiæ Sacramentum.
e Seu junci-nos.
f Prehenderent.

20. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis Setim ſtantes *a*.

a Erectas.

21. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ unius: & unum ac ſemis cubitum latitudo retinebat.

22. Binæ incaſtraturæ erant per ſingulas tabulas, ut altera alteri jungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.

23. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra Auſtrum,

24. Cum quadraginta baſibus argenteis. Duæ baſes ſub una tabula ponebantur ex utraque parte angulorum, ubi incaſtraturæ laterum in angulis terminantur.

25. Ad plagam quoque tabernaculi, quæ reſpicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas,

26. Cum quadraginta baſibus argenteis, duas baſes per ſingulas tabulas.

27. Contra occidentem vero, id eſt, ad eam partem tabernaculi, quæ mare reſpicit, fecit ſex tabulas,

28. Et duas alias per ſingulos angulos tabernaculi retro:

29. Quæ junctæ erant a deorſum usque ſurſum, & in unam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex utraque parte per angulos:

30. Ut octo eſſent ſimul tabulæ, & haberent baſes argenteas ſedecim, binas ſcilicet baſes ſub ſingulis tabulis.

31. Fecit & vectes de lignis Setim, quinque ad continendas tabulas unius lateris tabernaculi,

32. Et quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas, & extra hos quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare.

33. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo usque ad angulum perveniret.

34. Ipſa autem tabulata *b* deauravit, fuſis baſibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci poſſent: quos & ipſos laminis aureis operuit.

b Quatuor latera tabernaculi.

35. Fecit & velum *c* de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, opere polymitario, varium atque diſtinctum *d*:

c Sc. ante ſancta ſanctorum.
d Figuris Cherubim.

36. Et quatuor columnas de lignis Setim, quas cum capitibus deauravit, fuſis baſibus earum argenteis.

37. Fecit & tentorium *e* in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byſſoque retorta, opere plumarii;

e aliud velum exterius.

38. Et

20. Nárobił y deſczek przybytku z drzewá Setim ſtoiących.

21. Dźieśięć łokći byłá dłużá deſczki iedney, á pułtorá łokćiá ſzerzą miáłá.

22. Dwoie fugowánie było w káżdey deſce, áby ſię iedná z drugą ſchodźiłá. Ták uczynił u wſzytkich deſczek przybytku.

23. Z ktorych dwádźieśćiá ná ſtronę południową były, przećiwko wiátru południowemu,

24. Ze czterdźieśćią podſtawkow ſrebrnych. Dwá podſtawki pod iednę deſczkę kłádźiono z obu ſtron węgłow, gdźie ſię fugowániá bokow ná węgłách kończą.

25. Ná ſtronę też przybytku, ktora patrzy ná pułnocy, uczynił dwádźieśćiá deſczek,

26. Ze czterdźieſtą podſtawkow ſrebrnych, dwá podſtawki do káżdey deſczki.

27. A ku zachodowi, to ieſt, ná tę ſtronę przybytku, ktora ku morzu pátrzy, uczynił ſześć deſczek,

28. Y inne dwie ná káżdym węgle przybytku w tyle:

29. Ktore były ſpoione od ſpodku áż do wierzchu, á w iedno ſię ſpoienie poſpołu zchodźiły. Ták uczynił z obu ſtron ná węglách:

30. Zeby ośm było poſpołu deſczek, y miáły podſtáwkow ſrebrnych ſzeſnaśćie, to ieſt dwá podſtawki pod káżdą deſczką.

31. Uczynił też drążki z drzewá Setim, pięć ku trzymániu deſczek iedney ſtrony przybytku,

32. A pięć drugich ku źiećiu deſczek drugiey ſtrony: y krom tych inną pięć ná zachodnią ſtronę przybytku przećiw morzu.

33. Uczynił też drążek inny, ktoryby przez śrzodek deſczek od węgłá áż do węgłá przechodźił.

34. A deſczki ſáme pozłoćił ulawſzy podſtawki ich ſrebrne. A kolcá ich złote poczynił, przez ktoreby drążki możono wkłádáć; ktore też ſáme złotemi bláſzkámi okrył.

35. Uczynił y zaſłonę z hiácynthu, y ſzárłatu, y kármázynu, y biśioru kręconego robotą tkácką mienioną y przetykáną:

36. Y cztery ſłupy z drzewá Setim, ktore zwierzchámi pozłoćił, ulawſzy podſtawki ich ſrebrne.

37. Uczynił też záſłonę we weſzśćiu przybytku z hiácynthu, ſzárłatu, z kármázynu, y biśioru kręconego, robotą háftárſką;

38. Y

38. Y ſłupow pięć z wierzchámi ich, ktore powlokł złotem, á podſtawki ich ulał miedźiáne.

ROZDZIAŁ XXXVII.

Archę, Ubłagałnią, Stoł, Lichtarz, Kágáńce, Ołtarz kádźidlny, y ſámego Kádźidłá ſpráwiene zámika.

1. A Beſeleel urobił y ſkrzynię z drzewá Setim, máiącą pułtrzećiá łokćiá wzdłuż á pułtorá łokćiá w ſzerz, wysſza też ná pułtorá łokćiá byłá: y oblokł ią złotem co naczyſtſzym we wnątrz y zwierzchu.

2. Y uczynił iey koronę złotą wokoło,

3. Ulawſzy cztery kolcá złote po czterech węgłách iey: dwá kolcá po iedney ſtronie, á dwá po drugiey.

4. Drążki też uczynił z drzewá Setim, ktore powlokł złotem,

5. Y ktore włożył w kolcá, ktore były po bokách ſkrzynie, ku noſzeniu iey.

6. Uczynił też ubłagálnią, to ieſt wyrocznicę ze złotá naczyſtſzego ná pułtrzećiá w dłuż, á ná pułtorá w ſzerz.

7. Ktemu dwá Cherubiny ze złotá bitego, ktore poſtáwił z obu ſtron ubłagálnie:

8. Cherubá iednego ná wierzchu iedney ſtrony, á Cherubá drugiego ná wierzchu drugiey ſtrony, dwu Cherubinow ná obu wierzchách ubłagálnie,

9. Rozćiągáiące ſkrzydłá, y nákrywáiące ubłagánią, á ſpolnie ná śię y ná nię pátrzące.

10. Uczynił y ſtoł z drzewá Setim, w zdłuż ná dwá łokćiá, á w ſzerz ná ieden łokieć, ktory miał w zwyſz pułtorá łokćiá.

11. Y powlokł ji złotem co naczyſtſzym, y uczynił mu liſtwę złotą w koło,

12. A ſámey liſtwie koronę złotą mieyſcámi gładką ná cztery pálce, á ná teyże drugą koronę złotą.

13. Ulał y cztery kolcá złote: ktore przypráwił do czterech węgłow u káżdey nogi ſtołu

14. Przećiwko koronie: y wpráwił w nie drążki, żeby mogł bydź noſzony ſtoł.

15. Sáme też drążki uczynił z drzewá Setim, y powlokł ie złotem.

16. Y

38. Et columnas quinque cum capitibus ſuis, quas operuit auro, baſesque earum fudit æneas.

CAPUT XXXVII.

Formatur arca, & propitiatorium, 1. Menſa, candelabrum, lucernæ, altare thymiamatis, 15. Unguentum ſacrum ipſumque thymiama. 29.

1. FEcit * autem Beſeleel & arcam de lignis Setim, habentem duos ſemis cubitos *a* in longitudine, & cubitũ ac ſemiſſem in latitudine, altitudo quoque unius cubiti fuit & dimidii, veſtivitq; eam auro puriſſimo intus ac foris.

> * Ejusdem anni 2514. primo ſemeſtri.
>
> *a* Id eſt duos & ſemicubitos, ut patet ex v. 6.

2. Et fecit illi coronam auream per gyrum,

3. Conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos ejus: duos annulos in latere uno, & duos in altero.

4. Vectes quoque fecit de lignis Setim, quos veſtivit auro.

5. Et quos miſit in annulos, qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam,

6. Fecit & propitiatorium, id eſt, oraculum, de auro mundiſſimo, duorum cubitorum & dimidii in longitudine, & cubiti ac ſemis in latitudine.

7. Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos poſuit ex utraque parte propitiatorii:

8. Cherub unum in ſummitate unius partis & Cherub alterum in ſummitate *b* partis alterius: duos Cherubim in ſingulis ſummitatibus propitiatorii,

> *b* Extremitate lateris.

9. Extendentes alas, & tegentes propitiatorium, ſeque mutuo, & illud reſpicientes.

10. Fecit & menſam de lignis Setim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine unius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac ſemiſſem.

11. Circumdeditque eam auro mundiſſimo, & fecit illi labium aureum per gyrum,

12. Ipſique labio coronam auream interraſilem quatuor digitorum, & ſuper eamdem alteram coronam auream.

13. Fudit & quatuor circulos aureos, quos poſuit in quatuor angulis per ſingulos pedes menſæ

14. Contra *c* coronam: miſitque in eos vectes, ut poſſit menſa portari.

> *c* Id eſt, ſubter, ut expreſſe dicitur c. 25. v. 27.

15. Ipſos quoque vectes fecit de lignis Setim, & circumdedit eos auro,

16. Et

16. Et vaſa ad diverſos uſus menſæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda ſunt libamina.

17. Fecit & candelabrum ductile de auro mundiſſimo. De cujus vecte calami, ſcyphi, ſphærulæque ac lilia *a* procedebant:

a Alii flores.

18. Sex in utroque latere, tres calami ex parte una, & tres ex altera:

19. Tres ſcyphi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphærulæque ſimul & lilia, & tres ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulæque ſimul & lilia. Æquum *b* erat opus ſex calamorum, qui procedebant de ſtipite candelabri.

b Sc. æquale.

20. In ipſo autem vecte *c* erant quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphærulæque per ſingulos ſimul & lilia:

c Seu ſtipite candelabri.

21. Et ſphærulæ ſub duobus calamis per loca tria, qui ſimul ſex fiunt calami procedentes de vecte uno.

22. Et ſphærulæ igitur, & calami ex ipſo erant, univerſa ductilia ex auro puriſſimo.

23. Fecit & lucernas ſeptem cum emunctoriis ſuis, & vaſa, ubi ea, quæ emuncta ſunt, extinguantur, de auro mundiſſimo.

24. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vaſis ſuis.

25. Fecit & altare thymiamatis de lignis ſetim, per quadrum ſingulos habens cubitos, & in altitudine duos: e cujus angulis procedebant cornua.

26. Veſtivitque illud auro puriſſimo, cum craticula ac parietibus & cornibus.

27. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, ut mittantur in eos vectes, & poſſit altare portari.

28. Ipſos autem vectes fecit de lignis ſetim, & operuit laminis aureis.

29. Compoſuit & oleum ad ſanctificationis unguentum, & thymiama de aromatibus mundiſſimis, opere pigmentarii.

16. Y naczynie ku roznym potrzebam ſtołowym, miſki, czáſze y kubki, y kádźidlnice, ze złotá czyſtego, w ktorych máią bydź ofiárowáne mokre ofiáry.

17. Uczynił też lichtarz kowány ze złotá naczyſtſzego. Zktorego ſłupcá, piorá, czáſzki, y gałki, y lilie pochodźiły:

18. Sześć ná obu ſtronách, trzy piorá z iedney ſtrony, á trzy z drugiey:

19. Trzy czáſzki ná kſztałt orzechá ná káżdym piorze, á gałki weſpoł y lilia: á trzy czáſzki ná kſztałt orzechá ná piorze drugim, á gałki weſpoł y lilie. Iednáka byłá robotá ſześći pior, ktore pochodźiły z ſłupcá lichtarzowego.

20. A ná ſámym ſłupcu były cztery czáſzki ná kſztałt orzechá, á gałki przy káżdey weſpoł y lilie:

21. Y gałki podedwiemá piorámi ná trzech mieyſcách, ktorych poſpołu ieſt ſześć pior wychodzących z ſłupcá iednego:

22. A ták y gałki y piorá z niego były wſzytkie, ukowáne ze złotá naczyſtſzego.

23. Uczynił też śiedm lamp z nożyczkámi ich, y naczynie w ktorychby uſtrzyżki gáſzono, ze złotá naczyſtſzego.

24. Tálent złotá ważył lichtarz ze wſzytkim naczyniem ſwoim.

25. Uczynił y ołtarz do kádzenia z drzewá Setim ná czterz ſtrony máiący po łokćiu, á názwyſz dwá: z ktorego węgłow wychodźiły rogi:

26. Y powlokł ji złotem naczyſtſzym, z kratką, y śćiánámi, y rogámi.

27. Y uczynił mu koronę złoćiuchną w koło, y dwie kolcá złote pod koroną ná káżdym boku, áby w nie wkłádano drążki, y mogł bydź noſzony ołtarz.

28. A ſáme drążki uczynił z drzewá Setim, y powlokł bláchámi złotemi.

29. Złożył też oleiek ná máść poświęcenia, y kádzenie z wonnych rzeczy naczyſtſzych robotą Aptekárſką.

CAPUT XXXVIII.

Formatur altare holocauſti, 1. labrum æneum & atrium cum columnis, & velis, 9. Oblata donaria recenſentur, 24.

1. FEcit * & altare holocauſti de lignis ſetim, quinque cubitorum per quadrum, *d* & trium in altitudine:

* 2 Par. 1. 5. ejusdem an. 2514. primo ſemeſtri.

d Par erat longitudo, & latitudo.

ROZDZIAŁ XXXVIII.

Czynią Ołtarz ofiárny, y Fontánę miedźidną, y Sień, y obliczáią ofiárowáne podárzá.

1. UCzynił y ołtarz cáłopalenia z drzewá Setim, po pięći łokiet ná cztery ſtrony, á trzy ná zwyſz;

2. Cu- 2. Kto-

2. Ktorego rogi z węgłow wychodźiły: y powlokł ji bláchámi miedźiánemi.

3. A ná potrzeby iego nágotował z miedźi naczynia roznego, kotłow, kleſczy, widełek, oſęczek, y naczynia do bránia w śię ogniá.

4. Y okratę iego ná kſztałt śieći uczynił miedźiáną, ſá pod nią w pośrzod ołtarzá ogniſko.

5. Ulawſzy cztery kolcá ná tákże wiele końcow kraty, ná zákłádánie drążkow ku noſzeniu:

6. Ktore y ſáme uczynił z drzewá Setim, y powlokł bláchámi miedźiánemi:

7. Y wpráwił ie w kolcá, ktore ná bokáck ołtarzá wychodźiły. A ſam ołtarz nie był wewnątrz zupełny, ále wydrożáły z deſczek, á czczy wewnątrz.

8. Udźiáłał y umywálnią miedźiáną z podſtawkiem iey ze źwierćiadł niewiaſt, ktore ſtrzegły u drzwi przybytku.

9. Uczynił y śień, ná ktorey ſtronie południowey były opony z biśioru kręconego, ná ſto łokći,

10. Słupow miedźiánych dwádźieśćiá z podſtawkámi ſwymi: wierzchy ſłupow y wſzytko roboty rzezánie ſrebrne.

11. Tákże ná ſtronie od pułnocy, opony, ſłupy, y podſtawki, y wierzchy ſłupow teyże miary, y roboty, y kruſzcu były.

12. A ná tey ſtronie, ktora pátrzy ná zachod, były opony ná pięćdźieśiąt łokiet, ſłupow dźieśięć z podſtawkámi ſwymi miedźiánych, á wierzchy ſłupow y wſzytko roboty rzezánie ſrebrne.

13. Ná wſchod záś ſłońcá zgotował opony ná pięćdźieśiąt łokiet:

14. Z ktorych piętnaśćie łokiet trzech ſłupow, z podſtawkámi ſwemi ieden bok dźierżał:

15. A ná drugiey ſtronie, (bo miedzy obiemá uczynił wchodzenie do przybytku) były tákież opony ná piętnaśćie łokći, y trzy ſłupy, y ták wiele podſtawkow.

16. Wſzytkie opony do śieni utkáne były z biśioru kręconego.

17. Podſtawki ſłupow były miedźiáne, á wierzchy ich ze wſzytkim ſwym rzezániem ſrebrne; ále y ſáme ſłupy do śieni ſrebrem opráwił.

18. A w weśćiu iey uczynił oponę káſtárſką robotą z hiácyntu, z ſzárłatu, kármázynu,

2. Cujus cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis æneis.

3. Et in uſus ejus paravit ex ære vaſa diverſa, lebetes, forcipes, fuſcinulas, uncinos, & ignium receptacula.

4. Craticulamque ejus in modum retis fecit æneam, & ſubter eam in altaris medio arulam,

5. Fuſis quatuor annulis per totidem retiaculi ſummitates *a*, ad immittendos vectes ad portandum:

6. Quos & ipſos fecit de lignis ſetim, & operuit laminis æneis:

7. Induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebant. Ipſum autem altare *b* non erat ſolidum, ſed cavum ex tabulis, & intus vacuum.

8. Fecit & labrum æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum, quæ excubabant *c* in oſtio tabernaculi.

9. Fecit & atrium, in cujus auſtrali plaga erant tentoria de byſſo retorta, cubitorum centum,

10. Columnæ æneæ viginti cum baſibus ſuis, capita columnarum, & tota operis cælatura argentea.

11. Æque ad ſeptentrionalem plagam tentoria, columnæ, baſesque & capita columnarum, ejusdem menſuræ, & operis ac metalli, erant.

12. In ea vero plaga, quæ ad Occidentem reſpicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum baſibus ſuis æneæ, & capita columnarum, & tota operis cælatura argentea.

13. Porro contra orientem quinquaginta cubitorum paravit tentoria:

14. E quibus quindecim cubitos columnarũ trium, cum baſibus ſuis, unum tenebat latus:

15. Et in parte altera (quia inter utraque introitum tabernaculi fecit) quindecim æque cubitorum erant tentoria, columnæque tres, & baſes totidem.

16. Cuncta atrii tentoria byſſus retorta texuerat.

17. Baſes columnarum fuere æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis ſuis argentea: ſed & ipſas columnas atrii veſtivit argento.

18. Et in introitu ejus opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo,

a Extremitates.

b Sup. 27. 8.

c id eſt circa oſtium tabernaculi excubabant, ſeu miniſtrabant, tum ex pietate tum manuali ſedulitate, vigilantes in oratione relicta vanitate & ornatu. Sà. & Tirin.

culo, & abysso retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo vero quinque cubitorum erat, juxta mensuram, quam cuncta atrii tentoria habebant.

19. Columnæ autem in egressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitaque earum & cælaturæ argenteæ.

20. Paxillos quoque tabernaculi & atrii per gyrum fecit æneos.

21. Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonii, quæ enumerata sunt juxta præceptum Moysi in cæremoniis Levitarum *a* per manum Ithamar filii Aaron sacerdotis:

a in ministerium Levitarum, quorum erat dissolvere, transferre & iterum componere tabernaculum.

22. Quæ Beseleel filius Uri filii Hur de tribu Juda, Domino per Moysen jubente compleverat.

23. Juncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorum egregius fuit: & polymitarius atque plumarius *b* ex hyacintho, purpura, vermiculo & bysso.

b Acu pictor.

24. Omne aurum, quod expensum est in opere Sanctuarii, & quod oblatum est in donariis, viginti novem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum, ad mensuram Sanctuarii.

25. Oblatum est autem ab his, qui transierunt ad numerum, a viginti annis & supra, de sexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta armatorum *c*.

c Aptorum ad arma ferenda seu ad bellum, Sup. 28. 6. Ejusdem Ann. 2514. primo semestri.

26. Fuerunt præterea centum talenta argenti, e quibus conflatæ sunt bases Sanctuarii, & introitus, ubi velum pendet.

27. Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis.

28. De mille autem septingentis & septuaginta quinque fecit capita columnarum, quas & ipsas vestivit argento.

29. Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, & quadringenti supra sicli,

30. Ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, & altare æneum cum craticula sua, omniaque vasa, quæ ad usum ejus pertinent,

31. Et bases atrii tam in circuitu quam in ingressu ejus, & paxilli tabernaculi atque atrii per gyrum.

nu, y z bisioru kręconego, ktora miáłá dwádźieśćiá łokći ná dłużą, á wyſz ná pięć łokiet byłá, według miáry, ktorą wſzytkie opony śienne miáły.

19. A ſłupow w weſzćiu było cztery, z podſtawkámi miedźiánemi, á wierzchy ich y rzezánie ſrebrne.

20. Kołki też do przybytku y do śieni wkoło, uczynił miedźiáne.

21 Te ſą naczyniá przybytku świádectwá, ktore policzone ſą wedle przykazánia Moyżeſzowego w Ceremoniách Lewitow, przez rękę Ithámárá ſyná Aaroná kápłáná,

22. Ktore Beſeleel ſyn Urego ſyná Hurowego z pokolenia Iudy, zá roſkazánim przez Moyżeſzá Páńſkim wykonał,

23. Wźiąwſzy k ſobie towárzyſzá Ooliábá ſyná Achiſámech z pokolenia Dan, ktory też ſam rzemieśnik około drzewá wyborny był, y tkacz, y háftarz, z hiácyntu, z ſzárłatu, kármázynu, y z bisioru.

24. Wſzytkiego złotá ktore wydano ná budowánie świątnice, y ktore ofiárowáno w podárzech, dwádźieśćiá y dźiewięć tálentow było, y śiedm ſet y trzydźieśći ſykłow ná wagę świątnice.

25. A ofiárowáno było od tych ktorzy ſzli w poczet, od dwudźieſtu lat y wyſzey, z ſześći ſet y trzech tyśięcy, y z pięći ſet y z pięćidźieśiąt zbroynych,

26. Było nád to ſto tálentow ſrebrá, z ktorych ulane ſą podſtawki świątnice y weſzćia gdźie zaſłoná wiśi.

27. Sto podſtawkow uczynione ſą ze ſto tálentow, káżdy tálent ná káżdy podſtáwek licząc.

28. A z tyśiącá y śiedmi ſet y śiedmidźieśiąt y pięći, uczynił wierzchy ſłupow, ktore też ſáme powlokł ſrebrem.

30. Hoſtia enim quæ cæditur pro peccato, *c* cujus ſanguis infertur in tabernaculum teſtimonii ad expiandum in Sanctuario, non comedetur, ſed comburetur igni.

a Principis vel plebis: nam hoſtia pro peccato totius populi, aut ſacerdotis tota cremabatur ſup. 4. & 6. *b* valde ſancta.

c Supr. 4. 5. Hebr. 13. 11.

tká będźie ſpalona, á żaden z niey nie będźie pożywał.

24. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc:

25. Mow Aaronowi y ſynom iego: Ten ieſt zakon ofiáry zá grzech: Ná mieyſcu, gdźie ofiáruią cáłopalenie, będźie ofiárowána przed Pánem, Swięte świętych ieſt.

26. Kápłan ktory ofiáruie, będźie ią iadł ná mieyſcu świętym, w śieni przybytku.

27. Cokolwiek ſię dotknie mięſá iey, będźie poświęcone. Ieſli ſzátá krwią iey będźie pokropiona, wypiorą ią ná mieyſcu świętym.

28. A naczynie gliniáne, w ktorym ią wárzono, ſtłuką, á ieſli naczynie będźie mieďźiáne, wytrą ie y wymyią wodą.

29. Káżdy mężczyzná z rodu kápłáńſkiego będźie mięſá iey pożywał, bo święte świętych ieſt.

30. Ofiárá bowiem ktorą biią zá grzech, ktorey krew noſzą do przybytku świádectwá dla oczyśćienia w świątnicy, nie będźie iedźiona, ále ſpalona ogniem.

CAPUT VII.

Ritus oblationis hoſtiæ pro delicto, 1. Hoſtia ac victima pacificorum: 11. Adeps & ſanguis in univerſum comedi prohibetur, 23. Pectuſculum & armus dexter eſt ſacerdotis offerentis, 30.

1. HÆc quoque lex * hoſtiæ pro delicto *d*, Sancta Sanctorum *e* eſt:

2. Idcirco ubi immolabitur holocauſtum, mactabitur & victima pro delicto: ſanguis ejus per gyrum altaris fundetur.

3. Offerent ex ea caudam & adipem, qui operit vitalia:

4. Duos renunculos, & pinguedinem, quæ juxta ilia eſt, reticulumque jecoris cum renunculis.

5. Et adolebit ea ſacerdos ſuper altare: incenſum eſt Domini pro delicto.

6. Omnis maſculus de ſacerdotali genere, in loco ſancto veſcetur his carnibus, quia Sanctum ſanctorum eſt.

7. Sicut pro peccato offertur hoſtia, ita & pro delicto: utriusque hoſtiæ lex una erit: ad ſacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit.

8. Sacerdos qui offert holocauſti victimam, habebit pellem ejus.

9. Et omne ſacrificium ſimilæ, quod coqui-

* Eodem menſe & anno M. ſc. 2514.
d Seu peccato omiſſionis aut per imprudentiam commiſſo.
e Sacro ſancta, ideoque ſolis Sacerdotibus comedenda.

ROZDZIAŁ VII.

Spoſob ofiárowánia. ofiáry zá grzech, y ofiáry ſpokoyney: Łoiu álbo tłuſtośći, y krwie wobec zakázuią pożywáć.

1. TEn też zakon ofiáry zá wyſtępek święte świętych ieſt.

2. Przetoż gdźie będźie ofiárowáne cáłopalenie, zábiią y ofiárę zá wyſtępek: krew iey w koło ołtarzá wyleią.

3. Ofiáruią z niey ogon y łoy okrywáiący wnętrze:

4. Dwie nereczce y tłuſtość, ktora ieſt przy trzewách, y odźiedzę wątroby z nereczkámi.

5. Y ſpali ie kápłan ná ołtarzu: zapał ieſt Pánu zá wyſtępek.

6. Káżdy mężczyzná z rodu kápłańſkiego, ná mieyſcu świętym będźie tego mięſá pożywał, ábowiem święte świętych ieſt.

7. Iáko bywa ofiárowáno ofiárá zá grzech, ták y zá wyſtępek: oboiey ofiáry ieden zakon będźie: ná kápłaná, ktrory ią ofiáruie, przyydźie.

8. Kápłan ktory ofiáruie cáłopalenia ofiárę, będźie miał ſkorę iey.

9. Y káżda ofiárá z białey mąki, ktorą pieką

ką w piecu, y cokolwiek ná roſtćie, ábo w panewce bywa przyprawione, tego kápłaná będźie, ktory ią ofiáruie:

10. Choćia oliwą záczyniona, choćia ſuche rzeczy będą, wſzytkim ſynom Aaronowym rowną miárą ná káżdego będźie podźielona.

11. Ten ieſt zakon ofiáry zapokoynych, ktorą ofiáruią Pánu.

12. Ieſli ná dźiękowánie ofiárá będźie, ofiáruią chleby bez kwáſu oliwą pomázáne, y kreple przaſne oliwą pomázáne, y białą mąkę wárzoną, y kołacze oliwą námázáne:

13. Chleby też kwáſzone z ofiárą dźiękowánia, ktorą zá zapokoyne ofiáruią:

14. Z ktorych ieden zá pierwoćiny będźie ofiárowan Pánu, y doſtánie ſię kápłanowi, ktory wyleie krew ofiáry.

15. Ktorey mięſo tegoż dniá ieść będą, áni zoſtánie nic z niego áż do poránku.

16. Ieſli ślubem ábo dobrowolnie kto ofiáruie ofiárę, tegoż tákież dniá źiedźiona będźie: ále y ieſliby co ná záiutrz zoſtáło, może bydź iedźiono,

17. Ale coby kolwiek nálazł dźień trzeći, ogień ſtrawi.

18. Ieſliby kto pożywał mięſá ofiáry zapokoyney dniá trzećiego, ná dáremna będźie ofiárá, ány pomoże ofiáruiącemu: y owſzem ktorabykolwiek duſzá tákim ſię iedłem ſplugáwiłá, przeſtępſtwá winná będźie.

19. Mięſo ktoreby ſię dotknęło czego nieczyſtego, nie będźie iedźione, ále ogniem będźie ſpalone: kto będźie czyſty, będźie go pożywał.

20. Duſzá zmázána, ktoraby iádłá z mięſá ofiáry zapokoynych, ktora ieſt ofiárowána Pánu, zginie z ludu ſwego.

21. A ktoraby ſię dotknęłá nieczyſtoty człowieczey ábo bydlęcey, ábo wſzelkiey rzeczy ktora ſplugáwić może, á iádłaby z tákowego mięſá, zginie z ludźi ſwoich.

22. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc:

23. Mow ſynom Izráelowym: Łoiu owczego, y wołowego, y koźiego, ieść nie będźiećie.

24. Łoy śćierwu zdechliny, y tego bydlęćiá, ktore źwierz ugonił, będźiećie mieć ná rozmaite potrzeby.

25. Ieſliby kto łoy, ktory ma bydź ofiárowány ná zapal Páńſki, iadł, zginie z ludu ſwego.

26. Krwie

quitur in clibano, & quidquid in craticula, vel in ſartagine præparatur, ejus erit ſacerdotis, a quo offertur:

10. Sive oleo conſperſa, ſive arida fuerint, cunctis filiis Aaron menſura aquæ per ſingulos dividetur.

11. Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum, quæ offertur Domino.

12. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes *a* abſque fermento conſperſos oleo, & lagana azyma uncta oleo, coctamque ſimilam, & colyridas *b* olei admiſtione conſperſas:

13. Panes quoque fermentatos cum hoſtia gratiarum, *c* quæ immolatur pro pacificis *d*:

14. Ex quibus unus pro primitiis offeretur Domino, & erit ſacerdotis, qui fundet hoſtiæ ſanguinem:

15. Cujus carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquam usque mane.

16. Si voto vel ſponte quiſpiam obtulerit hoſtiam, eadem ſimiliter edetur die: ſed & ſi quid in craſtinum remanſerit, veſci licitum eſt:

15. Quidquid autem tertius invenerit dies, ignis abſumet.

18. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita *e* fiet oblatio nec proderit offerenti: quin potius quæcumque anima tali ſe edulio contaminaverit, prævaricationis rea erit.

19. Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, ſed comburetur igni: qui fuerit mundus, veſcetur ex ea *f*.

20. Anima polluta quæ ederit de carnibus, hoſtiæ pacificorum, quæ oblata eſt Domino, peribit de populis ſuis.

21. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel jumenti, ſive omnis rei quæ polluere poteſt, & comederit de hujuscemodi carnibus, interibit de populis ſuis.

22. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

23. Loquere filiis Iſrael: Adipem ovis & bovis, & capræ non comedetis.

24. Adipem cadaveris morticini, & ejus animalis quod a beſtia captum eſt, habebitis in varios uſus.

25. Si quis adipem, qui offerri debet in incenſum Domini, comederit, peribit *g* de populo ſuo.

26. San-

a Hebr. placentas.
b Placentas.
c Sc. eucharistica, ſeu pro gratiarum actione.
d pro pace vel proſperitate obtenta.
e Hebr. non erit accepta.
f Sc. hoſtia pacifica, non ſolus ſacerdos.
g Seu ejicietur vel dignus eſt morte.

26. Sanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibo, tam de avibus quam de pecoribus.

27. Omnis anima, quæ ederit ſanguinem, peribit de populis ſuis.

28. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

29. Loquere filiis Iſrael, dicens: qui offert victimam pacificorum Domino, offerat ſimul & ſacrificium, id eſt libamenta ejus.

30. Tenebit manibus adipem hoſtiæ, & pectuſculum, cumque ambo oblata Domino conſecraverit, tradet ſacerdoti,

31. Qui adolebit adipem ſuper altare, pectuſculum autem erit Aaron, & filiorum ejus.

32. Armus quoque dexter de pacificorum hoſtiis cedet in primitias ſacerdotis.

33. Qui obtulerit ſanguinem & adipem filiorum Aaron, ipſe habebit & armum dextrum in portione ſua.

34. Pectuſculum enim elevationis *a*, & armum ſeparationis tuli a filiis Iſrael de hoſtiis eorum pacificis, & dedi Aaron ſacerdoti, & filiis ejus lege perpetua, ab omni populo Iſrael.

a Sc. elevabatur & agitabatur a dextra in ſiniſtram.

35. Hæc eſt unctio *b* Aaron & filiorum ejus in cæremoniis Domini, die qua obtulit eos Moyſes, ut ſacerdotio fungerentur,

b Merces & ſtipendium ob unctionem, &c.

32. Et quæ præcepit eis dari Dominus a filiis Iſrael religione perpetua in generationibus ſuis.

37. Iſta eſt lex holocauſti, & ſacrificii pro peccato atque delicto, & pro conſecratione & pacificorum victimis:

38. Quam conſtituit Dominus Moyſi in monte Sinai, quando mandavit filiis Iſrael, ut offerrent oblationes ſuas Domino in deſerto Sinai.

CAPUT VIII.

Aaron conſecratur a Moyſe Pontifex; filii Aaronis conſecrantur Sacerdotes, & tabernaculum ungitur cum omni ſuppellectili.

1. LOcutusque eſt * Dominus ad Moyſen, dicens:

* Eodem an. 2. ab exitu menſis 2. initio. An. M. 2514. Ant. Chr. 1490.

2. Tolle *c* Aaron cum filiis ſuis, veſtes eorum, & unctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, caniſtrum cum azymis,

3. Et congregabis omnem cætum ad oſtium tabernaculi.

c Exod. 29. 35 & 40. 13.

4. Fecit

26. Krwie też wſzelkiego źwierzęćiá nie weźmiećie ná pokarm ták z ptakow, iáko z bydląt.

27. Wſzelka duſzá ktoraby iádłá krew, zginie z ludźi ſwoich.

28. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc:

29. Mow ſynom Izráelowym mowiąc: kto ofiáruie ofiárę zapokoynych Pánu, niech záraz ofiáruie y obiátę, to ieſt, mokre ofiáry iey.

30. Będźie trzymał w rękach łoy ofiáry, y moſtek: á gdy oboie ofiárowawſzy Pánu poświęći, odda kápłanowi:

31. Ktory ſpali łoy ná ołtarzu, á moſtek będźie Aaronow y ſynow iego.

32. Łopátká też práwa z ofiar zapokoynych doſtánie ſię zá pierwoćiny kápłanowi.

33. Ktoby z ſynow Aaronowych ofiárował krew y łoy, ten będźie miał y łopátkę práwą zá część ſwoię.

34. Abowiem moſtek podnoſzenia, y łopátkę odłączenia wźiąłem od ſynow Izráelowych z ofiar ich zapokoynych: y dałem Aaronowi kápłanowi y ſynom iego práwem wiecznym, od wſzytkiego ludu Izráelſkiego.

35. To ieſt pomázánie Aaroná y ſynow iego w obrzędźiech Páńſkich dniá ktorego ie ofiárował Moyżeſz, żeby kápłáńſki urząd odpráwowáli,

36. Y co im dawáć przykazał Pan od ſynow Izráelowych uſtáwą wieczną w rodzáiách ich.

37. Ten ieſt zakon cáłopalenia y ofiáry zá grzech y zá wyſtępek, y zá poświęcenie, y ofiár zapokoynych:

38. Ktore uſtáwił Pan Moyżeſzowi ná gorze Synai, kiedy przykazał ſynom Izráelowym, áby ofiárowáli ofiáry ſwe Pánu, ná puſczy Synai.

ROZDZIAŁ VIII.

Poświącánie Aaroná y ſynow iego, Przybytku y wſzyſtkiego ſprzętu iego.

1. Y Rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc:

2. Weźmi Aaroná z ſynámi iego, ſzáty ich, y oleiek pomázánia, ćielcá zá grzech, dwu báránow, koſz z praſnikámi,

3. Y zgromádźiſz wſzytko zgromádzenie, do drzwi przybytku.

4. Uczy-

4. Uczynił Moyżeſz iáko Pan roſkazał. Y zgromádźiwſzy wſzytek lud przededrzwi przybytku,

5. Rzekł: Tá ieſt mowá, ktorą Pan roſkazał uczynić.

6. Y nátychmiaſt ofiárował Aaroná y ſyny iego: y omywſzy ie,

7. Ubrał nawysſzego kápłaná w koſzulę lniáną, opaſawſzy go páſem, y oblokſzy go w ſzátę z Hiácyntu, y ná wierzch rámiennik włożył:

8. Ktory ściągnąwſzy páſem przyſtoſował do Rátionału, w ktorym byłá Náuká y Prawdá.

9. Czapką też nákrył głowę, á ná niey przećiw czele przypráwił bláchę złotą poświęconą ná poświęceniu iáko mu był Pan przykazał.

10. Wźiął y oleiek námázywánia, ktorym námázał przybytek ze wſzytkim naczyniem iego.

11. A gdy poświęcáiąc pokropił ołtarz śiedmkroć, námázał ji, y wſzytkie naczynia iego, y umywálnią z podſtawkiem iey oleykiem poświęcił.

12. Ktory wylawſzy na głowę Aaronowę, pomázał go y poświęcił:

13. Syny tákież iego ofiárowawſzy, oblokł w ſzáty lniáne, y opaſał páſy, y włożył czapki, iáko był Pan roſkazał.

14. Ofiárował y ćielcá zá grzech, y gdy ná głowę iego włożył Aaron y ſynowie iego ręce ſwe,

15. Ofiárował go nábrawſzy krwie, y omoczywſzy pálec, dotknął ſię rogow ołtarzowych w koło; Ktory oczyśćiwſzy y poświęćiwſzy, wylał oſtátek krwie do ſpodku iego.

16. A łoy ktory był ná wnętrzu, y odźiedzę wątrobną, y dwie nereczce z ſtuſtością ich ſpalił ná ołtarzu:

17. Cielcá z ſkorą y z mięſem y gnoiem paląc zá obozem, iáko Pan był przykazał.

18. Ofiárował y báráná ná cáłopalenie: ná ktorego głowę gdy Aaron y ſynowie iego włożyli ręce ſwe,

19. Ofiárował go, y wylał krew iego w koło ołtarzá.

20. A ſámego báráná w ſztuki zśiekawſzy, głowę iego, y członki, y łoy ſpalił ogniem,

21. Spłokawſzy pierwey ielitá z nogámi, Y záraz cáłego báráná ſpalił ná ołtarzu, przeto iż był cáłopaleniem nawdźięcznieyſzey woniey Pánu, iáko mu był przykazał.

22. Ofiá-

4. Fecit Moyſes, ut Dominus imperaverat. Congregataque omni turba ante fores tabernaculi,

5. Ait: Iſte eſt ſermo, quem juſſit Dominus fieri.

6. Statimque obtulit Aaron & filios ejus Cumque laviſſet eos,

7. Veſtivit pontificem ſubucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & deſuper humerale impoſuit,

8. Quod adſtringens cingulo aptavit rationali, in quo erat Doctrina & Veritas *a*.

9. Cidari quoque texit caput: & ſuper eam, contra frontem, poſuit laminam auream conſecratam in ſanctificatione, ſicut præceperat ei Dominus.

a Hebr. Urim & Thummim, vide Exod. 28. 30.

10. Tulit & unctionis oleum, quo linivit tabernaculum cum omni ſuppellectili ſua.

11. Cumque ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, unxit illud *b*, & omnia vaſa ejus labrumque cum baſi ſua ſanctificavit oleo,

12. *c* Quod fundens ſuper caput *d* Aaron, unxit eum, & conſecravit:

13. Filios quoque ejus oblatos veſtivit tunicis lineis, & cinxit balteis, impoſuitque mitras, ut juſſerat Dominus.

14. Obtulit & vitulum pro peccato: cumque ſuper caput ejus poſuiſſet Aaron & filii ejus manus ſuas,

11. Immolavit eum: hauriens ſanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum: quo expiato & ſanctificato, fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta *e* ejus.

b altare holocauſtorum.

c Eccl. 45. 18.

d Quo ſignificatur à pontifice tanquam à capite poteſtatem conſecrandi & offerendi derivari in omnes alios ſacerdotes.

e Baſim.

16. Adipem vero, qui erat ſuper vitalia, & reticulum jecoris, duoſque renunculos cum arvinulis ſuis, adolevit ſuper altare:

17. Vitulum cum pelle & carnibus, & fimo, cremans extra caſtra, ſicut præceperat Dominus.

18. Obtulit & arietem in holocauſtum: ſuper cujus caput cum impoſuiſſent Aaron & filii ejus manus ſuas,

19. Immolavit eum, & fudit ſanguinem ejus per circuitum altaris.

20. Ipſumque arietem in fruſta concidens, caput ejus, & artus, & adipem adolevit igni,

21. Lotis prius inteſtinis & pedibus, totumque ſimul arietem incendit ſuper altare, eo quod eſſet holocauſtum ſuaviſſimi odoris Domino, ſicut præceperat ei.

22. Ob-

22. Obtulit & arietem ſecundum, in conſecratione ſacerdotum: poſueruntque ſuper caput ejus Aaron & filii ejus manus ſuas.

23. Quem cum immolaſſet Moyſes ſumens de ſanguine ejus, tetigit extremum auriculæ dextræ *a* Aaron, & pollicem manus ejus dextræ ſimiliter & pedis.

24. Obtulit & filios Aaron: cumque de ſanguine arietis immolati tetigiſſet extremum auriculæ ſingulorum dextræ, & pollices manus *b* ac pedis dextri, reliquum fudit ſuper altare per circuitum:

25. Adipem vero, & caudam, omnemque pinguedinem, quæ operit inteſtina, reticulumque jecoris, & duos renes cum adipibus ſuis, & armo dexto ſeparavit.

26. Tollens autem de caniſtro azymorum, quod erat coram Domino, panem abſque fermento, & collyridam *c* conſperſam oleo, laganumq; poſuit ſuper adipes, & armum dextrũ,

27. Tradens ſimul omnia Aaron & filiis ejus. Qui poſtquam levaverunt ea coram Domino,

28. Rurſum ſuſcepta de manibus eorum adolevit ſuper altare holocauſti, eo quod conſecrationis eſſet oblatio, in odorem ſuavitatis, ſacrificii *d* Domino.

29. Tulitque pectuſculum, elevans illud coram Domino, de ariete conſecrationis in partem ſuam, ſicut præceperat ei Dominus.

30. Aſſumensq; unguentum *e*, & ſanguinem, qui erat in altari, aſperſit ſuper Aaron & veſtimenta ejus, & ſuper filios illius ac veſtes eorũ.

31. Cumque ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo, præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi *f*, & ibi comedite eas: panes quoque conſecrationis edite, qui poſiti ſunt in caniſtro, ſicut præcepit mihi Dominus, dicens: *g* Aaron & filii ejus comedent eos:

32. Quidquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis abſumet.

33. De oſtio quoque tabernaculi non exibitis ſeptem diebus: usque ad diem quo complebitur tempus conſecrationis veſtræ: ſeptem enim diebus finitur conſecratio:

34. Sicut & impræſentiarum factum eſt, ut ritus ſacrificii compleretur.

35. Die ac nocte *h* manebitis in tabernaculo: obſervantes cuſtodias Domini, ne moriamini: ſic enim mihi præceptum eſt.

36. Feceruntque Aaron & filii ejus cuncta,

a Sc. ſacerdos debet audire legem Domini.

b Sc. ſacerdos debet audita fortiter & velociter exequi.

c Placentam.

d Sc. igniti ut eſt in Hebr.

e Oleum unctionis.

f Sc. atrii.

g Exod. 29. 32. & 36. 22. & 40. 9. & Infr. 24. 9.

h Hebr. & ſeptuag. addunt ſeptem diebus.

22. Ofiárował y báráná wtorego, ná poświęceniu káplanow: y włożyli ná głowę iego Aaron y ſynowie iego ręce ſwoie.

23. Ktorego ofiárowawſzy Mojżeſz, wźiąwſzy ze krwie iego, dotknął ſię końcá uchá práwego Aaronowego, y wielkiego pálcá prawey ręki, tákże też y nogi.

24. Ofiárował y ſyny Aaronowe. A gdy krwią báráná ofiárowánego dotknął ſię końcá práwego uchá káżdego z nich, y pálcá wielkiego ręki y nogi práwey, oſtátek wylał ná ołtarz w około.

25. A łoy y ogon y wſzytkę tłuſtość, ktora okrywa ielitá y odźiedzę wątroby, y dwie nerce z łoiem ich, y łopátkę práwą oddźielił.

26. A wźiąwſzy z koſzá przáſnikow, ktory był przed Pánem, chleb bez kwáſu, y kołacz oliwą záczyniony, y krepel włożył ná łoie, y łopátkę práwą,

27. Daiąc weſpoł wſzyſtko Aaronowi y ſynom iego: ktorzy gdy ie podnieśli przed Pánem,

28. Záśię wźiąwſzy ie z ręku ich, ſpalił ná ołtarzu cáłopalenia, bo byłá obiátá poświęcenia, ná wdźięczną wonność ofiary Pánu.

29. Y wźiął moſtek, podnoſząc ji przed Pánem, z báráná poświęcenia zá część ſwoię, iáko mu Pan był przykazał.

30. A wźiąſzy oleiek, y krew, ktora byłá ná ołtarzu, pokropił Aaroná y ſzáty iego, y ſyny iego, y ſzáty ich.

31. A gdy ie poświęćił w ubierze ich, przykazał im, mowiąc: Warzćie mięſo przede drzwiámi przybytku, á tam ie iedźćie, chleby też poświęcenia iedźćie, ktore w koſzſą włożone, iáko mi Pan przykazał, mowiąc: Aaron y ſynowie iego źiedzą ie:

32. A cokolwiek zoſtánie mięſá y chlebá, ogień ſtrawi.

33. Zedrzwi też przybytku nie wynidźiećie przez śiedm dni, áż do dniá ktorego ſię wypełni czáś poświęcenia wáſzego; Przez śiedm dni bowiem kończy ſię poświęcenie:

34. Iáko ſię y teraz ſtáło, áby ſię porządek poświęcenia wypełnił.

35. We dni y w nocy mieſzkáć będźiećie w przybytku, pilnuiąc ſtráży Pańſkiey, ábyśćie nie pomárli: bo mi ták przykazáno.

36. Y uczynili Aaron y ſynowie iego wſzytkie

tkie rzeczy, ktore mowił Pan przez rękę Moyżeszową.

ROZDZIAŁ IX.

Przy ofiárowániu zá grzech Kápłáńſki y wſzech ludźi, z ſtąpił ogień od Bogá, y ſpalił ofiáry.

1. A Gdy przyſzedł dźień oſmy, wezwał Moyżeſz Aároná y ſynow iego, y ſtárſzych Izráelſkich, y rzekł do Aaroná:

2. Weźmi z ſtádá ćielcá zá grzech, y báráná cáłopalenie, obu bez mákuły, ofiáruy ie przed Pánem.

3. A do ſynow Izráelowych mowić będźieſz: Weźmićie kozłá zá grzech, y ćielcá y báránká roczne á bez mákuły ná cáłopalenie,

4. Wołu y báráná ná zapokoyne: y ofiáruyćie ie przed Pánem, przy ofierze káżdego, białą mąkę oliwą záczynioną ofiáruiąc, dźiś bowiem Pan ukaże ſię wam.

5. Przynieśli tedy wſzytko co roſkazał Moyżeſz do drzwi przybytku: gdźie gdy wſzytek lud ſtał,

6. Rzekł Moyżeſz: Tá ieſt mowá, ktorą Pan przykazał, Czyńćie á ukaże ſię wam chwałá iego.

7. Y rzekł do Aaroná: Przyſtąp do ołtarzá, á ofiáruy zá grzech twoy: ofiáruy cáłopalenie, á modl ſię ſam zá śię y zá lud. A gdy zábiieſz ofiárę ludu, modl ſię zá nim, iáko przykázał Pan.

8. Y wnet Aaron przyſtąpiwſzy do ołtarzá, ofiárował ćielcá zá grzech ſwoy:

9. Ktorego krew podáli mu ſynowie iego: w ktorey omoczywſzy pálec, dotknął ſię rogow ołtarzowych, á oſtátek wylał u ſpodku iego

10. A łoy y nereczki y odźiedzę wątroby ktore ſą zá grzech, ſpalił ná ołtarzu, iáko Pan był przykazał Moyżeſzowi:

11. A mięſo y ſkorę iego zá obozem ſpalił ogniem.

12. Ofiárował y ofiárę cáłopalenia: y podáli mu ſynowie iego krew iey, ktorą wylał w koło ołtarzá,

13. Sámę też ofiárę zrąbawſzy w ſztuki, z głową y z káżdym członkiem podáli. Co on wſzytko ná ołtarzu ogniem ſpalił,

14. Wypłokawſzy pierwey w wodźie ielitá y nogi.

15. A

CAPUT IX.

Primitias ſacrificiorum Aaron celebrat & offert pro ſe ipſo, 8. Pro populo, 15. Populo benedicit, & gloria Domini apparet, ignisque devorat holocauſtum, 22.

1. FActo autem octavo die, vocavit* Moyſes Aaron & filios ejus, ac majores natu Iſrael, dixitque ad Aaron:

2. *a* Tolle de armento vitulum pro peccato *b*, & arietem in holocauſtum utrumque immaculatum, & offer illos coram Domino.

3. Et ad filios Iſrael loqueris: Tollite hircum pro peccato *c*, & vitulum atque agnum anniculos, & ſine macula, in holocauſtum,

4. Bovem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in ſacrificio ſingulorum ſimilam conſperſam oleo offerentes: hodie enim Dominus apparebit vobis.

5. Tulerunt ergo cuncta, quæ juſſerat Moyſes ad oſtium tabernaculi: ubi cum omnis multitudo aſtaret,

6. Ait Moyſes: iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus: Facite, & apparebit vobis gloria ejus.

7. Et dixit ad Aaron: accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocauſtum, & deprecare *d* pro te & pro populo tuo: cumque mactaveris hoſtiam populi, ora pro eo, ſicut præcepit Dominus.

8. Statimque Aaron accedens ad altare, immolavit vitulum pro peccato ſuo.

9. Cujus ſanguinem obtulerunt ei filii ſui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit reſiduum ad baſim ejus.

10. Adipemque & renunculos, ac reticulum jecoris, quæ ſunt pro peccato, adolevit *e* ſuper altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi:

11. Carnes vero & pellem ejus extra caſtra combuſſit igni.

12. Immolavit & holocauſti victimam: obtuleruntque ei filii ſui ſanguinem ejus, quem fudit per altaris circuitum.

13. Ipſam etiam hoſtiam in fruſta conciſam, cum capite & membris ſingulis obtulerunt: quæ omnia ſuper altare cremavit *f* igni,

14. Lotis aqua prius inteſtinis & pedibus.

15. Et

* Eodem An. 2 ab exitu, die 8. An. M. 2514.

a Exod 29 1.

b offerendum.

c offerendum.

d Heb. expia Chald. propitiare, Deum propitium redde.

e Adolenda poſuit, nam poſtea deſcendit ignis.

f cremanda poſuit.

15. Et pro peccato populi offerens, mactavit hircum: expiatoque altari,

16. Fecit holocaustum,

17. Addens in sacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur, & adolens ea super altare, absque cæremoniis holocausti matutini.

18. Immolavit & bovem atque arietem hostias pacificas populi: obtuleruntque ei filii sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitum.

19. Adipem autem bovis, & caudam arietis renunculosque cum adipibus suis, & reticulum jecoris,

20. Posuerunt super pectora, cumque cremati essent adipes super altare,

21. Pectora eorum, & armos dextros separavit Aaron, elevans coram Domino, sicut præceperat Moyses.

22. Et extendens manus ad populum, benedixit ei, Sicque completis hostiis pro peccato, & holocaustis, & pacificis, descendit.

23. Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum testimonii, & deinceps egressi benedixerunt populo *a*. Apparuitque gloria Domini omni multitudini:

24. Et ecce egressus ignis *b* a Domino, devoravit holocaustum, & adipes, qui erant super altare. Quod cum vidissent turbæ, laudaverunt Dominum, ruentes in facies suas.

a 2. Mac. 2. 10.

b Mystice hic ignis est Spiritus Sancti gratia, quæ foveri debet pia meditatione & sancta operatione.

15. A zá grzech ludu ofiáruiąc zábił kozłá: á oczyśćiwszy ołtarz,

16. Uczynił cálopalenie,

17. Przydawszy w ofierze mokre ofiáry ktore pospołu ofiáruią, y páląc ie ná ołtarzu oprocz obrzęrow cáłopalenia porannego,

18. Ofiárował y wołu y báráná ofiáry zapokoyne ludu: y podáli mu synowie iego krew, ktorą wylał ná ołtarz wokoło.

19. A łoy wołowy y ogoń báráni, y nereczki z tłustośćią ich, y odźieckę wątroby,

20. Włożyli ná mostki; A gdy się spaliły łoie ná ołtarzu,

21. Mostki ich y łopátki práwe oddźielił Aaron podnosząc przed Pánem, iáko był roskazał Moyzesz.

22. A wyćiągnąwszy rękę do ludu, błogosłáwił mu. Y dokonawszy ták ofiar zá grzech y cáłopalenia y zapokoynych, zstąpił.

23. A wszedszy Moyżesz y Aaron do przybytku świádectwá y záśię wyszedszy błogosłáwili ludowi. Y ukazáłá się chwałá Páńska wszytkiemu zgromádzeniu:

24. A oto wyszedszy ogień od Páná, pożárł cáłopalenie y łoie, ktore były ná ołtarzu. Co gdy uyźrzáły tłuscze, chwaliły Páná, pádáiąc ná twarzy swoie.

CAPUT X.

Ignem alienum adolent Nadab & Abiu, ideo cœlesti igne consumpti planguntur a populo, non a sacerdotibus, 1. Vinum & sicera sacerdotibus interdicitur, quamdiu in tabernaculo deserviunt, 8. Præcipitur, ut residuum oblationis comedant. 12.

1. Arreptisque † Nadab & Abiu filii Aaron thuribulis, *c* posuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum *d*: quod eis præceptum non erat.

2. Egressusque ignis a Domino, devoravit eos, & mortui sunt coram Domino.

3. Dixitque Moyses ad Aaron: Hoc est, quod locutus est Dominus: Sanctificabor *e* in iis, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron.

4. Vocatis autem Moyses Misaele & Elisaphan filiis Oziel, patrui Aaron, ait ad eos: Ite

† Eodem mense & ann. 2514.

c Num 3. 4. 26. 61. 1. Par 24. 2.

d mystice ignis alienus, seu profanus significat amorem proprium, igni sacro seu amori divino contrarium. 1. Cor. 3. 13.

e Sanctum me ostendã puniens violantes sanctitatem.

ROZDZIAŁ X.

Nádáb y Abiu ogień Boski spalił, ktorych ludźie wszyscy, krom kápłánow, płáczą. Zákazáno kápłánom winá pić: ále áby ostátek ofiar iadáli, przykazáno.

1. Y Porwawszy Nádáb y Abiu synowie Aaronowi kádźidlnice, włożyli ogniá y kádźidłá ná wierzch ofiáruiąc przed Pánem ogień obcy: czego im było nie przykazáno.

2. Y wyszedszy ogień od Páná, pożárł ie, y umárli przed Pánem.

3. Y rzekł Moyżesz do Aaroná: To iest co Pan mowił: Poświęcon będę w tych ktorzy się przybliżáią do mnie, á przed oczymá wszytkiego ludu rozsławion będę. Co słysząc milczał Aaron.

4. Y záwoławszy Moyżesz Miśáelá y Elisapháná synow Ozielá stryiá Aaronowego, rzekł do

nich: Idźćie á weźmićie bráćią wáſzę od oblicza świątnice, á wynieśćie zá oboz.

5. Y wnet ſzedſzy, wźięli ie iáko leżeli obleczeni w ſzáty płóćienne, y wyrzućili precz, iáko im było roſkazáno.

6. Y rzekł Moyżeſz do Aaroná, y do Eleázárá, y Ithámárá ſynow iego, Głow wáſzych nie odkrywayćie, á ſzat wáſzych nie rozdźieráyćie, byśćie ſnadź nie pomárli, á ná wſzytko zgromádzenie nie przyſzedł gniew. Bráćia wáſzy y wſzytek dom Izráelow niech płáczą ogniá, ktory Pan wzniećił.

7. Ale wy nie wynidźiećie ze drzwi przybytku, ináczey zginiećie: Oleiek bowiem świętego pomázánia ieſt ná was. Ktorzy uczynili wſzytko wedłu przykazánia Moyżeſzowego.

8. Y rzekł Pan do Aaroná:

9. Winá y wſzelkiego, co upoić może, pić nie będźiećie ty y ſynowie twoi, gdy wchodźićie do przybytku świádectwá, ábyśćie nie pomárli: bo przykazánie wieczne ieſt w rodzáie wáſze.

10. A żebyśćie mieli umieiętność rozeznánia między rzeczą świętą, nieświętą, między zmázáną y czyſtą:

11. A żebyśćie uczyli ſyny Izráelowe wſzytkich uſtaw moich, ktore mowił Pan do nich przez rękę Moyżeſzowę.

12. Y mowił Moyżeſz do Aaroná, y do Eleázárá y Ithámárá ſynow iego, ktorzy byli zoſtáli: Weźmićie ofiárę, ktora zoſtáłá z obiáty Páńſkiey, y iedzćie ią bez kwáſu przy ołtarzu, bo święte nád świętemi ieſt.

13. Ale ieść będźiećie ná mieyſcu świętym, co dano tobie y ſynom twoim z obiát Páńſkich, iáko mi przykazano.

14. Moſtek też ktory ofiárowano, y łopátkę ktorą oddźielono, ieść będźiećie ná przeczyſtym mieyſcu, ty y ſynowie twoi y corki twoie z tobą: bo tobie y ſynom twoim odłożone ſą z ofiár zbáwiennych ſynow Izráelowych:

15. Przeto iż łopátkę, y moſtek, y łoy ktory palą ná ołtarzu, podnośili przed Pánem, y przynależą tobie y ſynom twoim práwem wiecznym, iáko Pan przykazał.

16. A w tym koźlá, ktory był ofiárowan zá grzech, gdy Moyżeſz ſzukał, nálazł że był ſpalon: y rozgniewawſzy ſię ná Eleázárá y Ithámárá ſyny Aaronowe ktorzy pozoſtáli, rzekł:

17. Czemuśćie nie iedli ofiáry zá grzech ná mieyſcu

Ite & tollite fratres veſtros de conſpectu Sanctuarii, & aſportate extra caſtra.

5. Confeſtimque pergentes, tulerunt eos ſicut jacebant, veſtitos lineis tunicis & ejecerunt foras, ut ſibi fuerat imperatum.

6. Locutusque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios ejus: Capita veſtra nolite nudare *a* & veſtimenta nolite ſcindere, ne forte moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres veſtri, & omnis domus Iſrael, plangant incendium, quod Dominus ſuſcitavit:

7. Vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe ſanctæ unctionis eſt ſuper vos. Qui fecerunt omnia juxta præceptum Moyſi.

8. Dixit quoque Dominus ad Aaron:

9. Vinum, & omne *b*, quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filii tui, quando intratis in tabernaculum teſtimonii *c*, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras.

10. Et ut habeatis ſcientiam *d* diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum:

11. Doceatisque filios Iſrael omnia legitima mea, quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi.

12. Locutusque eſt Moyſis ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios ejus, qui erant reſidui: Tollite ſacrificium, quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud abſque fermento juxta altare, quia Sanctum Sanctorum eſt.

13. Comedetis autem in loco ſancto: quod datum eſt tibi & filiis tuis de oblationibus Domini, ſicut præceptum eſt mihi.

14. Pectuſculum quoque, quod oblatum eſt, & armum, qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſſimo *e* tu & filii tui, & filiæ tuæ tecum: tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtiis ſalutaribus *f* filiorum Iſrael:

15. Eo quod armum & pectus, & adipes, qui cremantur in altari, elevaverunt *g* coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos, lege perpetua, ſicut præcepit Dominus.

16. *h* Inter hæc hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cum quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratusque contra Eleazar, & Ithamar filios Aaron, qui remanſerant, ait:

17. Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato

a Lugentium more.
b Hebr. ſiceram.
c Sc. adminiſtrandum
d q. d. ne vinum vos impediat.
e ab iis quæ ſolent polluere.
f Sc. Pacificis.
g Elevando obtulerunt per ſacerdotem.
h 2. Mach. 2. 11.

cato in loco ſancto: quæ Sancta Sanctorum eſt, & data vobis, ut portetis *a* iniquitatem multitudinis, & rogetis *b* pro ea in conſpectu Domini.

a Ut auferatur per ſacrificia & preces.
b Hebr. ex votis.

18. Præſertim cum de ſanguine illius non ſit illatum intra Sancta, & comedere debueritis eam in ſanctuario, ſicut præceptum eſt mihi?

19. Reſpondit Aaron: Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coram Domino: mihi autem accidit, quod vides. Quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cæremoniis mente lugubri?

20. Quod cum audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.

CAPUT XI.

Animalium mundorum ab immundis ſeparatio, eorumque uſus, 2. Animalia munda ſunt, quæ dividunt ungulam & ruminant. 3. Ex piſcibus mundi ſunt, qui habent pinnulas & ſquamas. 9. Ex avibus viginti ſpeces immundæ recenſentur. 13. Denique immundum eſt omne reptile in terra. 29.

*Eodem an. M. 2514. Ant. Chr. 1490. Ab exitu 2. menſe 2.

1. Locutusque eſt* Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:

2. Dicite filiis Iſrael *c*: Hæc ſunt animalia, quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ:

c Deut. 14. 3.

3. Omne, quod habet diviſam ungulam, & ruminat in pecoribus, comedetis.

4. Quidquid autem ruminat quidem & habet ungulam, ſed non dividit eam, ſicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis.

5. Chœrogryllus *d* qui ruminat, ungulamque non dividit, immundus eſt.

d Certum genus cuniculi.

6. Lepus quoque: nam & ipſe ruminat, ſed ungulam non dividit.

7. Et ſus *e*: qui, cum ungulam dividat, non ruminat.

e 2 Mac. 6. 18.

8. Horum carnibus non veſcemini, nec cadavera contingetis, quia immunda ſunt vobis.

9. Hæc ſunt, quæ gignuntur in aquis, & veſci licitum eſt. Omne, quod habet pinnulas & ſquamas, tam in mari quam in fluminibus & ſtagnis, comedetis.

10. Quidquid autem pinnulas & ſquamas non habet eorum, quæ in aquis moventur & vivunt, abominabile vobis,

11. Execrandumque erit, carnes eorum non comedetis, & morticina vitabis.

12. Cun-

mieyſcu świętym, gdyż święte świętych ieſt, y dáná wám, ábyśćie nośili niepráwość zgromádzenia, y modlili ſię zá nim przed obliczem Páńſkim:

18. Zwłaſzá iż ze krwie iey nie wnieśiono do świątnice, á mieliśćie ią ieść w świątnicy, iáko mi przykazano?

19. Odpowiedźiał Aaron: Ofiárowána ieſt dźiś ofiárá zá grzech y cáłopálenie przed Pánem: mnie záś przydáło ſię, cowidźiſz: iákożem ią mogł ieść, ábo ſię podobáć Pánu w obrzędách ſercem żáłoſnym?

20. Co gdy uſłyſzał Moyżeſz, przyiął dość uczynienie.

ROZDZIAŁ XI.

Oddźielenie y rozſądek źwierząt czyſtych y plugáwych, y używánie ich, ták iżby ſynowie Izráelſcy świętemi byli, iáko y Pan Bog ich.

1. Y Rzekł Pan do Moyżeſzá y Aaroná, mowiąc:

2. Mowćie ſynom Izráelowym: Te ſą źwierzętá, ktore ieść máćie, ze wſzytkich źwierząt źiemſkich:

3. Wſzelkie, ktore ma rozdźielone kopyto, á przeżuwa w bydle, ieść będźiećie.

4. Lecz ktorekolwiek ácz przeżuwa y ma kopyto, ale nie dźieli go, iáko wielbłąd y ine, ieść go nie będźiećie, y między nieczyſte policzyćie.

5. Ież ktory przeżuwa, y kopyto nie dźieli, nieczyſty ieſt.

6. Záiąc też bo y ten przeżuwa, ále kopyto nie dźieli.

7. Y świniá: ktora ácz dźieli kopyto, nie przeżuwa.

8. Tych mięſá ieść nie będźiećie, áni ſię ścierwow dotkniećie: bo wam ſą nie czyſte.

9. Te ſą ktore ſię rodzą w wodźie, y godzą ſię ieść. Wſzelkie co ma ſkrzelle y łuſki, ták w morzu iáko w rzekách y w ieźiorách ieść będźiećie.

10. Lecz cokolwiek ſkrzelli y łuſki nie ma, z tych ktore ſię w wodźie rucháią y żywią: omierzłe wam,

11. Y obrzydłe będźie, mięſá ich ieść nie będźiećie, á zdechlin wiárowáć ſię będźiećie.

12. Wſzy-

12. Wſzytko, co nie ma ſkrzel y łuſki w wodách, nieczyſte będźie.

13. Te ſą, ktorych z ptaſtwá ieść nie maćie, y ſtrzedz ſię ich maćie: Orłá, y Gryphá, y orłá morſkiego,

14. Y kánie, y ſęmpá, według rodzáiu iego,

15. Y wſzelkiego kruczego rodzáiu, ná podobieńſtwo iego,

16. Struſá, y ſowy, y łyſki, y iáſtrzębá według rodzáiu ſwego:

17. Puchaczá, y norká, y Ibę,

18. Y łábęćiá, y bąká, y porphyrioná,

19. Herodyáná, y chárádryoná według rodzáiu ſwego, dudká też y nietoperzá.

20. Wſzelkie z latáiących, ktore chodźi ná czterech nogách, obrzydłe wam będźie.

21. A cokolwiek ácz chodźi ná czterech nogách, ále ma dłużſze poſzlednie golenie, ktoremi ſkacze po źiemi,

22. Ieść maćie: iáko ieſt ſzáráńcza w rodzáiu ſwoim, y áttákus, y ophiomáchus, y koniczek, káżde według rodzáiu ſwego.

23. A cokolwiek z latáiących cztery tylko nogi ma, obrzydłe wam będźie:

24. A ktokolwiek ſię dotknie zdechliny ich, ſplugáwi ſię, y będźie nieczyſtym áż do wieczorá:

25. A ieſliby potrzebá było áby nioſł co z tych zdechłego, wypierze ſzáty ſwoie, y będźie nieczyſty áż do zachodu ſłońcá.

26. Wſzelkie źwierzę ktore ácz ma kopyto, ále go nie dźieli, áni przeżuwa, nieczyſte będźie: á kto ſię go dotknie, ſplugáwi ſię.

27. Co chodźi ná łápách ze wſzytkich źwierząt, ktore chodźą ná czterech nogách, nieczyſte będźie: kto ſię dotknie śćierwu ich, będźie zmázány áż do wieczorá.

28. A ktoby tákie śćierwy nośił, wypierze ſzáty ſwoie, á nieczyſty bedźie áż do wieczorá: wſzytko to bowiem plugáwe wam ieſt.

29. Te też między plugáwemi będą poczytáne, z tych ktore ſię ruſzáią ná źiemi, łáśicá, y myſz, y krokodyl, káżde według rodźáiu ſwego,

30. Mygále, Chámeleon, y tárántulá, y iáſczorká, y kret:

31. Wſzytko to nieczyſte ieſt. Kto ſię dotknie

12. Cuncta, quæ non habent pinnulas & ſquamas in aquis, polluta erunt.

13. Hæc ſunt, quæ de avibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis: Aquilam, & gryphem, & haliæetum *a*,

14. Et milvum ac vulturem juxta genus ſuum,

15. Et omne corvini generis in ſimilitudinem ſuam,

16. Struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem juxta genus ſuum,

17. Bubonem, & mergulum, & ibin *b*,

18. Et cygnum, & onocrotalum *c*, & porphyrionem *d*,

19. Herodionem & charadrion juxta genus ſuum, upupam quoque, & veſpertilionem.

20. Omne de volucribus, quod graditur ſuper quatuor pedes, abominabile erit vobis,

21. Quidquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retro crura, per quæ ſalit ſuper terram,

22. Comedere debetis, ut eſt bruchus in genere ſuo, & attacus *e* atque ophyomachus, *f* ac locuſta, ſingula juxta genus ſuum.

23. Quidquid autem ex volucribus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis:

24. Et quicumque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus usque ad veſperum,

25. Et ſi neceſſe fuerit, ut portet quippiam horum mortuum, lavabit veſtimenta ſua, & immundus erit usque ad occaſum ſolis.

26. Omne animal, quod habet quidem ungulam, ſed non dividit eam, nec ruminat, immundum erit: & qui tetigerit illud *g* contaminabitur.

27. Quod ambulat ſuper manus *h*, ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur usque ad veſperum.

28. Et qui portaverit hujuscemodi cadavera, lavabit veſtimenta ſua, & immundus erit usque ad veſperum: quia omnia hæc immunda ſunt vobis.

29. Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his, quæ moventur in terra, muſtela & mus & crocodilus, ſingula juxta genus ſuum.

30. Mygale *i*, & chamæleon *k* & ſtellio, & lacerta, & talpa:

31. Omnia hæc immunda ſunt. Qui tetigerit

a Marinam aquilam

b Ibis Ægypti avis eſt ſerpentibus infeſta.

c ſc. aſini crepitaculum: avis abſonæ vocis eſt.

d Avium vel nuſtiſſimam.

e Species locuſtæ cum modicis alis.

f Genus locuſtæ ſine alis, ſerpentibus inimicum, ut nomen indicat.

g Sc. mortuum.

h Ut ſimia, lupus, canis.

i Mygale ſic dicitur quaſi mus & muſtela.

k Serpit ut lacerta.

gerit morticina eorum, immundus erit usque ad vesperum:

32. Et super quod ceciderit quidquam de morticinis eorum, polluetur, tam vas ligneum & vestimentum, quam pelles & cilicia: & in quocumque fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt usque ad vesperum, & sic postea mundabuntur.

33. Vas autem fictile, in quod horum quidquam intro ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum est.

34. Omnis cibus, quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua *a*, immundus erit: & omne liquens, quod bibitur de universo vase, immundum erit.

35. Et quidquid de morticinis hujuscemodi ceciderit super illud, immundum erit: sive clibani, sive chytropodes *b* destruentur, & immundi erunt.

36. Fontes vero & cisternæ: & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur.

37. Si ceciderit super sementem, non polluet eam.

38. Si autem quispiam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur.

39. Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadaver ejus tetigerit, immundus erit usque ad vesperum:

40. Et qui comederit ex eo quippiam, sive portaverit: lavabit vestimenta sua, & immundus erit usque ad vesperum.

41. Omne, quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum.

42. Quidquid super pectus *c* quadrupes graditur, & multos habet pedes, sive per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est.

43. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi sitis.

44. Ego enim sum Dominus Deus vester: *d* sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne polluatis animas vestras *e* in omni reptili, quod movetur super terram.

45. Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum.

46. Ista est lex animantium ac volucrum, & omnis animæ viventis, quæ movetur in aqua, & reptat in terra,

47. Ut

a Sc. polluta.

b Ollarum sustentacula.

c Sc. rependo.

d I. Petr. I. v. 16.

e] Volebat Deus, ut ex munditie & sanctitate legali assurgerent ad munditiem internam, adeoque studerent veræ sanctitati corporis & mentis.

knie śćierwu ich, nieczysty będźie áż do wieczorá:

32. Y ná cokolwiek upádnie co z śćierwu ich, splugáwione będźie, ták naczynie drzewiáne, y szátá, iáko y skory y włośienice: y w czym kolwiek robią, będą w wodźie omoczone, y będą zmázáne áż do wieczorá, á ták potym będą oczyśćione.

33. A naczynie gliniáne, w ktoreby co z tych wpádło, splugáwione będźie, y przetoż ma bydź stłuczono.

34. Wszelki pokarm, ktory ieść będźiećie, iesli wleią nań wody, nieczysty będźie: y wszelka rzecz mokra y ktorą piją z wszelkiego naczynia, nieczysta będźie.

35. Y cokolwiek z dechlin tákowych pádnie ná nie, nieczyste będźie: bądź piece, bądź panwie, będą skáżone, y nieczyste będą.

36. A źrzodłá y studnie, y káżde zgromádzenie wod, czyste będźie. Ktoby śię śćierwow tych rzeczy dotknął, splugáwion będźie.

37. Iesli upádnie ná náśienie, nie splugáwi go.

38. Ale iesli kto wodą poleie naśienie, á potym śię go zdechliná dotknie, nátychmiast będźie splugáwione.

39. Iesli zdechnie bydlę, ktore śię wam ieść godźi, kto śię śćierwu iego dotknie, nieczysty będźie áż do wieczorá:

40. A ktoby iadł co z niego, áboby nośił, upierze száty swoie, y nieczysty będźie áż do wieczorá.

41. Wszelkie co płaza po źiemi, obrzydłe będźie, áni będźie brano ná pokarm.

42. Cokolwiek ná pierśiách łáźi o czterech nogách, y nog wiele ma, ábo śię włoczy po źiemi, ieść nie będźiećie, bo brzydkie iest.

43. Nie plugawćie dusz wászych, áni śię dotykayćie nie tych rzeczy, ábyśćie nie byli nieczystymi.

44. Bom ia iest Pan Bog wász: bądźćie świętymi, bom ia święty iest. Nie plugawćie dusz wászych żadnym płazem, ktory śię rucha po źiemi.

45. Bom ia iest Pan, ktorym was wywiodł z źiemie Ægypskiey, ábych wam był zá Bogá. Swiętymi będźiećie, bom ia święty iest.

46. Tenći iest zakon źwierząt y ptakow, y wszelkiey duszy żywiącey, ktora śię rucha w wodźie y płaza śię po źiemi,

47. Aby-

47. Abyśćie ználi rozność czystego y nieczystego, y wiedźieli ćobyśćie ieść, ábo odrzućáć mieli.

ROZDZIAŁ XII.

Niewiásty, ktora rodźi, nieczystość, y oczyśćienia obyczay y ofiárá.

1. Y Rzekł Pan do Moyżeszá, mowiąc:

2. Mow synom Izráelowym, y rzeczesz do nich: Niewiástá ieśli przyiąwszy naśienie, porodźi mężczyznę, będźie przez śiedm dni według dni odłączenia mieśięczney.

3. A ósmego dniá będźie obrzezano dźiećiątko:

4. A oná trzydźieśći y trzy dni mieszkáć będźie we krwi oczyśćienia swego. Zadney rzeczy świętey niedotknie się, y nie wnidźie do świątnice, áż się wypełnią dni oczyśćienia iey.

5. A ieśli dźieweczkę urodźi, nieczysta będźie dwie niedźieli, według zwyczáiu choroby mieśięczney, á sześćdźieśiąt y sześć dni będźie mieszkáć we krwi oczyśćienia swego.

6. A gdy się wypełnią dni oczyśćienia iey, zá syná, ábo zá corkę, przynieśie báránká rocznego ná cáłopalenie, y gołąbię ábo synogarlicę zá grzech, do drzwi przybytku świádectwá, y odda kápłanowi,

7. Ktory ie ofiáruie przed Pánem, y będźie się modlił zá nie, y ták będźie oczyśćiona, od płynienia krwie iey, ten iest zakon rodzącey syná ábo dźiewkę.

8. A iesliby nie nálázłá ręká iey ániby mogłá ofiárowáć báránká: weźmie parę synogárlic, ábo dwoie gołąbiąt, iedno ná cáłopalenie, á drugie zá grzech, y będźie się modlił zá nie kápłan, y ták będźie oczyśćiona.

ROZDZIAŁ XIII.

Sposob poznánia Trędu ná człowiecze, y ná száćie.

1. Y Rzekł Pan do Moyżeszá y Aaroná mowiąc:

2. Człowiek ná ktorego skorze y ćiele pokaże się rozna bárwá, ábo krostá, ábo co lśniącego się, to iest, plagá trądu: przywiedźion będźie do Aaroná kápłaná, ábo do iednego ktoregożkolwiek z synow iego.

47. Ut differentias noveritis mundi & immundi, & sciatis, quid comedere, & quid respuere debeatis.

CAPUT XII.

Puerperæ immunditia, & mundatio cum oblatione.

1. LOcutusque * est Dominus ad Moysen, dicens:

*Eodem mense & an. 2514.

2. Loquere filiis Israel, & dices ad eos *a*: Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, juxta dies separationis menstruæ.

a Luc. 2, 22.

3. *b* Et die octavo circumcidetur infantulus:

b Luc. 2. 21. Joan. 7. 22.

4. Ipsa vero triginta tribus diebus, manebit *c* in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ.

c Velut immunda.

5. Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, juxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ.

6. Cumque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, sive pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ sive turturem pro peccato ad ostium tabernaculi *d* testimonii, & tradet sacerdoti,

d atrii.

7. Qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur a profluvio sanguinis sui: ista est lex parientis masculum aut feminam.

8. Quod si non invenerit manus ejus, nec potuerit offerre agnum, sumet *e* duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

e Sup. 5. 7. & 11. Luc. 2. 24.

CAPUT XIII.

Septem genera & signa lepræ in homine, 3. Leges & cautelæ leprosis observandæ, 44. De lepra in vestimento, 47.

1. LOcutusque est * Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens:

*Eodem mense & ann. 2514.

2. Homo, in cujus cute & carne ortus fuerit diversus color sive pustula, aut quasi lucens quippiam, id est, plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad unum quemlibet filiorum ejus.

3. Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipſamque ſpeciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua; plaga lepræ eſt, & ad arbitrium *a* ejus ſeparabitur.

a Judicium.

4. Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris priſtini, recludet eum ſacerdos ſeptem diebus,

5. Et conſiderabit die ſeptimo: & ſiquidem lepra ultra non creverit, nec tranſierit in cute priores terminos, rurſum recludet eum ſeptem diebus aliis.

6. Et die ſeptimo contemplabitur: ſi obſcurior fuerit lepra, & non creverit in cute, mundabit *b* eum, quia ſcabies eſt: lavabitque homo veſtimenta ſua, & mundus erit.

b Sc. mundum declarabit.

7. Quod ſi, poſtquam a ſacerdote viſus eſt, & redditus munditiæ, iterum lepra creverit; adducetur ad eum,

8. Et immunditiæ condemnabitur.

9. Plaga lepræ ſi fuerit in homine, adducetur ad ſacerdotem,

10. Et videbit eum. Cumque color albus, *c* in cute fuerit, & capillorum mutaverit aſpectum, ipſa quoque caro viva *d* apparuerit,

c Chald. alba macula.
d Sc. in macula ſeu cicatrice.

11. Lepra vetuſtiſſima judicabitur, atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum ſacerdos, & non recludet, quia perſpicuæ immunditiæ eſt.

12. Sin autem effloruerit diſcurrens lepra in cute, & operuerit omnem cutem a capite usque ad pedes, quidquid ſub aſpectum oculorum cadit,

13. Conſiderabit eum ſacerdos, & teneri lepra mundiſſima judicabit: eo quod omnis in candorem verſa ſit, & idcirco homo mundus erit.

14. Quando vero caro vivens *e* in eo apparuerit,

e Sc. rupta cute.

15. Tunc ſacerdotis judicio polluetur *f*, & inter immundos reputabitur: caro enim viva, ſi lepra aſpergitur, immunda eſt.

f Immundus habebitur.

16. Quod ſi rurſum verſa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit,

17. Conſiderabit eum ſacerdos, & mundum eſſe decernet.

18. Caro autem & cutis, in qua ulcus natum eſt, & ſanatum,

19. Et in loco ulceris cicatrix alba apparuerit ſive ſubruſa, adducetur homo ad ſacerdotem:

20. Qui

3. Ktory gdy uyźrzy trąd ná ſkorze, y włoſy w białą bárwę odmienione, y ſám kſztałt trądu niżſzy niżli ſkorá y inne ćiáło: plagá trądu ieſt, y ná zdánie iego będźie odłączony.

4. Ale ieſli lſniąca ſię białość będźie ná ſkorze, á nie niżſza niżli inne ćiáło, y włoſy teyże bárwy co y pierwey: zámknie go kápłan przez śiedm dni,

5. Y oglądá dniá śiodmego: á ieſliby trąd dáley ſię nie ſzerzył, y nie przeſtąpił ná ſkorze pierwſzych gránic: záśię go zámknie drugą śiedm dni.

6. A śiodmego dniá oglądá: Ieſliby ćiemnieyſzy był trąd, á ná ſkorzeby nie uroſł, oczyśći go, bo świerzb ieſt: y upierze człowiek ſzáty ſwoie, á będźie czyſtym.

7. Lecz ieſliby potym, iáko go kápłan oglądał, y przywrocon był do chędogośći, záś trąd uroſł, przywiodą go do niego,

8. Y będźie oſądzony zá nieczyſtego.

9. Plagá trądu ieſliby byłá ná człowiecze, przywiodą go do kápłana,

10. Y oglądá go. A gdy biała bárwá ná ſkorze będźie, y zmieni włoſow pozor, y ſáme też mięſo żywe ſię ukaże:

11. Zá trąd záſtárzáły będźie oſądzony y wroſły w ſkorę. Splugáwi go tedy kápłan, á nie zámknie, bo iáſną nieczyſtotę ma.

12. Ale ieſli ſię rozkwitł rozchodząc ſię trąd po ſkorze, y okrył wſzytkę ſkorę od głowy áż do nog: cokolwiek okiem oglądano bydź może,

13. Obeźrzy go kápłan, y że ma czyſty trąd, oſądźi: przeto że ſię wſzytek w białość obroćił, y dla tego człowiek czyſty będźie.

14. A kiedy ſię ná nim żywe mięſo pokaże,

15. Tedy zá rozſądkiem kápłáńſkim ſplugáwiony będźie, y miedzy nieczyſte policzony, mięſo bowiem żywe ieſli ieſt trędem nákáżone, nieczyſte ieſt.

16. Lecz ieſli ſię záśię obroći w białość, y okryie wſzyſtkiego człowieká,

17. Oglądá go kápłan y oſądźi czyſtym.

18. Ciáło záś y ſkorá, ná ktorey ſię wrzod uczynił y zgoił,

19. A ná mieyſcu wrzodu ukazáłáby ſię blizná biáła ábo przyczerwieńſzym, przywiodą człowieká do kápłaná;

20. Kto-

20. Ktory gdy uyźrzy mieyſce trędu niżſze niż inſze ćiáło, y włoſy w białość obrocone, ſplugáwi go: plagá bowiem trędu uczyniłá ſię we wrzedźie.

21. A ieſli włos dawną ma bárwę, á blizná przyćiemnieyſzym, á nie głębſza niżli bliſkie ćiáło, zámknie go przez śiedm dni.

22. A ieſliby urosłá, przyſądźi mu trąd.

23. Lecz ieſli ſtánie ná ſwym mieyſcu, blizná ieſt wrzodowa, á człowiek czyſty będźie.

24. A ćiáło y ſkorá, ktorąby ogień ſpalił, ieſli uzdrowione, ma bliznę białą ábo czerwoną,

25. Ogląda ią kápłan, álić ſię w białość odmieniłá, á mieyſce iey ieſt głębſze niżli inna ſkorá: ſplugáwi go, bo ſię plagá trędu ná bliznie záczęłá.

26. A ieſliby ſię w włoſow bárwá nie odmięniłá, áni plagá niżſza ieſt niżli inſze ćiáło, á kſztałt ſam trędu ieſt przyćiemnieyſzym, zámknie go przez śiedm dni,

6. Ale wam będą ná pokarm, tobie y niewolnikowi twemu, niewolnicy y naiemnikowi twemu, y przychodniowi, ktorzy gośćmi są u ćiebie:

7. Bydłu twemu y dobytkowi wszytko, co się zrodźi, będźie ku iedzeniu.

8. Náliczysz też sobie śiedm tegodniow lat, to iest, po śiedm kroć śiedm, ktore pospołu czynią lat czterdźieśći y dźiewięć:

9. Y zátrąbisz w trąbę mieśiącá śiodmego dźieśiątego dniá mieśiącá, czásu ubłagánia, po wszytkiey źiemi wászey.

10. Y poświęćisz rok pięćdźieśiąty, y ogłosisz odpuszczenie wszytkim obywátelom źiemie twoiey; ábowiem ten iest Jubileusz. Wroći się człowiek do máiętnośći swoiey, y káżdy się wroći do domu dawnego:

11. Bo Iubileusz iest, y pięćdźieśiąty rok. Nie będźiećie śiać áni żąć co się sámo ná polu rodźi, y pierwoćin zbieránia winá niezbierzećie,

12. Dla poświęcenia Iubileuszá, ále nátychmiast ofiárowáne ieść będźiećie.

13. Roku Iubileuszá wrocą się wszyscy do máiętnośći swych.

14. Gdy co przedasz sąśiádowi swemu, ábo kupisz u niego, nie zásmucay brátá twego, ále według liczby lat Iubileuszá kupisz u niego,

15. A według poráchowánia zboża przeda tobie.

16. Im więcey zostánie lat po Iubileuszu, tym większa będźie zapłátá: á im mniey czásu náliczysz, tym tańsze kupno będźie. Czás bowiem zboża przeda tobie.

17. Nie trapćie bráćiey z pokolennia wászego, ále się niech káżdy boi Bogá swego, bo ia Pan Bog wász.

18. Czyń-

2. Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, sabbatizetis sabbatum Domino.

3. *a* Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus ejus:

4. Septimo autem anno sabbatum erit terræ requietionis Domini: agrum non seres, & vineam non putabis.

5. Quæ sponte gignet humus, non metes, & uvas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam: annus enim requietionis terræ est:

6. Sed erunt vobis in cibum, tibi *b* & servo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & advenæ, qui peregrinantur apud te:

7. Jumentis tuis & pecoribus omnia, quæ nascuntur, præbebunt cibum.

8. Numerabis *c* quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta novem:

9. Et clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in universa terra vestra.

10. Sanctificabisque annum quinquagesimum *d*, & vocabis *e* remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim Jubilæus. Revertetur homo ad possessionem suam, & unusquisque rediet ad familiam pristinam:

11. Quia Jubilæus *f* est & quinquagesimus annus. Non seretis, neque metetis sponte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis,

12. Ob sanctificationem Jubilæi, sed statim oblata comedetis,

13. Anno Jubilæi redient omnes ad possessiones suas.

14. Quando vendes quippiam civi tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed juxta numerum annorum Jubilæi emes ab eo,

15. Et juxta supputationem frugum vendet tibi *g*.

16. Quanto plures anni remanserint post Jubilæum, tanto crescet & pretium, & quanto minus temporis numeraveris, tanto minoris & emptio constabit: tempus enim frugum vendet tibi.

17. Nolite affligere contribules vestros, sed timeat unusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester.

18. Fa-

a Exod. 23. 10.

b q. d. poteris & tu edere, sed non totum tibi colligere.

c Incipiendo a septembri.

d Jubilæum, qui allegorice symbolum est remissionis peccatorum & anagogice resurrectionis: quia tunc fiet plena remissio, paradisi restitutio, perfecta manumissio, sabbatum & quies æterna. Tirin.

e Denunciabis.

f q. d. remissionis & libertatis.

g q. d. non agrum vendit sed fructus.

18. Facite præcepta mea, & judicia custodite, & implete ea, ut habitare possitis in terra absque ullo pavore,

19. Et gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini usque ad saturitatem, nullius impedimentum formidantes:

20. Quod si dixeritis: Quid comedemus anno septimo, si non severimus, neque collegerimus fruges nostras?

21. Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum:

22. Seretisque anno octavo, & comedetis veteres fruges usque ad nonum annum: donec nova nascantur, edetis vetera.

23. Terra quoque non vendetur in perpetuum: quia mea est; & vos advenæ & coloni mei estis.

24. Unde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur.

25. Si attenuatus *a* frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & voluerit propinquus ejus, potest redimere, quod ille vendiderat.

a Pressus inopia.

26. Sin autem non habuerit proximum, & ipse pretium ad redimendũ potuerit invenire:

27. Computabuntur fructus ex eo tempore, quo vendidit: & quod reliquum est, reddet emptori, sicque recipiet possessionem suam.

28. Quod si non invenerit manus ejus, ut reddat pretium, habebit emptor quod emerat, usque ad annum Jubilæum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad possessorem pristinum.

29. Qui vendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus impleatur annus.

30. Si non redemerit, & anni circulus fuerit evolutus, emptor possidebit eam, & posteri ejus in perpetuum, & redimi non poterit, etiam in Jubilæo.

31. Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum jure vendetur: si ante redempta non fuerit, in Jubilæo revertetur ad dominum.

32. Ædes Levitarum, quæ in urbibus sunt, semper possunt redimi:

33. Si redemptæ non fuerint, in Jubilæo revertentur ad dominos, quia domus urbium Levitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel.

34. Suburbana *b* autem eorum non vendant, quia possessio sempiterna *c* est.

b Agros ubi pecora pascebant.
c Perpetuo retinenda.

35. Si

18. Czyńćie przykazánia moie, á ſądow przeſtrzegayćie y wypełniayćie ie, ábyśćie mogli mieſzkáć w źiemi bez wſzelkiego ſtráchu,

19. A żeby wam źiemiá rodźiłá urodźáie ſwoie ktorychbyśćie używáli áż do ſytośći, nie boiąc ſię naiázdu od nikogo.

20. A ieſli rzeczećie: Co będźiemy ieść śiodmego roku, ieſli nie będźiemy śiać áni zbieráć zboża náſzego?

21. Dam wam błogoſłáwieńſtwo moie roku ſzoſtego, y uczyni urodzay trzech lat:

22. Y będźiećie śiać oſmego roku, á będźiećie ieść ſtáre zboże áż do dźiewiątego roku: áż ſię urodzą nowe, ieść będźiećie ſtáre.

23. Ziemiá też nie będźie przedána ná wieczność: bo moiá ieſt, á wyśćie przychodniowie y kmiećie moi.

24. Przetoż wſzelka źiemiá ośiádłośći wáſzey pod condicią wykupienia przedána będźie.

25. Ieſli z ubożawſzy brát twoy przeda máiętnoſtkę ſwoię, á chćiałby bliſki iego, może wykupić, co on był przedał.

26. A ieſliby nie miał bliſkiego, á ſamby mogł zapłátę ná okup náleść:

27. Będą poráchowáne pożytki od tego czáſu, iáko przedał: á co zoſtánie, odda temu co kupił, y ták odbierze maiętność ſwoię.

28. A ieſli nie naydźie ręká iego, żeby oddał zapłatę, będźie trzymał kupiec, co kupił, áż do roku Iubileuſzá: W nim bowiem káżde przedánie wroci ſię do Páná, y do dźierżawce pierwſzego.

29. Ktoby przedał dom w murze mieyſkim, będźie miał wolność odkupienia, áż ſię ieden rok ſkończy.

30. Ieſli nie wykupi, a rok minie, ten ktory ji kupił, będźie ji miał y potomkowie iego ná wieczność, á nie będźie mogł bydź wykupiony áni w Iubileuſz.

31. Ale ieſli dom ieſt we wśi, ktora nie ma murow, polnym práwem przedan będźie: ieſli pierwey nie będźie wykupione, w Iubileuſz wroci ſię do Páná.

32. Domy Lewitow, ktore ſą w mieśćiech, záwżdy mogą bydź wykupione:

33. Ieſli ich nie wykupią, w Iubileuſz wrocą ſię do Pánow: bo domy miaſt Lewitſkich, miáſto máiętnośći ſą miedzy ſynmi Izráelowymi.

34. Ale domy ich ná przedmieśćiu niech nie bedą przedáne, bo ieſt ośiádłość wieczna.

35. Ieſli

35. Ieſli z ubożeie brát twoy, á oſłábieie, ręká iego, y przyimieſz go iáko przychodniá, y gośćiá, á będźie żył z tobą,
36. Nie weźmieſz lichwy od niego, áni więcey niżeś dał: boy ſię Bogá twego, żeby żyć mógł twoy brát przy tobie.
37. Pieniędzy twoich nie daſz mu ná lichwę, y zboża nád zwyſz nie będźieſz wyćiągał.
38. Ia Pan Bog wáſz, ktorym was wywiodł z źiemie Ægyptſkiey, ábym wam dał źiemię Chánáneyſką, á był Bogiem wáſzym.
39. Ieſli uboſtwem przyćiśniony záprzeda ſię tobie brát twoy, nie będźieſz go ćiśnął ſłużbą niewolniczą,
40. Ale iáko naiemnik y oracz będźie u ćiebie, áż do roku Iubileuſzá będźie robił u ćiebie,
41. A potym wynidźie z dźiatkámi ſwemi, y wroći ſię do rodźiny y do máiętnośći oycow ſwoich.
42. Słudzy bowiem moi ſą, y iam ie wywiodł z źiemie Ægyptſkiey: niech nie będą przedawáni iáko niewolnicy:
43. Nie trap go mocą, ále ſię boy Bogá twego.
44. Niewolnik y niewolnicá niech wam będźie z narodow, ktore ſą w okolicy wáſzey,
45. Y z przychodniow, ktorzy gośćiámi ſą u was, ábo ktorzy ſię z nich urodzą w źiemi wáſzey, te będźiecie mieć zá ſługi:
46. Y práwem dźiedźicznym podaćie ie potomkom, y odźierżyćie ná wieki; ále bráciey wáſzey ſynow Izráelowych nie ućiſkaycie mocą.
47. Ieſli ſię zmocni u was ręká przychodniá y gośćiá, á brát twoy z ubożawſzy przeda ſię mu, ábo ktoremukolwiek z rodu iego:
48. Po záprzedániu może bydź odkupion. Ktory chce z bráciey iego, odkupi go.
49. Y ſtriy, y ſtryieczny brát, y krewny, y powinowáty. A ieſli y ſam będźie mogł, odkupi ſię,
50. Obráchowawſzy tylko látá od czáſu záprzedánia ſwego, áż do roku Iubileuſzá: á pieniądze, zá ktore był przedan, według liczby lat, y iáko naiemnikowi płácą zráchowawſzy.
51. Ieſli więcey lat będźie, ktore zoſtáią áż do Iubileuſzá, wedle tychże odda y okup.
52. A ieſli máło, poráchuie ſię z nim we-

35. Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & ſuſceperis eum quaſi advenam & peregrinum, & vixerit tecum,
36. Nec accipias uſuras ab eo, nec amplius quam dediſti. Time Deum tuum, ut vivere poſſit frater tuus apud te.
37. Pecuniam tuam non dabis ei ad uſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges.
38. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de Terra Ægypti, ut darem vobis Terram Chanaan, & eſſem veſter Deus.
39. Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſervitute famulorum,
40. Sed quaſi mercenarius & colonus erit, usque ad annum Jubilæum operabitur apud te,
41. Et poſtea egredietur cum liberis ſuis, & revertetur ad cognationem & ad poſſeſſionem patrum ſuorum.
42. Mei enim ſervi ſunt *a*, & ego eduxi eos de Terra Ægypti: non væneant conditione ſervorum:
43. Ne affligas eum per potentiam, ſed metuito Deum tuum.
44. Servus & ancilla ſit vobis de nationibus *b*, quæ in circuitu veſtro ſunt.
45. Et de advenis, qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos habebitis famulos *c*;
46. Et hæreditario jure transmittetis ad poſteros, ac poſſidebitis in æternum *d*: fratres autem veſtros filios Iſrael ne opprimatis per potentiam.
47. Si invaluerit *e* apud vos manus advenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit ſe ei, aut cuiquam de ſtirpe ejus:
48. Poſt venditionem poteſt redimi. Qui voluerit ex fratribus ſuis, redimet eum,
49. Et patruus, & patruelis, & conſanguineus, & affinis. Sin autem & ipſe potuerit, redimet ſe,
50. Supputatis duntaxat annis a tempore venditionis ſuæ *f* usque ad annum Jubilæum: & pecunia, qua venditus fuerat, juxta annorum numerum & rationem mercenarii ſupputata.
51. Si plures fuerint anni, qui remanent usque ad Jubilæum, ſecundum hos reddet & pretium.
52. Si pauci, ponet rationem cum eo juxta

a Non tantum creatione ſed & redemptione.
b Gentibus.
c Servos.
d Perpetuo, toto vitæ tempore.
e Sc. opibus.
f Sc. de pretio detrahebatur tanto plus, quo pauciores reſtabant anni usque ad jubilæum.

ta annorum numerum, & reddet emptori, quod reliquum eſt annorum,

53. Quibus ante ſervivit mercedibus imputatis: non affliget eum violenter in conſpectu tuo.

54. Quod ſi per hæc redimi non potuerit, anno Jubilæo egredietur cum liberis ſuis.

55. Mei enim ſunt ſervi, filii Iſrael, quos eduxi de Terra Ægypti.

według liczby lat, y odda kupcowi co zoſtáło lat,

53. Ktorych pierwey ſłużył zapłáty wráchowawſzy: Nie będźie go dręczył gwałtownie przed oczymá twemi.

54. A ieſliby przez to nie mogł bydź odkupiony, roku Iubileuſzu wynidźie z dźiećmi ſwemi.

55. Moi bowiem ſłudzy ſą ſynowie Izráelowi, ktorem wywiodł z źiemie Ægyptſkiey.

CAPUT XXVI.

Dei præcepta ſervantibus viginti octo benedictiones promittuntur, 1. Inobedientibus totidem maledictiones, 14.

1. EGo Dominus * Deus veſter: *a* Non facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, ut adoretis eum. Ego enim ſum Dominus Deus veſter.

2. Cuſtodite ſabbata mea, & pavete ad Sanctuarium meum. Ego Dominus.

3. *b* * Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus ſuis,

4. Et terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur.

5. Apprehendet *c* meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit *d* ſementem: & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pavore habitabitis in terra veſtra.

6. Dabo pacem in finibus veſtris: dormietis, & non erit, qui exterreat. Auferam malas beſtias: & gladius *e* non tranſibit terminos veſtros.

7. Perſequemini inimicos veſtros, & corruent coram vobis.

8. Perſequentur quinque *f* de veſtris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro.

9. Reſpiciam vos, & creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum.

10. Comedetis vetuſtiſſima veterum *g*: & vetera novis ſupervenientibus projicietis.

11. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abjiciet vos anima mea.

12. Am-

* Eodem menſe & anno.
a Exod. 20. 4. Deut. 5. 8. Pſal. 96. 7.
b Deut. 28. 1.
* Sabb. 4. Temp Pent. Epiſt. 4.
c Eo uſque durando.
d Seu durabit uſque ad tempus ſeminandi.
e i. bellum.
f Pauci vim plurimos.
g Vetera diutiſſime ſervata.

ROZDZIAŁ XXVI.

Tym, ktorzy przykazánie Páná Bogá pełnią, zápłáty opiſuią; á ktorzy przeſtępuią, karánie wielkie.

1. IA Pan Bog wáſz: Nie będźiećie ſobie czynić báłwaná áni ryćiny, áni znákow ſtáwiáć będźiećie, áni kámieniá znácznego poſtáwićie w źiemi wáſzey, żebyśćie ſię mu kłániáli. Bom ia ieſt Pan Bog wáſz.

2. Záchowayćie święta moie, á ná świątnicę moię ſtráchayćie ſię: Ia Pan.

3. Ieſli w przykazániach moich chodźić będźiećie, á mándaty moie záchowaćie y wypełnićie ie,

4. Dam wam dżdże czáſow ſwoich, á źiemiá da urodzay ſwoy, y owocu drzewá pełne będą.

5. Zaymie młodźbá żniwá zbieránie winá, á zbieránie winá nádeyźie śiew: y będźiećie ieść chleb wáſz w ſytośći, y bez ſtráchu mieſzkáć będźiećie w źiemi wáſzey.

6. Dam pokoy ná gránicách wáſzych: będźiećie ſpáć, á nie będźie, ktoby przeſtrááſzył. Odeymę złe źwierzę: á miecz nie przeydźie gránic wáſzych.

7. Będźiećie ugániáć nieprzyiaćioły wáſze, y upádną przed wámi.

8. Będą gonić pięć wáſzych ſto obcych, á ſto z was dźieśięć tyśięcy: polęgą nieprzyiaćiele wáſzy mieczem przed oczymá wáſzemi.

9. Weyźrzę ná was y rozkrzewię, rozmnożyćie ſię, y utwierdzę przymierze moie z wámi.

10. Będźiećie ieść naſtárſze ſtárych rzeczy, á ſtáre, gdy nowe náſtáną, wyrzućićie.

11. Poſtáwię przybytek moy w pośrzodku was, á nie odrzući was duſzá moiá.

12. Będę

12. Będę chodźił miedzy wámi, y będę Bogiem wáſzym, á wy będźiećie ludem moim.

13. Ia Pan Bog wáſz, ktorym was wywiodł z źiemie Ægyptiánow, żebyśćie im nie ſłużyli, y ktorym połamał łáńcuchy ſziy wáſzych, żebyśćie proſto chodźili.

14. A ieſli mię nie uſłuchaycie, y nie záchowaćie wſzytkich przykazań moich,

15. Ieſli wzgárdźicie práwá moie, y ſądy moie lekce doważyćie, ábyśćie nie uczynili tego, com ia poſtánowił, y wniwecz obroćićie przymierze moie:

16. Ia też wam to uczynię: Náwiedzę was prędko ubołtwem y gorącośćią, ktoraby pokáźiłá oczy wáſze, y znędźiłá duſze wáſze. Prozno śiać będźiećie śiew, ktory od nieprzyiaćioł pożárty będźie.

17. Poſtáwię twarz moię przećiwko wam, y upádniećie przed nieprzyiaćioły wáſzymi, y będźiećie poddáni tym, ktorzy was máią w nienawiśći, będźiećie ućiekáć, choć was nikt gonić nie będźie.

18. A ieſli áni ták nie uſłuchaćie mię, przydam karánia wáſzego śiedmiorako dla grzechow wáſzych,

19. Y zetrę pychę zátwárdzenia wáſzego. Y dam wam niebo z wierzchu iáko żelazo, á źiemię miedźiáną.

20. Wniwecz poydźie pracá wáſzá, nie da źiemiá pożytku, áni drzewá dádzą owocow.

21. Ieſli chodźić będźiećie przećiwko mnie, á nie zechcećie mię ſłucháć, przydam kaźni wáſzey śiedmioráko dla grzechow wáſzych:

22. Y puſczę ná was beſtiie polne, ktoreby poiádły was y dobytek wáſz, y przywiodły do trochy wſzytko, á drogi wáſze żeby ſpuſtoſzáły.

23. A ieſliż áni ták nie będźiećie chćieć przyiąć kárnośći, ále przećiwko mnie poydźiećie:

24. Ia też przećiwko wam przećiwny poydę, y uderzę was śiedm kroć dla grzechow wáſzych,

25. Y przywiodę ná was miecz mſczący ſię przymierza mego. A gdy ućieczećie do miaſt, puſczę powietrze miedzy was, y będźiećie poddáni w ręce nieprzyiaćielſkie,

26. Gdy złomię podporę chlebá wáſzego: ták iż dźieśięć niewiaſt záraz w iednym piecu będą piec chleb, y będą ji oddáwáć pod wagą, y będźiećie ieść, á nie náiećie śię.

12. *a* Ambulavo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus.

13. Ego Dominus Deus veſter: qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne ſerviretis eis, & qui confregi catenas cervicum veſtrarum, ut incederetis erecti *b*.

14. *c* Quod ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea,

15. Si ſpreveritis leges meas, & judicia mea contempſeritis, ut non faciatis ea, quæ a me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum:

16. Ego quoque hæc faciam vobis: Viſitabo *d* vos velociter in egeſtate, & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementem, quæ ab hoſtibus devorabitur.

17. Ponam faciem *e* meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubjiciemini his, qui oderunt vos: fugietis, nemine perſequente.

18. Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones *f* veſtras ſeptuplum *g* propter peccata veſtra,

19. Et conteram ſuperbiam duritiæ *h* veſtræ. Daboque vobis cælum deſuper ſicut ferrum *i*, & terram æneam *k*.

20. Conſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.

21. Si ambulaveritis ex adverſo mihi, nec volueritis audire me, addam plagas veſtras in ſeptuplum propter peccata veſtra:

22. Immittamque in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæque fiant viæ veſtræ.

23. Quod ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaveritis ex adverſo mihi:

24. Ego quoque contra vos adverſus incedam, & percutiam vos ſepties *l* propter peccata veſtra.

25. Inducamque ſuper vos gladium ultorem fœderis mei *m*. Cumque confugeritis in urbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri & trademini in manibus hoſtium,

26. Poſtquam confregero baculum panis veſtri: ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus: & comedetis, & non ſaturabimini.

a 2. Cor. 6. 16.
b i. liberi a jugo.
c Deut. 28. 15. Thren. 2. 17. Mal. 2. 2.
d ſc. puniam.
e Seu iram, quæ vultu oſtenditur.
f i. pœnas.
g i. multipliciter.
h Chald. gloriam fortitudinis ſeu vires, quibus gloriamini.
i q. d. non dabit pluviam.
k i. non feret fructum.
l ſeu multipliciter.
m A vobis violati.

27. Sin autem nec per hæc audieritis me, ſed ambulaveritis contra me:

28. Et ego incedam adverſus vos in furore contrario, & corripiam vos ſeptem *a* plagis propter peccata veſtra,

29. Ita ut comedatis carnem filiorum *b* veſtrorum & filiarum veſtrarum.

30. Deſtruam excelſa veſtra, & ſimulachra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum veſtrorum, & abominabitur vos anima mea,

31. In tantum, ut urbes veſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam Sanctuaria veſtra, nec recipiam ultra odorem ſuaviſſimum.

32. Diſperdamque *c* terram veſtram, & ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri, cum habitatores illius fuerint.

33. Vos autem diſpergam in Gentes, & evaginabo poſt vos gladium, eritque terra veſtra deſerta, & civitates veſtræ dirutæ.

34. Tunc placebunt terræ ſabbata ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ: Quando fueritis

35. In terra hoſtili, ſabbatizabit, & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ, eo quod non requieverit in ſabbatis veſtris, quando habitabatis in ea.

36. Et qui de vobis remanſerint, dabo pavorem in cordibus eorum in regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folii volantis, *d* & ita fugient quaſi gladium: cadent, nullo perſequente,

37. Et corruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella *e* fugientes, nemo veſtrum inimicis audebit reſiſtere:

38. Peribitis inter gentes & hoſtilis vos terra conſumet.

39. Quod ſi & de iis aliqui remanſerint, tabeſcent in iniquitatibus ſuis, in terra inimicorum ſuorum, & propter peccata patrum ſuorum & ſua affligentur:

40. Donec confiteantur iniquitates ſuas, & majorum ſuorum, quibus prævaricati ſunt in me, & ambulaverunt ex adverſo mihi.

41. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hoſtilem, donec erubeſcat incircumciſa *f* mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus ſuis.

42. Et recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Jacob, & Iſaac, & Abraham. Terræ quoque memor ero;

a Seu, multis.

b Id factum in obſidione Samariæ 4. Reg. 6. item in obſidione Jeruſalem ſub Tito.

c Chald. & Septuag. deſolatam reddam.

d Chald. decidentis.

e Gladios.

f Improba.

43. Quæ

22. A ieſli áni przez to nie uſłuchaćie mię, ále poydźiećie przećiwko mnie:

28. Y ia poydę przećiwko wam, w zápálczywośći przećiwney, y ſkarzę was śiedmią plag dla grzechow wáſzych:

29. Ták iż będźiećie ieść ćiáłá ſynow wáſzych, y corek wáſzych.

30. Popſuię wyżyny wáſze, y báłwány połamię. Pádniećie miedzy obáliny báłwánow wáſzych, y będźie ſię brzydźiłá wámi duſzá moiá,

31. Ták bárzo, iż miáſtá wáſze obrocę w puſtynią, y ſpuſtoſzę świątnice wáſze, y nie przyimę więcey wonnośći nawdźięczniey-ſzey,

32. Y popſuię źiemię wáſzę, y zdumieię ſię nád nią nieprzyiáćiele wáſzy, gdy będą w niey mieſzkáć.

33. A was rozproſzę między narody, y dobędę mieczá zá wámi, będźie źiemiá wáſzá puſtá, á miáſtá wáſze zburzone.

34. Tedy ſię będą podobáły źiemi Sábáty iey, po wſzytkie dni puſtek iey: kiedy będźiećie

35. W źiemi nieprzyiaćielſkiey, będźie Sobotowáłá, y odpocznie Sábáty puſtek ſwoich: przeto że ſobie nie odpoczęłá w Sábáty wáſze, gdyśćie mieſzkáli ná niey.

36. A ktorzy z was zoſtáną, dam ſtrách do ſercá ich w źiemiách nieprzyiáćielſkich, przeſtráſzy ie chrzęſt liſtu lecącego, y ták będą ućiekáć iáko przed mieczem: będą pádáć, choć ich nikt nie goni,

37. Y pádnie káżdy ná brátá ſwego, iáko ućiekáiący przed woyną, żaden z was nie będźie ſię śmiał ſprzećiwić nieprzyiaćielowi:

38. Pogíniećie między pogány, y poie was źiemiá nieprzyiaćielſka.

39. A ieſli y z tych niektorzy zoſtáną, uſchną w nieprawośćiách ſwoich, w źiemi neprzyiaćioł ſwoich, y zá grzechy oycow ſwych y ſwoie, utrapieni będą.

40. Aż wyznáię nieprawośći ſwoie y przodkow ſwoich, ktoremi wyſtąpili przećiwko mnie, y chodźili ſprzećiwiáiąc mi ſię.

41. Chodźić tedy y ia będę przećiwko im, y wwiodę ie do źiemie nieprzyiaćioł ich, áż ſię záwſtydźi nieobrzezáne ſerce ich: toż ſię modlić będą zá niezbożnośći ſwoie.

42. Y wſpomnię ná przymierze moie, ktorem uczynił z Iákobem, y z Izáákiem, y z Abráhámem. Y wſpomnię też ná źiemię,

43. Kto-

43. Ktora będąc od nich opuſczona, będźie ſię ſobie podobáłá w świętách ſwoich, ćierpiąc puſtki dla nich. A oni będą ſię modlić A oni będą ſię modlić zá grzechy ſwoie, iż odrzućili ſądy moie, y práwá moie wzgárdźili.

44. Wſzákże też gdy byli w źiemi nieprzyiaćielſkiey, nie do końcám ich odrzućił, á nim ich ták wzgárdźił, żeby wyniſczeni byli, y żebych zrzućił przymierze moie z nimi. Iam bowiem ieſt Pan Bog ich,

45. Y wſpomnię ná przymierze moie dawne, kiedym ie wywiodł z źiemie Ægyptſkiey przed oczymá narodow, ábym był Bogiem ich. Ia Pan. Teć ſą ſądy, y przykazánia, y práwá, ktore dał Pan między ſobą á między ſynmi Izráelowymi ná gorze Sinái, przez ręce Moyżeſzowe.

43. Quæ cum relicta fuerit ab eis, complacebit ſibi in ſabbatis ſuis *a*, patiens ſolitudinem propter illos. Ipſi vero rogabunt pro peccatis ſuis, eo quod abjecerint judicia mea, & leges meas deſpexerint.

a In quietibus ſuis & ceſſatione.

44. Et tamen etiam cum eſſent in terra hoſtili, non penitus abjeci eos, neque ſic deſpexi, ut conſumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim ſum Dominus Deus eorum,

45. Et recordabor fœderis mei priſtini, quando eduxi eos de terra Ægypti in conſpectu gentium, ut eſſem Deus eorum. Ego Dominus. Hæc ſunt judicia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter ſe & filios Iſrael in monte Sinai per manum Moyſi.

ROZDZIAŁ XXVII.

Obietnice y ſluby rozmáite: tudźież y wypełnienia ich, y dźieśięćin płácenie.

1. Y Mowił Pan do Moyżeſzá, rzekąc:

2. Mow ſynom Izráelowym, y rzeczeſz do nich: Człowiek ktory uczyni ſzlub, á poślubi Bogu duſzę ſwoię, pod ſzácunkiem da okup.

3. Ieſli będźie mężczyzná od dwudźieſtego roku, áż do ſześćdźieśiątego roku: da pięćdźieśiąt ſyklow ſrebrá wedle kośćielney wagi:

4. Ieſli niewiáſtá, trzydźieśći.

5. A od piątego roku áż do dwudźieſtego, mężczyzná da dwádźieśćiá ſyklow, niewiáſtá dźieśięć.

6. Od iednego mieśiącá, áż do piątego roku, zá mężczyznę dádzą pięć ſyklow: á zá żenſczyznę trzy.

7. Mężczyzná w ſześćidźieśiąt lat y dáley, da piętnaśćie ſyklow, niewiáſtá dźieśięć.

8. Ieſli będźie ubogi, á ſzácunku oddáć nie będźie mogł: ſtánie przed kápłanem, á ile on oſzácuie, y obaczy że może oddąc, tyle da.

9. Ale bydlę, ktore może bydź ofiárowáne Pánu, ieſliby kto ſzlubował, święte będźie,

10. Y nie będźie mogło bydź odmienione, to ieſt, áni lepſze zá gorſze, áni gorſze zá lepſze: á ieſli odmieni, y to ktore ieſt odmienione, y ono zá ktore odmienione ieſt, będźie poświęcone Pánu.

CAPUT XXVII.

De variis votis & illorum perſolutione, 1. De decimis, & illarum redemptione, 30.

1. LOcutusque eſt * Dominus ad Moyſen, dicens:

* Eodem menſe 2. & anno M. 2514. ab exitu 2.

2. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: Homo, qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam *b*, ſub æſtimatione *c* dabit pretium *d*.

b Vitam & perſonam, ad ſerviendum Deo perpetuo.
c Sacerdotum.
d Si velit votum redimere vel permutare.

3. Si fuerit maſculus a vigeſimo anno usque ad ſexageſimum annum, dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram Sanctuarii:

4. Mulier triginta.

5. A quinto autem anno usque ad vigeſimum, maſculus dabit viginti ſiclos: fæmina decem.

6. Ab uno menſe usque ad annum quintum, pro maſculo dabuntur quinque ſicli, pro fæmina tres.

7. Sexagenarius & ultra maſculus dabit quindecim ſiclos: fæmina decem.

8. Si pauper fuerit, & æſtimationem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote: & quantum ille æſtimaverit, & viderit eum poſſe reddere, tantum dabit.

9. Animal autem, quod immolari poteſt Domino, ſi quis voverit, ſanctum erit,

10. Et mutari non poterit, id eſt, nec melius malo, nec pejus bono. Quod ſi mutaverit: & ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatum eſt, conſecratum erit Domino.

11. Animal immundum, quod immolari Domino non poteſt, ſi quis voverit, adducetur ante ſacerdotem.

12. Qui judicans utrum bonum *a* an malum *b* ſit, ſtatuet pretium.

13. Quod ſi dare *c* voluerit is, qui offert, addet ſupra æſtimationem quintam partem.

14. Homo ſi voverit domum ſuam, & ſanctificaverit Domino, conſiderabit eam ſacerdos, utrum bona an mala ſit, & juxta pretium, quod ab eo fuerit conſtitutum, venumdabitur:

15. Sin autem ille, qui voverat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æſtimationis ſupra, & habebit domum.

16. Quod ſi agrum poſſeſſionis ſuæ voverit, & conſecraverit Domino: juxta menſuram ſementis æſtimabitur pretium. Si triginta modiis *d* hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis venumdetur argenti.

17. Si ſtatim ab anno incipientis Jubilæi voverit agrum, quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur.

18. Sin autem poſt aliquantum temporis: ſupputabit ſacerdos pecuniam juxta annorum, qui reliqui ſunt, numerum usque ad Jubilæum, & detrahetur ex pretio.

18. Quod ſi voluerit redimere agrum ille, qui voverat, addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ & poſſidebit eum.

20. Sin autem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venumdatus, ultra eum, qui voverat, redimere non poterit:

21. Quia cum Jubilæi venerit dies, ſanctificatus erit Domino, & poſſeſſio conſecrata ad jus pertinet *e* ſacerdotum.

22. Si ager emptus eſt, & non de poſſeſſione majorum ſanctificatus fuerit Domino,

23. Supputabit ſacerdos juxta annorum numerum usque ad Jubilæum, pretium: & dabit ille, qui voverat eum, Domino.

24. In Jubilæo autem revertetur ad priorem dominum, qui vendiderat eum, & habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ.

25. Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarii ponderabitur. *f* Siclus viginti obolos habet.

26. Primogenita, quæ ad Dominum pertinent, nemo ſanctificare poterit & vovere: ſive bos, ſive ovis fuerit, Domini ſunt.

27. Quod ſi immundum eſt animal, redimet, qui obtulit, juxta æſtimationem tuam *g*, & addet

a Sc. aptum ad offerendum.
b Seu ineptum ad offerendum.
c Sc. pretium pro illo.
d Sc. uno chomor ſeu coro.
e Rediens in jubilæo ad eos.
f Exod. 30. 13 Num. 3. 47 Ezech. 45. 12.
g i. ſacerdotis.

11. Bydlę nieczyſte ktore Pánu ofiárowáne bydź nie może, ieſliby kto ſzlubił, będźie przywiodźione przed kápłaná.

12. Ktory oſądźiwſzy ieſli dobre ieſt ábo złe, uſtáwi zapłátę.

13. Ktorą będźieli chćiał dáć ten ktory ofiáruie: nád oſzácowánie piątą część.

14. Człowiek ieſli ſzlubi dom ſwoy, y poświęći Pánu, ogląda ji kápłan, ieſli ieſt dobry ábo zły, y wedle ceny, ktora od niego poſtánowiona będźie, przedan będźie.

15. Lecz ieſli ten, ktory ſzlubił, będźie ji chćiał odkupić, da piątą część oſzácowánia nád zwyſz, y będźie miał dom.

16. A ieſli rolą ośiádłośći ſwey ſzlubi y poświęći Pánu: według miáry záśiwku będźie ſzácowána ceną; ieſli trzydźieſtą korcy ięczmienia záśiewáią źiemię, zá pięćdźieśiąt ſyklow ſrebrá ma bydź przedána.

17. Ieſli záraz od roku záczętego Iubileuſzá poślubi rolą, zá co może ſtáć, zá to będźie oſzácowána.

18. Ale ieſli wyſzło nieco czáſu: kápłan poráchuie pieniądze według liczby lat, ktore ieſzcze zbywáią áż do Iubileuſzá, y wytrącono będźie z zapłáty.

19. A ieſli będźie chćiał odkupić rolą, ten ktory ią ſzlubił, nádda piątą część oſzácowánych pieniędzy, y otrzyma ią.

20. Lecz ieſli nie będźie chćiał odkupić, ále komu inſzemu będźie záprzedána: iuż więcey ten ktory ią ſzlubił, odkupić iey nie będźie mogł.

21. Bo gdy przydźie dźień Iubileuſzu, będźie poświęcona Pánu, á máiętność poświęcona do práwá należy kápłáńſkiego.

22. Ieſli pole kupione ieſt, á nie z oyczyſtey ośiádłośći, poświęcone będźie Pánu:

23. Zráchuie kápłan według liczby lat áż do Iubileuſzá cenę, y da ten, ktory ią był ſzlubił Pánu.

24. A w Iubileuſzu wróći ſię do pierwſzego Páná, ktory ie był przedał, y miał ie w dźiale máiętnośći ſwoiey.

25. Wſzelki ſzácunek będą ważyć ſyklem Swiątnice. Sykiel ma dwádźieśćiá pieniędzy.

26. Pierworodnych, ktore należą Pánu, żaden niemoż poświęćić, áni ſzlubić, bądź woł, bądź owcá, Páńſkie ſą.

27. A ieſli ieſt bydlę nieczyſte, odkupi ten, ktory ofiárował, według ſzácunku twego, y nádda piątą część ceny. Ieſli nie będźie chćiał odku-

odkupić, przedáne będźie innemu, zá cokolwiek od ćiebie będźie oszácowáne.

28. Wszelkie co poświęcone będźie Pánu, bądź człowiek, bądź bydlę, ábo rolá, nie będźie przedano, áni będźie mogło bydź odkupiono. Cokolwiek raz będźie poświęcono, święte świętych będźie Pánu.

29. Y wszelkie poświęcenie ktore ofiáruie człowiek, nie będźie odkupione, ále śmierćią umrze.

30. Wszytkie dźieśięćiny źiemie, choć ze zboża, choć y z owocu drzewá, Páńskie są, y iemu śię poświęcáią.

31. Ieśli kto chce odkupić dźieśięćiny swoie, nádda piątą część ich.

32. Wszytkich dźieśięćin wołu, y owce, y kozy, ktore przechodzą pod laską pásterzową, cokolwiek dźieśiąte przydźie, poświęcone Pánu będźie.

33. Nie będą wybieráć áni dobrego áni złego, áni innym będźie odmienione: Ieśli kto odmieni, y to co śię odmieniło, y zá co śię odmieniło, będźie poświęcone Pánu, y nie będźie odkupione.

34. Te są przykazánia, ktore roskazał Pan Moyżeszowi do synow Izráelowych ná gorze Sinai.

addet quintam partem pretii. Si redimere noluerit, vendetur alteri, quantocumque a te fuerit æstimatum.

28. *a* Omne, quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino.

a Jos. 6. 17. & 25.

29. Et omnis consecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur.

30. Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur.

31. Si quis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum.

32. Omnium decimarum bovis & ovis & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt *b*, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.

b i. numerantur, cum danda est decima.

33. Non eligetur *c* nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutaverit, & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur.

c A dante decimam, sed dabit, quod sorte obvenit.

34. Hæc sunt præcepta, quæ mandavit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

KSIĘGI NUMERI, Po Zydowsku ויּדבּר VAIEDABBER.

LIBER NUMERORUM, Hebraice ויּדבּר VAIEDABBER.

ROZDZIAŁ I.

Wyliczenie pocztow dwánaśćie z Pokolenia synow Izráelskich; á synowie Lewi ku służbie kośćielney odłączeni, y náznáczeni.

1. Y Mowił Pan do Moyżeszá ná puszczy Synai w przybytku przymierza, pierwszego dniá Mieśiącá wtorego, roku wtorego po wyszćiu ich z Ægyptu, rzekąc:

2. Zbierzćie summę wszytkiego zgromádzenia synow Izráelowych według rodzáiow y domow ich y imioná káżdego, cokolwiek ieſt płći mężkiey,

CAPUT I.

Numerantur duodecim tribuum bellici viri, 2. Inveniuntur 603550. bello apti, 45. Filii Levi non numerantur, sed ad deferendum tabernaculum instituuntur, 49.

1. Locutusq; est Dominus ad Moysen in deserto Sinai *d* in tabernaculo fœderis primadie mensis secundi *e*, anno altero egressionis * eorum ex Ægypto, dicens:

d Prope montem Sinai.
e Sc. April.
* Mundi. 2514. Ant. Chr. 1490.

2. *f* Tollite summam universæ congregationis filiorum Israel per cognationes, & domos suas *g* & nomina singulorum, quidquid sexus est masculini,

f Exod 30. 12.
g Chald. patrum, suorum.

3. A vigesimo anno & supra, omnium virorum fortium *a* ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas *b* tu & Aaron.

4. Eruntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis,

5. Quorum ista sunt nomina: De Ruben, Elisur filius Sedeur *c*.

6. De Simeon, Salamiel filius Surisaddai.

7. De Juda, Nahasson filius Aminadab.

8. De Issachar, Nathanael filius Suar.

9. De Zabulon, Eliab filius Helon.

10. Filiorum autem Joseph, de Ephraim, Elisama filius Ammiud. De Manasse, Gamaliel filius Phadassur.

11. De Benjamin, Abidan filius Gedeonis.

12. De Dan, Ahiezer filius Ammisaddai.

13. De Aser, Phegiel filius Ochran.

14. De Gad, Eliasaph filius Duel.

15. De Nephtali, Ahira filius Enan.

16. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel:

17. Quos tulerunt *d* Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine:

18. Et congregaverunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes, & domos, ac familias, & capita, & nomina singulorum, a vigesimo anno & supra,

19. Sicut præceperat Dominus Moysi. Numeratique sunt in deserto Sinai.

20. De Ruben primogenito Israelis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorum, omne quod sexus est masculini a vigesimo anno & supra, procedentium *e* ad bellum,

21. Quadraginta sex millia quingenti.

22. De filiis Simeon per generationes ac familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne, quod sexus est masculini a vigesimo anno & supra, procedentium ad bellum,

23. Quinquaginta novem millia trecenti.

24. De filiis Gad per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a viginti annis & supra, omnes, qui ad bella procederent,

25. Quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta.

26. De filiis Juda per generationes & familias

a Sc. aptos ad militiam
b Chald. per vexilla sua
c. mos Hebræorum est, loco cognominis addere nomen patris.
d Retulerant in tabulas census.
e i. qui procedere poterant.

3. Od dwudźiestu lat y wysszey, wszystkich mężow mocnych w Izráelu, á policzyćie ie według hufcow ich, ty y Aaron.

4. A z wámi będą kśiążętá pokolenia y domow w rodźinách swych,

5. Ktorych te są imioná. Z Ruben, Elisur syn Sedeur.

6. Z Simeon, Sálamieł syn Surysáddái.

7. Z Iudá, Náásson, syn Aminádáb.

8. Z Issáchár, Náthánael syn Suar:

9. Z Zábulon, Eliáb syn Helon.

10. A synow Iozephowych z Ephraim: Elisámá syn Amiud. Z Mánásse, Gámáliel syn Phádássur.

11. Z Beniámin, Abidan syn Gedeonow.

12. Z Dan, Ahieser syn Ammisádái:

13. Z Asar, Phegiel syn Ochran.

14. Z Gad, Eliazáph syn Duel.

15. Z Nephtali, Ahirá syn Enan.

16. Ci nazacnieyszy kśiążętá ludu w pokoleniách y w rodzáiách swoich, y głowy woy, ská izráelowego:

17. Ktore wźięli Moyżesz y Aaron ze wszystkim mnostwem pospolstwá:

18. Y zgromádźili: pierwszego dniá mieśiącá wtorego, popisuiąc ie według rodu, y domow, y fámiliy, y głow, y imion káżdego, od dwudźiestego roku y wysszey,

19. Iáko był przykazał Pan Moyżeszowi. Y policzeni są ná puszczy Synai.

20. Z Ruben pierworodnego Izráelowego, według rodow, y fámiliy, y domow ich, y imion káżdey głowy, wszytkiey płći mezkiey od dwudźiestego roku y wychodzących ná woynę,

21. Czterdźieśći y sześć tyśięcy y pięć set.

22. Z synow Simeon według rodźáiow, y fámiliy, y domow rodźin ich, policzeni są po imionách y po głowách káżdego, wszytkie mężczyzny od dwudźiestego roku y wysszey, wychodzących ná woynę,

23. Pięćdźieśiąt y dźiewiąć tyśięcy y trzy stá.

24. Z synow Gad, według rodzáiow, y fámiliy, y domow rodźin ich, náliczeni są po imionách káżdego od dwudźiestu lat y wysszey, wszyscy, ktorzyby na woynę wychodźili,

25. Czterdźieśći y pięć tyśięcy, sześć set y pięćdźieśiąt.

26. Z synow Iudá, według rodzáiow, y fámiliy,

miliy, y domow rodźin ich po imionách káżdego, od dwudźiestego roku y wysszey, wszyscy, ktorzy mogli ná woynę wychodźić,

27. Náliczeni są śiedm dźieśiąt y cztery tyśiące, y sześć set.

28. Z synow Issáchár, według rodzáiow, y fámiliy, y domow rodźin ich, po imionách káżdego, od dwudźiestego roku y wysszey, wszyscy, ktorzyby ná woynę wychodźili,

29 Náliczeni są pięćdźieśiąt y cztery tyśiące, y cztery stá.

30 Z synow Zábulon, według rodzáiow, y domow rodźin ich, náliczeni są po imieniu káżdego, od dwudźiestego roku y wysszey, wszyscy, ktorzy mogli ná woynę wychodźić,

31. Pięćdźieśiąt y śiedm tyśięcy, y cztery stá.

32. Z synow Iozeph, z synow Ephráim, według rodzáiow, y fámiliy, y domow rodźin ich, náliczeni są po imieniu káżdego, od dwudźiestego roku y wysszey, wszyscy, ktorzy mogli ná woynę wychodźić,

33. Czterdźieśći tyśięcy, pięć set.

34. A z synow Mánásse, według rodzáiow, y fámiliy, y domow rodźin ich, popisáni są po imieniu káżdego, od dwudźiestego roku y wysszey, wszyscy, ktorzy mogli ná woynę wychodźić,

35. Trzydźieśći dwá tyśiącá, dwie śćie.

36. Z synow Beniáminowych, według rodzáiow, y fámiliy, y domow rodzin ich, náliczeni są imionmi káżdego, od dwudźiestego roku y wysszey, wszyscy, ktorzy mogli wychodźić ná woynę,

37. Trzydźieśći pięć tyśięcy, cztery stá.

38. Z synow Dán, według rodzáiow, y fámiliy, y domow rodźin ich, náliczeni są káżdego imieniem, od dwudźiestego roku y wysszey, wszyscy, ktorzy mogli ná woynę wychodźić,

39. Sześćdźieśiąt, dwá tyśiącá, śiedm set.

40. Z synow Aser, według rodzáiow, y fámiliy, y domow rodźin ich, náliczeni są po imionách káżdego od dwudźiestego roku y wysszey, wszyscy, ktorzy mogli wyniść ná woynę.

41. Czterdźieśći tyśięcy y tyśiąc, pięć set.

42. Z synow Nephtháli, według rodzáiow, y fámiliy, y domow rodźin ich, náliczeni są imieniem káżdego, od dwudźiestego roku y wysszey, wszyscy, ktorzy mogli wychodźić ná woynę,

lias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum a vigesimo anno & supra omnes, qui poterant ad bella procedere,

27. Recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcenti.

28. De filiis Issachar, per generationes & familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum a vigesimo anno & supra, omnes, qui ad bella procederent,

29. Recensiti sunt quinquaginta quatuor millia quadringenti.

30. De filiis Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a vigesimo anno & supra, omnes, qui poterant ad bella procedere,

31. Quinquaginta septem millia quadringenti.

32. De filiis Joseph *a*, filiorum Ephraim per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere,

a Post filios Liæ enumerantur filii Rachel.

33. Quadraginta millia quingenti,

34. Porro filiorum Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a viginti annis & supra omnes, qui poterant ad bella procedere,

35. Triginta duo millia ducenti.

36. De filiis Benjamin per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum a vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere,

37. Triginta quinque millia quadringenti.

38. De filiis Dan per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum a vigesimo anno & supra, omnes, qui poterant ad bella procedere,

39. Sexaginta duo millia septingenti,

40. De filiis Aser per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a vigesimo anno & supra omnes, qui poterant ad bella procedere,

41. Quadraginta millia & mille quingenti.

42. De filiis Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum a vigesimo anno & supra, omnes, qui poterant ad bella procedere,

43. Quinquaginta tria millia quadringenti.

44. Hi sunt, quos numeraverunt Moyses & Aaron, & duodecim principes Israel, singulos per domos cognationum suarum.

45. Fueruntque omnis numerus filiorum Israel per domos & familias suas a vigesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere;

a Eodem numero inventi sunt supra Exo. 38. 25.

46. Sexcenti tria millia *a* virorum quingenti quinquaginta.

47. Levitæ autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis.

48. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

49. Tribum Levi noli numerare, neque pones summam eorum cum filiis Israel:

b Instrumenta, & supellectilem.

50. Sed constitue eos super tabernaculum testimonii & cuncta vasa *b* ejus, & quidquid ad cæremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum & omnia utensilia ejus, & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur.

c Qui non sit de tribu Levi.

d Judicum sententia.

e Hebr. vexilla.

51. Cum proficiscendum fuerit, deponent Levitæ tabernaculum: cum castra metandum, erigent. Quisquis externorum *c* accesserit, occidetur *d*.

52. Metabuntur autem castra filii Israel unusquisque per turmas & cuneos *e* atque exercitum suum.

53. Porro Levitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodiis tabernaculi testimonii.

54. Fecerunt ergo filii Israel juxta omnia, quæ præceperat Dominus Moysi.

CAPUT II.

Præscribitur ordo castra metandi circa tabernaculum: Ad orientem tribus Juda cum Issachar, & Zabulon ordinatur, 3. Ad meridiem Ruben, Simeon & Gad, 10. In medio Levitæ cum tabernaculo, 17. Ad occidentem Ephraim, Manasse, & Benjamin, 18. Ad Aquilonem Dan, Aser, Nephthali, 25.

* Anno M. 2514. Ant. Chr. 1490.

1. LOcutusque * est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens:

2. Singuli per turmas, signa, atque vexilla, & domos cognationum suarum, castra metabuntur filii Israel, per gyrum tabernaculi fœderis.

f Sc. tribu Juda.

3. Ad orientem Judas *f* figet tentoria per tur-

43. Pięćdźieśiąt trzy tyśiące, cztery stá.

44. Ci są, ktore policzyli Moyżesz y Aaron, y dwánáśćie kśiążąt Izráelskich, káżdego według domow rodzáiow ich.

45. Y byłá wszytká summá synow Izráelowych według domow, y fámiliy ich, od dwudźiestego roku y wyszey, ktorzy mogli wchodźić ná woynę,

46. Po sześć kroć sto tyśięcy y trzy tyśiące mężow, pięć set y pięćdźieśiąt.

47. Lecz Lewitow w pokoleniu fámiliy swoich, nie liczono z nimi.

48. Y mowił Pan do Moyżeszá, rzekąc:

49. Pokolenia Lewi nie licz, y nie położysz summy ich z synmi Izráelowemi:

50. Ale ie postánow nád przybytkiem świádectwá, y wszytkim naczyniem iego, y cokolwiek ku Cæremoniam należy. Ci nośić będą przybytek, y wszytko naczynie iego: y będą w posługowániu, y w około przybytku obozem się położą.

51. Gdy będźiećie mieć ćiągnąć, Lewitowie przybytek skłádáć będą: á gdy się obozem położyć, postáwią: á ktoby obcy przystąpił, zábit będźie.

52. A synowie Izráelowi będą stać obozem, káżdy wedle hufcow y pułkow y woysk swoich.

53. A Lewitowie wkoło przybytku na mioty rozbiiáć będą, áby nie przyszedł gniew ná zgromádzenie synow Izráelowych, y będą czuć ná straży przybytku świádectwá.

54. Uczynili tedy synowie Izráelowi wedle wszytkiego, co był przykazał Pan Moyżeszowi.

ROZDZIAŁ II.

Ktore pokolenie ná ktorey stronie świátá miáło położyć oboz swoy przy Przybytku Swiádectwá, wyliczywszy wszystkie Kśiążętá, opisuie.

1. Y Mowił Pan do Moyżeszá y Aaroná rzekąc,

2 Káżdy wedle hufcow, znákow y chorągwi, y domow rodźin swoich, obozem się położą synowie Izráelowi w około przybytku przymierza.

3. Ná wschod słońcá Iudás rozbiie namioty, według

według hufcow woyſká ſwoiego: á będźie Hetmánem ſynow iego Náháſſon ſyn Aminadáb.

4. A wſzytká ſummá ludu woiennego z pokolenia iego, śiedmdźieśiąt y cztery tyśiące, y ſześć ſet.

5. Podle niego położyli ſię obozem pokolenia Iſſáchár, ktorego Hetman był Náthánáel ſyn Suár,

6. A wſzyſtek poczet żołnierzow iego, pięćdźieśiąt cztery tyśiące, cztery ſtá.

7. W pokoleniu Zábulon Hetmánem był Eliab ſyn Helon.

8. Wſzytko z pokolenia iego woyſko żołnierzow, pięćdźieśiąt śiedm tyśięcy, cztery ſtá.

9. Wſzytkich, ktorych w obożie Iudy náliczono było, ſto ośmdźieśiąt, ſześć tyśięcy, cztery ſtá: á wedle hufcow ſwoich pierwſzy wynidą.

10. W obożie ſynow Ruben ku południowey ſtronie, Hetmánem będźie Eliſur ſyn Sedeur:

11. A wſzytko woyſko żołnierzow iego ktorzy ſą policzeni, czterdźieśći ſześć tyśięcy, pięć ſet.

12. Podle niego obozem ſię położyli z pokolenia Simeon: ktorych Hetman był Sálámiel ſyn Suryſádái:

13. A wſzytko woyſko żołnierztwá iego, ktore policzono, pięćdźieśiąt, dźiewięć tyśięcy, trzy ſtá.

14. W pokoleniu Gad, Hetmánem był Eliazaph ſyn Duel,

15. A wſzytko woyſko żołnierzow iego, ktory ſą policzeni, czterdźieśći pięć tyśięcy, ſześć ſet, pięć dźieśiąt.

16. Wſzytkich popiſánych w obożie Ruben, ſto pięćdźieśiąt tyśięcy, tyśiąc, cztery ſtá pięćdźieśiąt w huſiech ſwoich: we wtorym rzędźie poćiągną.

17. A podnioſą przybytek świádectwá według urzędow Lewitow y hufcow ich, iáko podnieśion będźie, ták też y złożon, káżdy wedle mieyſc y porządkow ſwoich ćiągnąć będźie.

18. Ku zachodniey ſtronie będźie oboz ſynow Ephráim, ktorych Hetman był Eliſámá, ſyn Ammiud:

19. Wſzytko woyſko żołnierzow iego, ktorzy ſą policzeni, czterdźieśći tyśięcy pięć ſet.

20. A z nimi pokolenie ſynow Mánáſſe, ktorych Hetman był Gámáliel ſyn Phádáſſur.

21. A

turmas exercitus ſui: eritque princeps filiorum ejus Nahaſſon filius Aminadab:

4. Et omnis de ſtirpe ejus ſumma pugnantium, ſeptuaginta quatuor millia ſexcenti.

5. Juxta eum caſtra metati ſunt de tribu Iſſachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar.

6. Et omnis numerus pugnatorum ejus, quinquaginta quatuor millia quadringenti.

7. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon.

8. Omnis de ſtirpe ejus exercitus pugnatorum, quinquaginta ſeptem millia quadringenti.

9. Univerſi, qui in caſtris Judæ annumerati ſunt, fuerunt centum octoginta ſex millia quadringenti: & per turmas ſuas primi egredientur *a*.

10. In caſtris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Eliſur filius Sedeur:

11. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt, quadraginta ſex millia quingenti.

12. Juxta eum caſtra metati ſunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Suriſaddai.

13. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt, quinquaginta novem millia trecenti.

14. In tribu Gad princeps fuit Eliaſaph filius Duel *b*.

15. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt, quinquaginta novem millia ſexcenti quinquaginta.

16. Omnes, qui recenſiti ſunt in caſtris Ruben, centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas ſuas, in ſecundo loco proficiſcentur.

17. Levabitur *c* autem tabernaculum teſtimonii per officia Levitarum & turmas eorum, quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines ſuos proficiſcentur.

18. Ad occidentalem plagam erunt caſtra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Eliſama filius Ammiud.

19. Cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt, quadraginta millia quingenti.

20. Et cum eis tribus filiorum Manaſſe, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadaſſur.

21. Cun-

a Tradunt Hebræi vexillum Judæ leonem, Ruben hominem; Ephraim, bovem; Dan, aquilam prætuliſſe. Scilicet, ſicut 12. tribuum principes præfigurant duodecim Apoſtolos, ita quatuor primaria vexilla præfigurant quatuor Evangelia.

b Chald. Dehuel 70. Raguel.

c Sc. Poſt caſtra Ruben in medio quatuor vexillorum primariorum. v. infra, c. 10.

21. Cunctusque exercitus pugnatorum ejus, qui numerati sunt, triginta duo millia ducenti.

21. A wſzytko woyſko żołnierzow iego, ktorzy ſą policzeni, trzy dźieśći y dwá tyśiącá, dwieśćie.

22. In tribu filiorum Benjamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis.

22. W pokoleniu ſynow Beniámin Hetman był Abidan ſyn Gedeonow:

23. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui recenſiti ſunt, triginta quinque millia quadringenti.

23. A wſzytko woyſko żołnierzow iego, ktorzy popiſáni ſą, trzydźieśći pięć tyśięcy, cztery ſtá.

24. Omnes, qui numerati ſunt in caſtris Ephraim, centum octo millia, centum per turmas ſuas: tertii proficiſcentur.

24. Y wſzytkich policzonych w obozie Ephráim, ſto ośm tyśięcy ſto w huſiech ſwoich: ći poćiągną trzeći.

25. Ad Aquilonis partem caſtra metati ſunt filii Dan: quorum princeps fuit Ahiezer filius Ammiſaddai.

c Jos. 15. 14.
d seu Gigantum.
e Deut. 1. 24.
f Hebr. & 70. botro uno.
g Deut. 1. 24.
h Mense 6. anni 2. ab exitu circa finem.
i Jos. 14. dicitur Cades Barne.

18. Posłał ie tedy Moyżesz ná oglądánie źiemie Chánáneyskiey, y rzekł do nich: Idźćie południową stroną. A gdy przyidźiećie ná gory,

19. Oglądáćie źiemię iáká iest: y lud, ktory iest obywátelem iey, ieśli iest mocny ábo słáby: ieśli ich máła liczbá czy więcey:

20. Sámá źiemiá dobra czy zła: iákie miástá, murowáne czy bez muru:

21. Ziemiá tłusta, czy niepłodna, gáista ábo bez drzew. Bierzćie serce, á przynieśćie nam z owocow źiemie. A był czás, gdy iuż skorożrzáłe iágody winne ieść może.

22. A gdy poszli, wyszpiegowáli źiemię od puszczy Sin, áż do Rohob wchodzącym do Emát.

23. Y poszli ná południe, y przyszli do Hebron, gdźie byli Achiman, y Siśái, y Tholmái synowie Enák. Bo Hebron śiedm lat przed Thánim miástem Ægyptskim zbudowáne iest.

24. Y szedszy áż do strumieniá groná, urznęli gáłąś winną z iágodą iey, ktorą nieśli ná drągu dwá mężowie. Z málogránatow też y fig mieyscá onego nábráli,

25. Ktore názwáne iest Nehel Eschol, to iest strumień groná, dla tego, że ztámtąd grono winne przynieśli synowie Izráelowi.

26. Y wroćili się szpiegierze z źiemie po czterdźieśći dni, obszedszy wszytkę kráinę,

27. Przyszli do Moyżeszá y Aarona y do wszytkiego zgromádzeniá synow Izráelowych ná pustynią Pháràn, ktora iest w Kádes. A powiedźiawszy im y wszytkiemu mnostwu ukazáli owoce źiemie.

28. Y powiádáli rzekąc: Przyszlismy do źiemie, do ktoryś nas posłał, ktora záiste opływa mlekiem y miodem, iáko z tych owocow poznáć się może:

29. Ale obywátele ma bárzo mocne, y miástá wielkie y murowane. Widźieliśmy tám pokolenie Enák.

30. Amálek mieszka ná południe: Heteyczyk, y Iebuzeyczyk, y Amorrheyczyk po gorách: Chánáneyczyk záś mieszka nád morzem y przy rzece Iordanie.

31. W tym Káleb hámuiąc szemránie ludu, ktore się wszczynáło przećiw Moyżeszowi, rzekł: Podźmy á pośiądźmy źiemię, bo ią odźierżeć będźiem mogli.

32. Lecz drudzy, ktorzy z nim byli, mowili-

li: Zadną miárą nie możemy ćiągnąć do tego ludu, bo mocnieyszy ieſt niżli my.

33. Y uwlekli źiemi, ktorą byli oglądáli, przed synmi Izráelowymi, mowiąc: Ziemiá, ktorąſmy przeyźrzeli, pożera obywátele ſwe: lud ktoryſmy widźieli, wyſokiego wzroſtu ieſt.

34. Támeſmy widźieli dźiwy z ſynow Enák z rodu Obrzymſkiego: do ktorych przyrownáni zdáliſmy ſię iáko ſzáráńcza.

ROZDZIAŁ XIV.

Iosue y Káleb dármo chcą zábürzenie ludu ſkromić: Moyżeſz Páná tuli prośbámi: wſzytkim ná puſzczy śmierć oſądzono, procz Kálebá y Ioſue: Żydy nieprzyiaćiel pośiekt iáko ſkrzętne.

1. Y Ták wrzeſcząc wſzytek gmin, płákał nocy oney,

2. Y ſzemráli przećiw Moyżeſzowi y Aaronowi wſzyſcy ſynowie Izráelowi, mowiąc:

3. O bychmy byli pomárli w Ægyptcie: y ná tey wielkiey puſtyni dáy Boże byſmy poginęli, y nie wprowádźił nas Pan do tey źiemie, ábyſmy nie upádli od mieczá, á żony y dźiatki náſze nie były záprowádzone w niewolą. Y záli nielepiey wroćić ſię do Ægyptu?

4. Y rzekł ieden do drugiego: Poſtánowmy ſobie wodzá, á wroćmy ſię do Ægyptu.

5. Co uſłyſzawſzy Moyżeſz y Aaron, upádli ná źiemię przede wſzyſtkim gminem ſynow Izráelowych.

6. Ale Iozue ſyn Nun y Káleb ſyn Iephone, ktorzy też oględowáli źiemię, rozdárli ſzáty ſwe,

7. Y do wſzego zgromádzenia ſynow Izráelowych mowili: Ziemiá, ktorąſmy obeſzli, bárzo dobra ieſt.

8. Będźieli nam Pan miłośćiw, wprowádźi nas do niey, y da nam źiemię mlekiem y miodem płynącą.

9. Niechćieyćie ſpornemi bydź przećiw Pánu, y nie boyćie ſię ludźi źiemie oney: bo iáko chleb ták ie pożeść możemy. Odſtąpiłáć od nich wſzelka obroná: Pan z námi ieſt, nie boyćie ſię.

10. A gdy wołáło wſzyſtko zgromádzenie, y chćiáło ie kámieńmi pobić, ukazáłá ſię chwałá Páńſká nád wierzchem przymierza wſzyſtkim ſynom Izráelowym.

bant: Nequaquam ad hunc populum valemus aſcendere, quia fortior nobis eſt.

33. Detraxeruntque Terræ, quam inſpexerant, apud filios Iſrael, dicentes: Terra, quam luſtravimus, devorat *a* habitatores ſuos: populus, quem aſpeximus, proceræ ſtaturæ eſt.

a Seu occidit, ſeu inſalubris eſt.

34. Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac de genere giganteo: quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur.

CAPUT XIV.

Murmur populi fruſtra ſedare conantur Joſue & Caleb, 6. Iratum Dominum placat Moyſes, 12. Omnes morti in deſerto addicuntur præter Caleb & Joſue, 22. Pugnantes Iſraelitæ contra Domini voluntatem cæduntur ab hoſtibus, 40.

1. IGitur vociferans omnia turba flevit nocte illa *b*,

b Sc. ſequenti.

2. Et murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron cuncti filii Iſrael, dicentes:

3. Utinam mortui eſſemus in Ægypto: & in hac vaſta ſolitudine utinam pereamus, & non inducat nos Dominus in Terram iſtam, ne cadamus gladio & uxores ac liberi noſtri ducantur captivi. Nonne melius eſt reverti in Ægyptum?

4. Dixeruntq; alter ad alterum: Conſtituamus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum.

5. Quo audito Moyſes & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Iſrael.

6. *c* At vero Joſue filius Nun, & Caleb filius Jephone, qui & ipſi luſtraverant terram, ſciderunt veſtimenta ſua,

c Eccli 46. 9. 1. Mach. 2. 55. 56.

7. Et ad omnem multitudinem filiorum Iſrael locuti ſunt: Terra, quam circuivimus, valde bona eſt.

8. Si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem.

9. Nolite rebelles eſſe contra Dominum: neque timeatis populum Terræ hujus, quia ſicut panem ita eos poſſumus devorare: receſſit ab eis omne præſidium *d*: Dominus nobiſcum eſt, nolite metuere.

d Hebr. umbra, ſc. protegens eos.

10. Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini ſuper tectum fœderis cunctis filiis Iſrael.

11. Et dixit Dominus ad Moyſen: Usquequo detrahet *a* mihi populus iſte? Quousque non credent mihi, in omnibus ſignis, quæ feci coram eis?

12. Feriam igitur eos peſtilentia, atque conſumam: te autem faciam principem ſuper gentem magnam, & fortiorem, quam hæc eſt.

13. Et ait Moyſes ad Dominum: Ut audiant Ægyptii, de quorum medio eduxiſti populum iſtum,

14. Et habitatores terræ hujus, qui audierunt, quod tu Domine in populo iſto ſis & facie videaris ad faciem *b*, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem:

15. Quod occideris tantam multitudinem quaſi unum hominem, & dicant:

16. Non poterat introducere populum in terram, pro qua juraverat; *c* idcirco occidit eos in ſolitudine.

17. Magnificetur ergo fortitudo Domini ſicut juraſti, dicens:

18. *d* Dominus patiens & multæ miſericordiæ, *e* auferens iniquitatem & ſcelera, nullumque innoxium derelinquens *f*, qui viſitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem.

19. Dimitte, obſecro, peccatum populi hujus ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ, ſicut propitius fuiſti egredientibus de Ægypto usque ad locum iſtum.

20. Dixitque Dominus: Dimiſi *g* juxta verbum tuum.

21. Vivo ego: & implebitur gloria Domini univerſa terra.

22. Attamen omnes homines, qui viderunt majeſtatem *h* meam, & ſigna, quæ feci in Ægypto & in ſolitudine, & tentaverunt me jam per decem *i* vices, nec obedierunt voci meæ,

23. *k* Non videbunt Terram, pro qua juravi patribus eorum, nec quisquam ex illis, qui detraxit mihi, intuebitur eam.

24. Servum meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu *m* ſecutus eſt me, inducam in Terram hanc, quam circuivit, & ſemen ejus poſſidebit eam.

25. Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus *n*. Cras movete caſtra, & revertimini in ſolitudinem per viam Maris rubri.

26. Lo-

a Hebr. irritabit me.
b Exod. 13. 21.
c Exod. 32. 28.
d Pſalm. 102. 8.
e Exod. 34. 7.
f Exod. 20. 5.
g Q. d. non puniam.
h Hebr. gloriam.
i Plures.
k Deus. 1. 35.
l Joſ. 14. 6.
m Sc. meliore.
n Latentes in inſidiis.

11. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Dokądże będźie mi uwłaczał ten lud? Pokiż mi wierzyć nie będą, náwſzyſtkie známioná, ktorem czynił przed nimi?

12. Uderzę ie tedy morem, y wytrácę: á ćiebie uczynię Kśiążęćiem nád narodem wielkim, y mocnieyſzym, niż ten ieſt.

13. Y rzekł Moyżeſz do Páná: áby uſłyſzeli Ægyptiánie, z ktorych pośrzodku wywiodłeś ten lud:

14. Y obywátele tey źiemie, ktorzy ſłyſzeli, żeś ty Pánie ieſt miedzy tym ludem, y bywáſz widźian twarzą w twarz, á iż ie twoy obłok zákrywa, á iż w ſłupie obłokowym chodźiſz przed nimi wednie, á w ſłupie ognistym w nocy:

15. Ześ pobił tákie mnoſtwo iáko człowieká iednego: y rzekliby:

16. Nie mogł wprowádźić ludu do źiemie, ktorą im był przyśiągł: y przeto ie pobił ná puſczy:

17. Niechay tedy będźie uwielbiona moc Páńſká, iákoś przyśiągł, mowiąc:

18. Pan ćierpliwy y wielkiego miłośierdźia, odeymuiący nieprawość y grzechy, y żadnego niewinnego nieopuſzczáiący, ktory náwiedzaſz grzechy oycow ná ſyniech do trzećiego y czwartego pokolenia.

19. Odpuść, proſzę, grzech ludu tego według wielkośći miłośierdźia twego, iákoś był miłośćiw wychodzącym z Ægyptu áż do tego mieyſcá.

20. Y rzekł Pan: Odpuśćiłem według słowá tego.

21. Zywię ia: y będźie nápełniona chwałą Páńſką wſzytká źiemiá.

22. Wſzákże wſzyſcy ludźie, ktorzy widźieli máieſtat moy, y cudá, ktorem czynił w Ægyptćie y ná puſczy, á kuśili mię iuż przez dźieśięć kroć, áni byli poſłuſzmi głoſu mego,

23. Nie oglądáią źiemię o ktorą przyśiągł oycom ich: áni żaden z tych, ktory mi uwłokł, nie uyźrzy iey.

24. Sługę mego Kálebá, ktory pełen duchá mego ſzedł zá mną, wprowádzę do tey źiemie, ktorą obſzedł; á naśienie iego odźiedźiczy ią.

25. Iż Amálekitá y Chánáneyczyk mieſzkáią po dolinách: iutro ruſzćie oboz, y wroććie ſię ná puſczą drogą morzá czerwonego.

26. Y

26. Y mowił Pan do Moyżeszá y Aaroná, rzekąc:

27. Dokądże tá zła gromádá szemrze przećiwko mnie? Nárzekánia synow Izráelowych słyszałem.

28. Przeto powiedz im: Zywę ia, mowi Pan: iákośćie mowili gdym ia słyszał, ták wam uczynię.

29. Ná tey pustyni będą leżeć trupy wásze. Wszyscy, ktorzyśćie policzeni od dwudźiestu lat y wysszey, á szemráliśćie przećiwko mnie,

30. Nie wnidźiećie do źiemie, o ktorą podniosłem rękę moię, żebym wam mieszkáć dał, oprocz Kálebá syná Iephone, á Iozue syná Nun.

31. A dźiatki wásze, o ktorycheśćie mowili, że miáły bydź korzyśćią nie przyiaćiołom, wprowádzę, áby widźiáły źiemię, ktora się wam niepodobáłá.

32. Trupy wásze będą leżeć ná puszczy.

33. Synowie wászy będą tułáczámi ná pustyni lat czterdźieśći, y poniosą cudzołoztwo wásze, áż zniszczeią trupy oycowskie ná puszczy:

34. Według liczby czterdźieśći dni, przez ktoreśćie oględowáli źiemię, rok zá dźień przyczytan będźie. Y przez czterdźieśći lat odnieśiećie nieprawośći wásze, y poznáćie pomstę moię:

35. Bo iákom rzekł, ták uczynię wszytkiey tey złey gromádźie, ktora powstáłá przećiwko mnie; ná tey pustyni ustánie y pomrze.

36. Wszyscy tedy mężowie, ktore był posłał Moyżesz ná przepátrowánie źiemie, y ktorzy wroćiwszy się ku szemrániu przywiedli wszytek gmin przećiwko niemu, uwłocząc źiemi, żeby zła byłá,

37. Pomárli y pobići są przed obliczem Páńskim.

38. Lecz Iozue syn Nun, y Káleb syn Iephone, żywi zostáli ze wszytkich, ktorzy byli szli oględowáć źiemię.

39. Y mowił Moyżesz wszystkie te słowá do wszech synow Izráelowych, y płákał lud bárzo.

40. Alić oto bárzo ráno wstawszy wstąpili ná wierzch gory, y rzekli: Gotowismy iść ná mieysce, o ktorym Pan mowił: bosmy zgrzeszyli.

41. Ktorym rzekł Moyżesz: Czemu przestępuiećie słowo Páńskie, co się wam nie poszczęśći?

42. Nie

26. Locutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens:

27. Usquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? querelas filiorum Israel audivi.

28. Dic ergo eis: Vivo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis.

29. *a* In solitudine hac jacebunt cadavera vestra. Omnes, qui numerati estis a viginti annis & supra, & murmurastis contra me,

30. *b* Non intrabitis Terram, super quam levavi manum meam, ut habitare vos facerem, præter Caleb filium Jephone, & Josue filium Nun.

31. Parvulos autem vestros, de quibus dixistis, quod prædæ hostibus forent, introducam, ut videant Terram, quæ vobis displicuit.

32. Vestra cadavera jacebunt in solitudine.

33. Filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt *c* fornicationem vestram, donec consumantur cadavera patrum in deserto,

34. Juxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis Terram: *d* annus pro die imputabitur. *e* Et quadraginta *f* annis recipietis iniquitates vestras, & scietis ultionem meam:

35. Quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit adversum me: in solitudine hac deficiet, & morietur.

36. *g* Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplandam Terram, & qui reversi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ quod esset mala,

37. Mortui sunt *h* atque percussi in conspectu Domini.

38. Josue autem filius Nun, & Caleb filius Jephone, vixerunt ex omnibus, qui perrexerant ad considerandam Terram.

39. Locutusque est Moyses universa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis.

40. Et ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est: quia peccavimus.

41. Quibus Moyses: Cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum?

a Psal. 105. 26. Num. 26. 65. & 32. 10.
b Deut. 1. 35.
c Dabunt poenas infidelitatis vestræ seu defectionis a Deo.
d Ezech. 4. 6.
e Psal. 94. 10.
f Ab Exodo scilicet numerandis. Vide Num. 32. 13.
g 1. Cor. 10. 10. Hebr. 3. 17. Judæ 1. 5.
h Sc. vel tunc vel postea.

42. No-

a Deut. 1. 42.

42. *a* Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum; ne corruatis coram inimicis vestris.

43. Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quod nolueritis acquiescere *b* Domino, nec erit Dominus vobiscum.

44. At illi contenebrati *c* ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris,

45. Descenditque Amalecites, & Chananæus, qui habitat in monte, & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos usque Horma.

b 70. Obedire. Chald. Colere Dominum.

c Chald. impie egerunt, ut ascenderent.

42. Nie chodźćie: bo nie iest Pan zwámi: ábyśćie nie polegli przed nieprzyiácioły wászymi.

43. Amálekitá y Chánáneyczyk przed wámi są, ktorych mieczem polężećie, przeto żeśćie niechćieli słucháć Páná, áni będźie Pan zwámi.

44. Lecz oni záćmieni wstąpili ná wierzch gory. A skrzyniá Testámentu Páńskiego y Moyżesz nie odeszli z obozu.

45. Y zstąpił Amálekitá y Chánáneyczyk, ktory mieszkał ná gorze, y pobiwszy ie y pośiekszy gonił ie áż do Hormy.

CAPUT XV.

De libamentis in terra promissionis offerendis: 4. & de primitiis Deo separandis, 18. De pœna peccati per ignorantiam aut superbiam commissi, 22. Lapidatur, qui Sabbato ligna collegit. 32. Fimbriæ ac vittæ per quatuor angulos palliorum ponendæ, 37.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. * Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram habitationis vestræ, quam ego dabo vobis,

3. Et feceritis oblationem Domino in holocaustum, aut victimam, vota solventes, vel sponte offerentes munera, aut in solemnitatibus vestris adolentes odorem suavitatis Domino, de bobus sive de ovibus *d*:

4. Offeret, quicumque immolaverit victimam, sacrificium similæ, decimam partem ephi conspersæ oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin:

5. Et vinum ad liba fundenda ejusdem mensuræ dabit in holocaustum sive in victimam. Per agnos singulos,

6. Et arietes *e* erit sacrificium similæ duarum decimarum, quæ conspersa sit oleo tertiæ partis hin:

7. Et vinum ad libamentum tertiæ partis ejusdem mensuræ offeret in odorem suavitatis Domino.

8. Quando vero de bobus feceris holocaustum aut hostiam, ut impleas votum vel pacificas victimas,

9. Dabis per singulos boves similæ tres decimas conspersæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin:

* Quæ hic habentur & 4. seq. capita videntur referenda ad stationem Cadesbarne, ubi multo tempore consedisse dicuntur. Deut. 1. 46. vel ad proxime sequentes stationes.

d Hebr. pecudibus

e sc. singulos.

ROZDZIAŁ XV.

Co mieli ofiárowáć przyszedszy do źiemie obiecáney: pomstá pysznych: Kámionują człowieká, ktory w Sobotę drwá zbierał: o podołkách dla pámięći Przykazánia Bożego.

1. MOwił Pan do Moyżeszá, rzekąc:

2. Mow do synow Izráelowych, á rzecz do nich: Gdy wnidźiećie do źiemie mieszkánia wászego, ktorą ia wam dam,

3. A uczynićie obiátę Pánu ná cáłopalenie, ábo ofiárę śluby oddáiąc, ábo z dobrey woley ofiáruiąc dáry, ábo ná uroczyste świętá wásze, paląc wonność wdźięczności Pánu z wołow ábo z owiec:

4. Ktorykolwiekby ofiárował ofiárę, będźie ofiárował obiátę, Białey mąki dźieśiątą część Ephy záczynioną oliwą, ktora będźie miáłá mirrhę czwartą część hin:

5. A winá ná lanie mokrych ofiar pod tąż miárą da do cáłopalenia, ábo do ofiáry. Przy káżdym báránku,

6. Y báránie będźie obiátá białey mąki ze dwu dźieśiątych częśći, ktoraby záczyniona byłá oliwą trzećiey częśći hin.

7. A winá ná mokrą ofiárę trzećiey częśći teyże miáry będźie ofiárował ná wonność wdźięczności Pánu.

8. A kiedy z wołow uczynisz cáłopalenie, ábo ofiárę żebyś wypełnił ślub ábo ofiáry zápokoyne,

9. Dasz do káżdego wołu białey mąki trzy dźieśiąte częśći záczynioney oliwą, coby miáło poł miáry hin:

10. Y winá ná lanie mokrey ofiáry teyże miáry ná obiátę nawdźięcznieyſzey wonnośći Pánu.

11. Ták uczyniſz,

12. Przy káżdym wole, y báránie, y báránku, y koźiełku.

13. Ták obywátele iáko y cudcoźiemcy

14. Tymże ſpoſobem ofiáry będą ofiárowáć.

15. Iedno przykazánie y ſąd będźie ták wam, iáko przychodniom źiemie.

16. Mowił Pan do Moyżeſzá, rzekąc:

17. Mow ſynom Izráelowym, y rzecz do nich:

18. Gdy wnidźiećie do źiemie, ktorą wam dam,

19. A będźiećie ieść chleb oney kráiny, oddźielićie pierwoćiny Pánu,

20. Z pokármow wáſzych. Iáko z boiewiſk pierwoćiny oddźielaćie:

21. Ták y z pokármow dáćie pierwoćiny Pánu.

22. A ieſli z niewiádomośći przeſtąpićie cokolwiek z tych rzeczy, ktore mowił Pán do Moyżeſzá,

23. Y roſkazał przezeń do was, odedniá ktorego począł roſkázowáć y dáley,

24. Y zápomni uczynić mnoſtwo: ofiáruie ćielcá z ſtádá, cáłopalenie ná wonność przewdźięczną Pánu, y obiátę iego y mokrą ofiárę, iáko Ceremonię chcą, y kozłá zá grzech:

25. Y będźie prośił kápłan zá wſzytko zgromádzenie ſynow Izráelowych, á będźie im odpuſczono, ponieważ nie umyślnie zgrzeſzyli: przećię iednák ofiáruiąc zapał Pánu zá śię, y zá grzech, á omylenie ſwoie:

26. Y będźie odpuſczono wſzytkiemu ludowi ſynow Izráelowych, y przychodniom ktorzy gośćmi ſą miedzy nimi: ponieważ wina ieſt wſzytkiego tudu z niewiádomośći:

27. A ieſli iedná duſzá zgrzeſzy niewiedząc, ofiáruie kozę roczną zá grzech ſwoy:

28. Y będźie ſię kápłan modlił zá nią, że z niewiádomośći zgrzeſzyłá przed Pánem: y uprośi iey odpuſczenie, á będźie iey odpuſczono.

29. Ták obywátelom iáko y przychodniom zakon ieden będźie wſzytkim, ktorzyby zgrzeſzyli niewiedząc.

30. Ale duſzá ktoraby z hárdośći co uczyniłá, chocby był obywátel, choćia gość (ponieważ

10. Et vinum ad liba fundenda ejusdem menſuræ in oblationem ſuaviſſimi odoris Domino.

11. Sic facies.

12. Per ſingulos boves & arietes & agnos & hædos.

13. Tam indigenæ quam peregrini

14. Eodem ritu offerent ſacrificia.

15. Unum præceptum erit atque judicium *a* tam vobis quam advenis terræ.

16. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

17. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos:

18. Cum veneritis in terram, quam dabo vobis,

19. Et comederitis de panibus regionis illius, ſeparabitis primitias Domino

20. De cibis veſtris *b*. Sicut de areis primitias ſeparatis,

21. Ita & de pulmentis dabitis primitiva Domino.

22. Quod ſi per ignorantiam *c* præterieritis quidquam horum, quæ locutus eſt Dominus ad Moyſen,

23. Et mandavit per eum ad vos, a die qua cœpit jubere & ultra,

24. Oblitaque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, holocauſtum in odorem ſuaviſſimum Domino, & ſacrificium ejus ac liba *d*, ut cæremoniæ poſtulant, hircumque pro peccato:

25. Et rogabit *e* ſacerdos pro omni multitudine filiorum Iſrael: & dimittetur eis, quoniam non ſponte *f* peccaverunt, nihilominus offerentes incenſum *g* Domino pro ſe & pro peccato atque errore ſuo:

26. Et dimittetur univerſæ plebi filiorum Iſrael, & advenis, qui peregrinantur inter eos: quoniam culpa eſt omnis populi per ignorantiam.

27. Quod ſi anima una neſciens peccaverit, offeret capram anniculam pro peccato ſuo:

28. Et deprecabitur pro ea ſacerdos, quod inſcia peccaverit coram Domino: impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi.

29. Tam indigenis quam advenis una lex erit omnium, qui peccaverint ignorantes.

30. Anima vero, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, ſive civis ſit ille, ſive peregri-

a ritus & conſuetudo.

b Sc. partem.

c Errorem ſeu incogitantiam.

d ſc. libamina.

e Chald. & 70. propitiabit.

f Hebr. per errorem ſeu ignorantiam.

g Seu ſacrificium quod incenditur.

regrinus (quoniam adverſus Dominum rebellis fuit) peribit *a* de populo ſuo:

a Occidetur ſc. Judicis ſententia.

31. Verbum enim Domini contempſit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem * ſuam.

* dabit pœnas iniquitatis

32. Factum eſt autem, cum eſſent filii Iſrael in ſolitudine, & inveniſſent hominem colligentem ligna in die Sabbati,

33. Obtulerunt eum Moyſi & Aaron & univerſæ multitudini.

34. Qui recluſerunt eum in carcerem, neſcientes, quid ſuper eo facere deberent.

35. Dixitque Dominus ad Moyſen: Morte moriatur homo iſte, obruat eum lapidibus omnis turba extra caſtra.

36. Cumque eduxiſſent eum foras obruerunt lapidibus, & mortuus eſt, ſicut præceperat Dominus.

37. Dixit quoque Dominus ad Moyſen:

38. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos *b*, ut faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas:

b Deut. 22. 12. Matth. 23. 5.

39. Quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec ſequantur cogitationes ſuas & oculos per res varias fornicantes *c*,

c Deficientes a Deo.

40. Sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, ſintque ſancti Deo ſuo.

41. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut eſſem Deus veſter.

nieważ przećiwko Pánu ſprzećiwny był) zginie z ludu ſwego:

31. Słowo bowiem Páńſkie wzgárdźił, y przykazánie iego zgwałćił, przetoż zgládzon będźie y ponieśie nieprawość ſwoię.

32. Y ſtáło ſię, gdy byli ſynowie Izráelowi ná puſzczy, y náleźli człowieká zbieráiącego drwá w dźień Sobotni,

33. Stáwili go Moyżeſzowi, y Aaronowi, y wſzytkiemu zgromádzeniu.

34. Ktorzy zámknęli go w ćiemnicy, niewiedząc, coby znim czynić mieli.

35. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Smierćią niech umrze ten człowiek: niech go kámieńmi zábiie wſzytká rzeſza zá obozem.

36. Y wywiozſzy go precz, zábili go kámieńmi, y umárł, iáko Pan przykazał.

37. Y rzekł Pan do Moyżeſzá:

38. Mow ſynom Izráelowym, y rzeczeſz do nich: áby ſobie poczynili bramy ná rogách płaſczow, przypráwiwſzy do nich ſznurki z hiácyntu:

39. Ná ktore gdy weyźrzą, niech wſpomináią ná wſzytkie przykazánia Páńſkie, áni ſię niech nie udawáią zá myślámi ſwemi, y zá oczámi po rozmáitych rzeczách cudzołożąc:

40. Ale ráczey pámiętáiąc ná przykazánie Páńſkie, niech ie pełnią y niech będą świętymi Bogu ſwoiemu.

41. Iam Pan Bog wáſz, ktorym was wywiodł z źiemie Ægyptſkiey, ábym był Bogiem wáſzym.

CAPUT XVI.

Core, Dathan & Abiron ſeditionem movent, 1. Vivos trrra abſorbet, & ignis interficit 250. viros offerentes incenſum, 31. Alios 14700. murmurantes conſumit incendium 41. Quod Aaron offerendo thymiama ſiſtit, 47.

1. ECce autem Core filius Iſaar, filii Caath, filii Levi, & Dathan atque Abiron filii Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben,

2. Surrexerunt contra Moyſen, aliique filiorum Iſrael ducenti quinquaginta viri proceres ſynagogæ, & qui tempore concilii *d* per nomina vocabantur.

d 70. Qui ſenatores conſilii.

3. *e* Cumque ſtetiſſent adverſum Moyſen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis *f*, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus: Cur elevamini ſuper populũ Domini?

e Eccli. 45. 22. 1. Cor. 10. 10. Judæ. 1. 12.

f i. ſors veſtra.

4. Quod

ROZDZIAŁ XVI.

Chore, Dáthán, y Abiron rozruch miedzy łudźimi uczynili, y pożárłá źiemiá żywolud iny przyzwaláiący im, á ſáme z towárzyſtwem ogień ſpalił: tudźież y inych ſzemrzących czternaśćie tyśiąc y śiedm ſet.

1. ALić oto Kore ſyn Iſáár, ſyná Kááth, ſyná Lewi, y Dáthan, y Abiron, ſynowie Eliáb, Hon też ſyn Pheleth, z ſynow Ruben,

2. Powſtáli przećiw Moyżeſzowi, y inni z ſynow Izráelowych dwieśćie pięćdźieśiąt mężow, przednieyſzy z Synágogi, y ktorych czáſu rády miánowićie przyzywáno.

3. Y gdy ſtánęli przećiw Moyżeſzowi y Aaronowi, rzekli: Mieyćie doſyć, bo wſzytek lud świętych ieſt, á ieſt Pan miedzy nimi: Przecz śię wynaſzaćie nád ludem Páńſkim?

4. Co

4. Co gdy usłyszał Moyzesz, upadł ná oblicze swoie:

5. Y mowił do Kore, y do wszytkiego mnostwo: Iutro ráno okaże Pan, ktorzy do niego należą, y święte przyłączy do śiebie: á ktore obierze, przybliżą się do niego.

6. To tedy uczynićie: Weźmi káżdy kádźidlnicę swoię, ty Kore y wszystek zbor twoy:

7. A nábrawszy iutro ogniá, nákłádźćie nań kádźidłá przed Pánem: á kogokolwiek obierze, ten będźie święty: bárzo się wynośćie synowie Lewi.

8. Y rzekł záś do Korego: Słuchayćie synowie Lewi:

9. Y zali wam máło, że was oddźielił Bog Izráelow od wszystkiego ludu, y przyłączył sobie, ábyśćie mu służyli w służbie przybytku, y stali przed mnostwem ludu y służyli mu?

10. Dla tegoż kazał przystąpić do śiebie tobie, y wszytkiey bráćiey twey synow Lewi, ábyśćie też sobie kápłáństwo przywłaszáli,

11. A żeby wszystek zbor twoy powstał przećiw Pánu? bo coż iest Aaron żebyśćie szemráli przećiw iemu?

12. Posłał tedy Moyżesz, áby záwołáł Dáthán y Abiron syny Eliáb. Ktorzy odpowiedźieli: Nie poydźiemy

13. Máloli ná tym masz, żeś nas wywiodł z źiemie, ktora mlekiem y miodem płynęłá, ábyś pobił ná pustyni, iedno ábyś pánowал nád námi?

14. Poprawdźie w wiodłeś nas do źiemie, ktora płynie strumieńmi mleká y miodu, y dałeś nam ośiádłośći pol y winnic. Czyli y oczy náße chcesz wyłupić? niepoydźiemy.

15. Y rozgniewány Moyżesz bárzo, rzekł do Páná: Nie pátrz ná ich ofiáry: ty wiesz żem nigdy áni ośiełká nie wźiął od nich, á nim utrapił żadnego z nich.

16. Y rzekł do Korego: Ty y wszystek zbor twoy stańćie osobno przed Pánem, á Aaron iutrzeyszego dniá osobno.

17. Weźćiesz káżdy kádźidlnice wásze, á nákłádźćie ná nie kádźidłá, ofiáruiąc Pánu, dwie śćie pięćdźieśiąt kádźidlnic: Aaron też niechay trzyma kádźidlnicę swoię.

18. Co gdy uczynili, gdy stał Moyżesz y Aaron,

19. Y zgromádźili przećiwko im wszytek lud do drźwi przybytku: ukazáłá się wszytkim chwałá Páńská.

4. Quod cum audiisset Moyses, cecidit pronus in faciem:

5. Locutusque ad Core & ad omnem multitudinem: Mane, inquit, notum faciet *a* Dominus, qui ad se pertineant, & sanctos *b* applicabit sibi: & quos elegerit, appropinquabunt ei.

6. Hoc igitur facite: Tollat unusquisque thuribula sua, tu Core, & omne concilium tuum:

7. Et hausto cras igne, ponite desuper thymiama coram Domino: & quemcunque elegerit, ipse erit sanctus *c*: Multum erigimini filii Levi.

8. Dixit rursum ad Core: Audite filii Levi

9. Num parum vobis est, quod separavit vos Deus Israel ab omni populo, & junxit sibi, ut serviretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei?

10. Idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam sacerdotium vendicetis,

11. Et omnis globus *d* tuus stet contra Dominum? quid est enim Aaron, ut murmuretis contra eum?

12. Misit ergo Moyses, ut vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt: non venimus.

13. Numquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra, quæ lacte & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri?

14. Revera induxisti *e* nos in terram, quæ fluit rivis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum. an & oculos nostros vis eruere? non venimus.

15. Iratusque Moyses valde, ait ad Dominum: Ne respicias Sacrificia eorum: tu scis, quod ne asellum quidem umquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.

16. Dixitque ad Core: Tu, & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim.

17. Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum suum.

18. Quod cum fecissent, stantibus Moyse & Aaron,

19. Et coacervassent adversum eos omnem multitudinem *f* ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria domini.

a 70. habent cognovit Dominus, qui sunt ejus, ut est 2. Tim. 2. 19.

b Sc. quos volet sacerdotes.

c Addictus sanctis ministeriis.

d Cœtus.

e Moysi per ironiam & sarcasmum ita exprobrant.

f sc. suorum, ut 70. interpretantur.

20. Locutusque Dominus ad Moyſen, & Aaron, ait:

21. Separamini de medio congregationis hujus, ut eos repente diſperdam.

22. Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortiſſime Deus ſpirituum univerſæ carnis, num uno peccante, contra omnes ira tua deſæviet?

23. Et ait Dominus ad Moyſen:

24. Præcipe univerſo populo: ut ſeparetur a tabernaculis Core, & Dathan & Abiron.

25. Surrexitque Moyſes, & abiit ad Dathan & Abiron: & ſequentibus eum ſenioribus Iſrael,

26. Dixit ad turbam: Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involvamini *a* in peccatis eorum.

27. Cumque receſſiſſent a tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abiron egreſſi ſtabant in introitu papillionum ſuorum, cum uxoribus & liberis, omnique frequentia *b*.

28. Et ait Moyſes: In hoc ſcietis, quod Dominus miſerit me, ut facerem univerſa, quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim:

29. Si conſueta hominum morte interierint, & viſitaverit eos plaga, qua & cæteri viſitari ſolent, non miſit me Dominus:

30. Sin autem novam *c* rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os ſuum deglutiat eos, & omnia, quæ ad illos pertinent, deſcenderintque viventes *d* in infernum *e*, ſcietis, quod blasphemaverint Dominum.

31. *f* Confeſtim igitur, ut ceſſavit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum:

32. Et aperiens os ſuum, devoravit illos cum tabernaculis ſuis & univerſa ſubſtantia eorum.

33. Deſcenderuntq; vivi in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis.

34. At vero omnis Iſrael, qui ſtabat per gyrum: fugit ad clamorem pereuntium dicens: Ne forte & nos terra deglutiat.

35. Sed & ignis egreſſus a Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum.

36. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

37. Præcipe Eleazaro filio Aaron ſacerdoti, ut tollat thuribula, quæ jacent in incendio,

a Eorum ſuppliciis.

b Hebr. & Chald. familia.

c i. inuſitatam.

d Nota, fuiſſe tamen mortuos, antequam pervenirent, vide Apoc 19.

e Damnotorum. SS. Epiph. Hieron

f Deut. 11. 6. Pſ. 105. 17. & 18.

20. Y mowiąc Pan do Moyżeſzá y Aaroná rzekł:

21. Odłączćie ſię z pośrzodku zboru tego, że ie znagłá zátrácę,

22. Ktorzy upádli ná twarz y rzekli: Namocnieyſzy Boże Duchow wſzelkiego ćiáłá, izali gdy ieden zgrzeſzy, przećiw wſzyſtkim gniew twoy ſrożyć ſię będźie?

23. Y rzekł Pan do Moyżeſzá:

24. Roſkaż wſzyſtkiemu ludu, áby ſię odłączył od namiotow Kore, y Dáthán, y Abiron.

25. Y wſtał Moyżeſz, y ſzedł do Dáthán y Abiron: á gdy ſzli zá nim ſtárſzy Izráelowi,

26. Rzekł do ludu: Odſtąpćie od namiotow ludźi niezbożnych, á nie dotykáyćie ſię co do nich należy, ábyśćie nie byli zágárnieni w grzechách ich.

27. A gdy odſtąpili od namiotow ich w około: Dáthán y Abiron wyſzedſzy ſtali w weſzćiu namiotow ſwoich z żonámi y z dźiećmi, y ze wſzytkim zborem.

28. Y rzekł Moyżeſz: Po tym poznaćie, że mię Pan poſłał, ábych czynił wſzytko, co widźićie, á nie zwłaſnegom to ſercá wymyślił.

29. Ieſli zwyczáyną ludźiom śmierćią zginą, y náwiedźi ie plagą, ktorą y inni náwiedzeni bydź zwykli, nie poſłał mię Pan:

30. Ale ieſli nową rzecz uczyni Pan, że otworzywſzy źiemiá páſczekę ſwą pożrze ie, y wſzyſtko co do nich należy, y zſtąpią żywi do piekłá, poznaćie, że zbluźnili Páná.

31. Nátychmiaſt tedy ſkoro przeſtał mowić, rozſtąpiłá ſię źiemiá pod nogámi ich:

32. Y otworzywſzy páſczekę ſwą, pożárłá ie z namioty ich, y ze wſzyſtką máiętnośćią ich.

33. Y zſtąpili żywo do piekłá, okryći źiemią, y zginęli z pośrzodku zgromádzenia.

34. Ale y wſzyſtek Izráel, ktory ſtał około, ućiekł ná krzyk ginących, mowiąc: By ſnadź y naś źiemiá nie pożarłá.

35. Lecz y ogień wyſzedſzy od Páná zábił dwie śćie pięćdźieśiąt mężow, ktorzy ofiárowáli kádzenie.

36. Y mowił Pán do Moyżeſzá, rzekąc:

37. Przykaż Eleázárowi ſynowi Aaronowemu kápłánowi, áby pozbierał kádźidlnice ktore

ktore leżą ná pogorzelisku, á ogień tám y sám niech rozmiece: bo są poświęcone.

38. Smierćią grzesznikow, á niech ie rozbiie ná bláchy, y przybiie do ołtarzá, przeto że ofiárowano w nich kádzenie Pánu y poświęcone są: áby ie widźieli ná znák y pámiątkę synowie Izráelowi:

39. Y pozbierał Eleázár kápłan kádźidlnice miedźiáne w ktorych ofiárowali oni, ktorych ogień pożárł, y rozbił ie ná bláchy, przybiiáiąc do ołtarzá:

40. Aby mieli nápotym synowie Izráelowi, czymby się upomnieli, żeby żaden nieprzystępował obcy, y ktory nie iest z naśienia Aáronowego do ofiárowánia kádźidłá Pánu, áby nie ćierpiał iáko ućierpiał Kore y wszytek zbor iego, iáko mowił Pan przez Moyżeszá.

41. Lecz wszytko mnostwo synow Izráelowych szemráło názáiutrz przećiw Moyżeszowi y Aaronowi, rzekąc: Wyśćie pobili lud Páński.

42. A gdy się wszczynał rozruch, y tumult rosł,

43. Moyżesz y Aaron ućiekli do przybytku przymierza. Ktory, gdy weszli, okrył obłok, y ukazáłá się chwałá Páńska.

44. Y rzekł Pan do Moyżeszá:

45. Wynidźćie z pośrzodku tego zgromádzenia, y teraz ie zgłádzę. A gdy leżeli ná źiemi,

46. Rzekł Moyżesz do Aaroná: Weźmi kádźidlnicę, á nábrawszy ogniá z ołtarzá, nákładź nań kádźidłá, szedszy prędko do ludu, ábyś się modlił zá nimi: bo iuż wyszedł gniew od Páná, á plagá się srozy.

47. Co gdy uczynił Aaron, y wbieżał w pośrzod ludu, ktory iuż ogień porażał, ofiárował kádzenie:

48. A stoiąc miedzy martwemi y żywemi prosił zá ludem, y przestáłá plagá.

49. A było, ktorzy są pobići, czternaśćie tyśięcy y śiedm set ludźi, oprocz tych, ktorzy poginęli w rozruchu Korego.

50. Y wroćił się Aaron do Moyżeszá do drzwi przybytku przymierza, gdy zgubienie przestáło.

dio, & ignem huc illucque dispergat: quoniam sanctificata sunt.

38. In mortibus peccatorum *a*: producatque ea in laminas, & affigat altari, eo quod oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, ut cernant ea pro signo & monimento filii Israel.

39. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi, quos incendium devoravit, & produxit *b* ea in laminas affigens altari *c*:

40. Ut haberent postea Israel, quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiatur, sicut passus est Core & omnis congregatio ejus, loquente Domino, ad Moysen.

41. Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens: Vos interfecistis populum Domini.

42. Cumque oriretur seditio, & tumultus incresceret,

43. Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod, postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini.

44. Dixitque Dominus ad Moysen:

45. Recedite de medio hujus multitudinis, etiam nunc *d* delebo eos. Cumque jacerent in terra,

46. Dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens cito ad populum, ut roges *e* pro eis: *f* jam enim egressa est ira a Domino, & plaga desævit.

47. Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiama:

48. Et stans inter mortuos ac viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit.

49. Fuerunt autem, qui percussi sunt, quatuordecim millia hominum, & septingenti, absque his, qui perierant in seditione Core.

50. Reversusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis, postquam quievit interitus.

a Licet eis usi sint peccatores. q. d. sancta sunt, quia ad Dei ultionem quodammodo cooperata sunt.
b seu curavit produci per artificem.
c Holocausti.
d Hebr. in momento.
e 70. ut propities.
f Sap. 18. 21.

ROZDZIAŁ XVII.

Wźięte roszczki ode dwunaśćie Kśiążąt Izráelskich: tylko Aaronowá zákwitłá y owoc dáłá: y schowána iest do Przybytku Bożego.

CAPUT XVII.

Sumptis virgis a duodecim tribuum principibus, 2. Sola Aaronis virga floret, ac fructum producit, 7. Servatur in tabernaculo testimonii, 10.

1. ET locutus est Dominus ad Moyſen, dicens:

2. Loquere ad filios Iſrael, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas *a*, a cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, & uniuscujusque nomen ſuperſcribes virgæ ſuæ.

3. Nomen autem Aaron erit in tribu Levi, & una virga cunctas ſeorſum familias continebit:

4. Ponesque eas in tabernaculo fœderis coram teſtimonio *b*, ubi loquar ad te.

5. Quem ex his elegero, germinabit virga ejus: & cohibebo a me querimonias filiorum Iſrael, quibus contra vos murmurant.

6. Locutusque eſt Moyſes a filios Iſrael: & dederunt ei omnes principes virgas per ſingulas tribus: fueruntque virgæ duodecim absque virga Aaron.

7. Quas cum poſuiſſet Moyſes coram Domino in tabernaculo teſtimonii:

8. Sequenti die regreſſus invenit germinaſſe virgam *c* Aaron in domo Levi: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt.

9. Protulit ergo Moyſes omnes virgas de conſpectu Domini ad cunctos filios Iſrael: videruntque & receperunt ſinguli virgas ſuas.

10. Dixitque Dominus ad Moyſen: Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonii, *d* ut ſervetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael, & quieſcant querelæ eorum á me, ne moriantur.

11. Fecitque Moyſes, ſicut præceperat Dominus.

12. Dixerunt autem filii Iſrael ad Moyſen: Ecce conſumpti ſumus, omnes perivimus.

13. Quicumque accedit *e* ad tabernaculum Domini, moritur: Num usque ad internecionem cuncti delendi ſumus?

a Chald. domos patrum ſuorum.

b Coram arca teſtimonii ſive fœderis.

c Virga myſtice multa ſignificat 1. B. V. Mariam, cujus flos & fructus Chriſtus. 2. Chriſtum reſurgentem. 3. Chriſti Eccleſiam in reſurrectione refloreſcentem &c.

d Hebr. 9. 4.

e i. uſurpans ſibi miniſterium.

1. Y Mowił Pan do Moyżeſzá, rzekąc:

2. Mow do ſynow Izráelowych, á weźmi od nich po laſce wedle pokolenia ich, od wſzytkich kśiążąt pokolenia, laſek dwánaśćie, y káżdego imię nápiſzeſz ná laſce iego.

3. A imię Aaronowe będźie w pokoleniu Lewi, y iedná laſká wſzytkie z oſobná fámilie mieć będźie:

4. Y położyſz ie w przybytku przymierza przed świádectwem, gdźie będę mowił do ćiebie.

5. Ktorego z tych obiorę, zákwitnie laſká iego: y záhámuię od śiebie uſkárzánia ſynow Izráelowych, ktoremi ſzemrzą przećiwko wam.

6. Y mowił Moyżeſz do ſynow Izráelowych: y dáli mu wſzytkie kśiążętá laſki z káżdego pokolenia: y było laſek dwánáśćie oprocz laſki Aaronowey.

7. Ktore gdy położył Moyżeſz przed Pánem w przybytku świádectwá:

8. Názáiutrz wroćiwſzy śię nálazł, iż zákwitnęłá laſká Aronowá w domu Lewi: y gdy nápęczniáło pąkowie, wyſzły kwiátki, ktore, gdy śię liſt rozwił, w migdały śię obroćiły.

9. Y wynioſł Moyżeſz wſzytkie laſki od oblicznośći Páńſkiey do wſzytkich ſynow Izráelowych: y uyźrzeli, y odebráli káżdy laſkę ſwoię.

10. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Odnieś laſkę Aaronowę do przybytku świádectwá, áby tám byłá chowána ná znák ſprzećiwnych ſynow Izráelowych, á uſtáły ſzemránia ich odemnie, áby nie pomárli.

11. Y uczynił Moyżeſz, iáko mu Pan przykazał.

12. Y rzekli ſynowie Izráelowi do Moyżeſzá: Oto zniſczeliſmy, wſzyſcyſmy zginęli.

13. Kto iedno przyſtąpi do przybytku Páńſkiego, umiera. Izali áż do ſczętká wſzyſcy wytráceni bydź mamy?

CAPUT XVIII.

De onere ſacerdotum & excubiis Levitarum: 1. Aſſignantur pro ſtipendio primitiæ & oblationes ac ſacrificia ſacerdotibus, 8. Decimæ Levitis, 21. Qui earum decimam rurſum dabant Aaron, 29.

1. DIxitque Dominus ad Aaron, Tu, & filii tui, & domus patris tui tecum, por-

ROZDZIAŁ XVIII.

O pracy y ſtrożach Lewitow: Pierwociny y Ofiáry Kápłánow, á dźieśięćiny Lewitom náznáczone: Ktorzy zás z tych dźieśięcinę dawáli Aaronowi.

1. Y Rzekł Pan do Aaroná: Ty y ſynowie twoi y dom oycá twego z tobą, ponieśiećie

śiećie nieprawość świątnice: Y ty y synowie twoi wespoł dźierżeć ná sobie będźiećie grzechy kápłáństwá wászego.

2. Lecz y bráćią twoię z pokolenia Lewi, y sceptr oycá twego wezmi z sobą, á niech pogotowiu będą, y niechći posługuią: á ty y synowie twoi służyć będźiećie w przybytku świádectwá.

3. Y będą czuć Lewitowie ná roskazánie twoie, y ná wszystkie roboty przybytku: wszákże ták, áby do naczynia świątnice áni do ołtarzá nie przystępowáli, żeby y oni nie pomárli, y wy pospołu nie poginęli.

4. Ale niech z tobą będą, á niechay czuią ná strażách przybytku y ná wszytkich obrzędách iego. Obcy nie będźie się mieszał miedzy wás.

5. Czuyćie ná straży świątnice, y ná służbie ołtarzá, áby nie powstał gniew ná syny Izráelowe.

6. Iam wam dał bráćią wászę Lewity z pośrzodku synow Izráelowych, y dałem dar Pánu, áby służyli w posługách przybytku iego.

7. A ty y synowie twoi strzeżćie kápłáństwá wászego: á wszytko, co do służby ołtarzá należy, y zá zasłoną iest, przez kápłany będźie sprawowano. Ieśli kto obcy przystąpi, zábit będźie.

8. Y mowił Pan do Aaroná: Otomći dał straż pierwoćin moich. Wszytkie rzeczy ktore poświącáne bywáią od synow Izráelowych dałem tobie y synom twoim zá urząd kápłáński práwá wieczne.

9. A ták to będźiesz brał z tych rzeczy, ktore poświęcone bywáią, y ofiárowáne są Pánu. Káżda obiátá, y ofiárá, y cokolwiek zá grzech y zá występek bywa mi oddano, y dostáie się świętym świętych, twoie będźie y synow twoich.

10. W świątnicy to będźiesz iadł: Mężczyzná tylko to będźie ieść, bo poświęcone iest tobie.

11. A pierwoćiny, ktoreby ślubowáli y ofiárowáli synowie Izráelowi, dałem tobie y synom twoim y corkom twym, práwem wiecznym. Kto czysty iest w domu twoim, będźie ich pożywał.

12. Wszystko co nalepszego oliwy y wina y zboża, cokolwiek pierwoćin ofiáruią Pánu, dałem tobie.

13. Wszelkiego zboża początki, ktore rodźi źiemiá,

portabitis iniquitatem Sanctuarii *a*: & tu & filii tui simul sustinebitis peccata sacerdotii vestri.

2. Sed & fratres tuos de tribu Levi, & sceptrum *b* patris tui sume tecum, præstoque sint, & ministrent tibi: tu autem & filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii.

3. Excubabuntque Levitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi: ita dumtaxat, ut ad vasa *c* Sanctuarii & ad altare non accedant *d*, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul.

4. Sint autem tecum, & excubent in custodiis tabernaculi, & in omnibus cæremoniis ejus. Alienigena *e* non miscebitur vobis.

5. Excubate in custodia Sanctuarii, & in ministerio altaris: ne oriatur indignatio super filios Israel.

6. Ego dedi vobis fratres vestros Levitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum Domino *f*, ut serviant in ministeriis tabernaculi ejus.

7. Tu autem & filii tui custodite sacerdotium vestrum, & omnia, quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur. Si quis externus *g* accesserit, occidetur.

8. Locutusque est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia, quæ sanctificantur a filiis Israel, tradidi tibi & filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna.

9. Hæc ergo accipies de his, quæ sanctificantur, & oblata sunt Domino. Omnis oblatio, & sacrificium, & quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in Sancta sanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum.

10. In Sanctuario *h* comedes illud: mares tantum edent ex eo, quia consecratum est tibi.

11. Primitias autem, quas voverint & obtulerint filii Israel, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis jure perpetuo: qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

12. Omnem medullam *i* olei, & vini, ac frumenti, quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi.

13. Universa frugum initia *k*, quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in usus

a Sc. pœnas dabitis, si quid peccabitur in cæremoniis.
b Virgam seu tribum.
c Utenda, alioqui portabant, sed tecta & involuta.
d Sc. sacrificaturi.
e i. de tribu alia.
f Donatos Domino.
g i. non sacerdos.
h i. atrio.
i i. quod optimum est.
k i. primitiæ.

uſus tuos: qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis.

14. Omne, *a* quod ex voto reddiderint filii Iſrael, tuum erit.

15. Quidquid primum erumpit e vulva cunctæ carnis, quam offerunt Domino, ſive ex hominibus, ſive de pecoribus fuerit, tui juris erit: ita dumtaxat, ut pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal, quod immundum eſt, redimi facias,

16. Cujus redemptio erit poſt unum menſem *b*, ſiclis argenti quinque, pondere Sanctuarii, *c* Siclus viginti obolos habet.

17. Primogenitum autem bovis & ovis & capræ non facies redimi, quia ſanctificata ſunt Domino. Sanguinem tantum eorum fundes ſuper altare, & adipes adolebis in ſuaviſſimum odorem Domino.

18. Carnes vero in uſum tuum cedent, ſicut pectuſculum *d* conſecratum & armus dexter, tua erunt.

19. Omnes primitias Sanctuarii, quas offerunt filii Iſrael Domino, tibi dedi, & filiis ac filiabus tuis, jure perpetuo. Pactum ſalis *e* eſt ſempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis.

20. Dixitque Dominus ad Aaron: In terra eorum nihil poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael.

21. Filiis autem Levi dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem, pro miniſterio, quo ſerviunt mihi in tabernaculo fœderis:

22. Ut non accedant ultra filii Iſrael ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum,

23. Solis filiis Levi mihi in tabernaculo ſervientibus, & portantibus *f* peccata populi: legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. *g* Nihil aliud poſſidebunt,

24. Decimarum oblatione contenti, quas in uſus eorum & neceſſaria ſeparavi.

25. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

26. Præcipe Levitis, atque denuntia: Cum acceperitis a filiis Iſrael decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id eſt, decimam partem decimæ,

27. Ut reputetur vobis in oblationem primitivorum, tam de areis quam de torcularibus:

28. Et

a i. animal excepto cane, qui interficiebatur. v. Exodi 34.

b Ætatis primogeniti.

c Exod. 30. 13. Lev. 27. 25. Sup. 3. 47. Ezech. 45. 12.

d Hoſtiæ pacificæ.

e i. incorruptum & firmum.

f Seu expiantibus.

g Deut. 18. 1.

ziemiá, á bywáią odnieśione Pánu, doſtáną ſię ná twoie potrzeby: kto czyſty ieſt w domu twoim, pożywáć ich będźie.

14. Wſzyſtko, co z ślubu oddáwáć będą ſynowie Izráelowi, twoie będźie.

15. Cokolwiek pierwſzego wychodźi z żywotá wſzego ćiáłá, ktore ofiáruią Pánu, bądź z ludźi, bądź z bydłá będźie, do twego práwá należeć będźie: wſzákże ták, ábyś zá pierworodne człowiecze okup brał, á wſzelkie źwierzę nieczyſte odkupić kazał.

16. Ktorego okup będźie, po mieśiącu, pięćią ſyklow ſrebrá ná wagę świątnice. Sykiel ma dwádźieśćiá pieniędzy.

17. Lecz pierworodnego krowiego y owczego y koźiego nie daſz odkupowáć, bo ſą poświęcone Pánu. Krew tylko ich wyleieſz na ołtarz, á łoie ſpaliſz ná przewdźięczną wonność Pánu.

18. Mięſo záś ná twoie ſię potrzeby doſtánie, iáko moſtek poświęcony y łopátká práwa, twoie będą.

19. Wſzyſtkie pierwoćiny świątnice, ktore ofiáruią ſynowie Izráelowi Pánu, dałem tobie y ſynom y corkom twoim práwem wiecznym. Umowá około ſoli ieſt wieczna przed Pánem tobie y ſynom twoim.

20. Y rzekł Pan do Aaroná: W źiemi ich nic nie pośiędźiećie, áni częśći miedzy nimi mieć będźiećie: iám część y dźiedźictwo twoie w pośrzodku ſynow Izráelowych.

21. A ſynom Lewi, dałem wſzyſtkie dźieśięćiny ſynow Izráelowych w ośiádłość zá ſłużbę, ktorą mi ſłużą w przybytku przymierza:

22. Aby więcey nie przyſtępowáli ſynowie Izráelowi do przybytku, áni ſię dopuſzczáli grzechu śmiertelnego,

23. Gdyż ſámi ſynowie Lewi mnie w przybytku ſłużą, y grzechy ludu noſzą. Uſtáwá wieczna będźie w rodzáiách wáſzych. Nic inſzego dźierżeć nie będą,

24. Przeſtawáiąc ná ofierze dźieśięćin, ktorem ná używánie ich y ná potrzeby oddźielił.

25. Y mowił Pan do Moyżeſzá, rzekąc:

26. Przykaż Lewitom y opowiedz: Gdy weźmiećie od ſynow Izráelowych dźieśięćiny, ktorem wam dał, pierwoćiny ich ofiáruyćie Pánu, to ieſt dźieśiątą część dźieśięćiny,

27. Aby wam poczytano zá ofiárę pierwoćin, ták z boiowiſk iáko y z pras:

28. Y

28. Y wſzytkich rzeczy, ktorych bierzećie pierwoćiny ofiáruyćie Pánu, y dayćie Aaronowi kápłanowi.

29. Wſzytko, co ofiárowáć będźiećie z dźieśięćin, y oddźielićie ná podárze Pánu, nalepſze y wyborne będźie.

30. Y rzeczeſz do nich: Ieſli co przednieyſze y lepſze rzeczy ofiáruiećie z dźięśięćin: będźie wam poczytano, iákobyśćie z boiowiſká y z práſy pierwoćiny dáli:

31. A będźiećie ie ieść ná káždym mieyſcu wáſzym, ták wy ſámi, iáko y czeladź wáſzá: bo ieſt zapłátá zá ſłužbę, ktorą ſłužyćie w przybytku świádectwá.

32. A nie będźiećie grzeſzyć w tym, przednie ſobie y tłuſte rzeczy záchowuiąc, ábyśćie nie ſplugáwili ofiar ſynow Izráelowych, y nie pomárli.

28. Et univerſis, quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date Aaron ſacerdoti *a*.

29. Omnia, quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini, ſeparabitis, optima & electa erunt.

30. Dicesque ad eos: Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quaſi de area & torculari dederitis primitias:

31. Et comedetis eas *b* in omnibus locis veſtris, tam vos quam familiæ veſtræ: quia pretium eſt pro miniſterio, quo ſervitis in tabernaculo teſtimonii.

32. Et non peccabitis ſuper hoc, egregia vobis & pinguia reſervantes, ne polluatis oblationes filiorum Iſrael, & moriamini.

a ſc. dividendã inter ſacerdotes.

b Decimas.

ROZDZIAŁ XIX.

Z popiołu Iáłowice rydzáwey ſpaloney, czyniono wody oczyśćiánia, ktorych ná rozmáite potrzeby y oczyśćiánia užywáno

1. Y Mowił Pan do Moyžeſzá y Aaroná, rzekąc:

2. Tá ieſt uſtáwá ofiáry, ktorą Pan uſtáwił. Przykaž ſynom Izráelowym, áby przywiedli do ćiebie krowę czerwoną lat zupełnych, w ktoreyby nie było žadney zmázy, ániby nośiłá iárzmá:

3. Y oddáćie ią Eleázárowi kápłanowi: Ktory wywiodſzy ią zá oboz, ofiáruie przed oczymá wſzytkich:

4. Y omoczywſzy pálec we krwi iey, pokropi śiedm kroć przećiw drzwiam przybytkowym,

5. Y ſpali ią przed oczymá wſzytkich, ták ſkorę y mięſo iey, iáko krew y gnoy w ogień wrzućiwſzy.

6. Drewno též cedrowe, y hiſop, y kármázyn dwá ktroć fárbowány, kapłan wrzući w płomień, ktory krowę žrze.

7. A ná ten czáś dopiero omywſzy ſzáty y ćiáło ſwoie, wnidźie do obozu, y zmázány będźie áž do wieczorá.

8. Ale y on, ktory ią ſpali, omyie ſzáty ſwe y ćiáło, y nieczyſty będźie áž do wieczorá.

CAPUT XIX.

Ex cinere vaccæ ruſæ fit aqua expiationis, qua variæ immunditiæ abluuntur: de moriente in tabernaculo; vaſe non habente operculum; tangente cadaver hominis. 2. De vivis aquis ſuper cineres fundendis pro expiatione immundorum, 17.

1. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron, dicens:

2. Iſta eſt religio victimæ, quam conſtituit Dominus. Præcipe filiis Iſrael, ut adducant ad te vaccam ruſam *c* ætatis integræ, in qua nulla ſit macula, nec portaverit jugum:

3. Tradetisque eam Eleazaro ſacerdoti: *d* qui eductam extra caſtra, immolabit *e* in conſpectu omnium:

4. Et tingens digitum in ſanguine ejus, aſperget contra fores tabernaculi *f* ſeptem vicibus,

5. Comburetque *g* eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus ejus quam ſanguine & fimo flammæ traditis.

6. Lignum quoque cedrinum, & hyſſopum, coccumque bis tinctum ſacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat.

7. Et tunc demum, lotis veſtibus & corpore ſuo, ingredietur in caſtra, commaculatusque erit usque ad veſperum,

8. Sed & ille, qui combuſſerit eam, lavabit veſtimenta ſua & corpus, & immundus erit usque ad veſperum.

c Allegorice ſignificat Chriſti carnem innocentiſſimam oblatam pro laſciva noſtra carne v. Hebr. 9. v. 11.

d Hebr. 13. 11.

e i. mactandam curabit.

f i. atrii.

g Sc. ſacerdos, cui id commiſſum fuerit.

9. Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra caſtra in loco puriſſimo, & ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiam, & in *a* aquam aſperſionis: quia pro peccato vacca combuſta eſt.

a Aqua iſta erat typus noſtræ aquæ luſtralis, imo præfigurabat baptiſmi & pœnitentiæ lavacrum S. Aug.

10. Cumque laverit, qui vaccæ portaverat cineres, veſtimenta ſua, immundus erit usque ad veſperum. Habebunt hoc filii Iſrael, & advenæ, qui habitant inter eos, ſanctum jure perpetuo.

11. Qui tetigerit cadaver hominis, & propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus,

12. Aſpergetur ex hac aqua die tertio & ſeptimo, & ſic mundabitur. Si die tertio aſperſus non fuerit, ſeptimo non poterit emundari.

13. Omnis, qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aſperſus hac commiſtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit *b* ex Iſrael: quia aqua expiationis non eſt aſperſus, immundus erit, & manebit ſpurcitia ejus ſuper eum.

b i. ejicietur. Gen. 17. idem verbum, vertit, delebitur.

14. Iſta eſt lex hominis, qui moritur in tabernaculo: Omnes, qui ingrediuntur tentorium illius, & univerſa vaſa, quæ ibi ſunt, polluta erunt ſeptem diebus.

15. Vas, quod non habuerit operculum nec ligaturam deſuper, immundum erit.

16. Si quis in agro tetigerit cadaver occiſi hominis, aut per ſe mortui, ſive os illius, vel ſepulchrum, immundus erit ſeptem diebus.

17. Tollentque de cineribus combuſtionis atque peccati *c*, & mittent aquas vivas ſuper eos in vas:

18. In quibus, cum homo *d* mundus tinxerit hyſſopum, aſperget ex eo omne tentorium, & cunctam ſuppellectilem & homines hujuscemodi contagione pollutos:

c i. ad expiationem peccati, ſeu victimæ pro peccato.

d i. qui ſit ſacerdos.

19. Atque hoc modo mundus luſtrabit immundum tertio & ſeptimo die. Expiatusque, die ſeptimo, lavabit & ſe & veſtimenta ſua & immundus erit usque ad veſperum.

20. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Eccleſiæ: quia ſanctuarium Domini polluit, & non eſt aqua luſtrationis aſperſus.

21. Erit hoc præceptum legitimum ſempiternum. Ipſe quoque, qui aſpergit aquas, lavabit veſtimenta ſua. Omnis, qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit usque ad veſperum.

22. Quidquid tetigerit immundus, immun-

9. A mąż czyſty zbierze pipioł krowy, y wyſypie ji zá obozem ná mieyſcu przeczyſtym, áby był zgromádzeniu ſynow Izráelowych ná ſtraż y ná wodę pokrapiánia: bo krowá zá grzech ieſt ſpaloná.

10. A wypłokawſzy, ktory nośił popioł krowy, ſzáty ſwoie, nieczyſtym będźie áż do wieczorá. Będą to mieć ſynowie Iſráelowi y przychodniowie mieſzkáiący miedzy nimi rzecz świętą práwem wiecznym.

11. Ktoby ſię dotknął trupá człowieczego, á dla tego byłby nieczyſty przez śiedm dni:

12. Będźie pokropion tą wodą trzećiego dniá y śiodmego, y ták oczyśćion będźie. Ieſli trzećiego dniá nie będźie pokropion, śiodmego nie będźie mogł bydź oczyśćiony.

13. Káżdy ktoby ſię dotknął duſze ludzkiey martwizny, á nie byłby pokropiony tym zmieſzániem, ſplugáwi przybytek Páńſki, y zginie z Izráelá: iż wodą oczyśćienia nie ieſt pokropiony, nie czyſty będźie, y zoſtánie ná nim plugáſtwo iego.

14. Ten ieſt zákon o człowieku, ktory umiera w namiećie: Wſzyſcy ktorzy wchodzą do namiotu iego, y wſzyſtko naczynie, ktore tám ieſt, nieczyſte będźie przez śiedm dni:

15. Naczynie, ktoreby nie miáło wieká ábo przywiązánia zwierzchu, nieczyſte będźie.

16. Ieſli ſię kto ná polu dotknie trupá człowieká zábitego, ábo też ſwą śmierćią umárłego, ábo kośći iego, ábo grobu, nieczyſty będźie przez śiedm dni.

17. Y wezmą popiołu ſpalenia y grzechu, y wleią wody żywey nań w naczynie.

18. W ktorey gdy mąż czyſty omoczy hizop, pokropi nim wſzyſtek namiot wſzyſtko naczynie, y ludźie tákową zárázą ſplugáwione:

19. Y tym obyczáiem czyſty oczyśći nieczyſtego trzećiego y śiodmego dniá, á oczyśćiony dniá śiodmego, omyie y ſam śiebie y ſzáty ſwoie y nieczyſty będźie áż do wieczorá.

20. Ieſli kto tym ſpoſobem nie będźie oczyśćiony: zginie duſzá iego z pośrzodku zgromádzenia: bo świątnicę Páńſką ſplugáwił, á nie pokropion ieſt wodą oczyśćienia.

21. Będźie to przykazánie uſtáwą wieczną. Ten też ktory kropi wodą, wymyie ſzáty ſwoie. Káżdy ktory ſię dotknie wody oczyśćiánia, nieczyſty będźie áż do wieczorá.

22. Czego ſię kolwiek dotknie nieczyſty, nie-

nieczyſtym uczyni: á duſzá ktora ſię dotknie czego z tych rzeczy, nieczyſtą będźie áż do wieczorá.

ROZDZIAŁ XX.

Márya umárłá: ſzemrzącemu ludu wodá z ſporu dána z ſkáły: á Ædom gdy ich przez źiemię niechćiał przepuśćić, událi ſię do gory Hor: tám Eleazár ná Kápłáńſtwo poświęcony, á Aaron umárł.

1. Y Przyſzli ſynowie Izráelowi, y wſzyſtko mnoſtwo ná puſczą Sin, Mieśiącá pierwſzego: y mieſzkał lud w Kádes. Y umárłá tám Márya, y pogrzebiona ieſt ná tymże mieyſcu.

2. A gdy lud nie miał wody, zeſzli ſię przećiw Moyżeſzowi y Aaronowi:

3. A uczyniwſzy rozruch mowili: Obyſmy byli zginęli miedzy bráćią náſzą przed Pánem.

4. Przeczześćie záwiedli zgromádzenie Páńſkie ná puſczą, ábyſmy y my pomárli y dobytki náſze?

5. Czemuśćie nam kazáli wyniść z Ægyptu, y przywiedliśćie ná to mieyſce bárzo złe, ktore záśiewáne bydz nie może, áni fig rodźi, áni winnic, áni pomágránátow, nákoniec nie ma y wody ku piću?

6. Y wſzedſzy Moyżeſz y Aaron, rozpuśćiwſzy lud, do przybytku przymierza, upádli twarzą ná źiemię, y wołáli do Páná, y rzekli: Pánie Boże wyſłuchay wołánie tego ludu, á otworz im ſkarb twoy źrzodło wody żywey, áby náſyćiwſzy ſię, przeſtáło ſzemránie ich: y ukazálá ſię chwałá Páńſká nád nimi:

7. Y rzekł Pan do Moyżeſzá, mowiąc:

8. Weźmi laſkę, á zgromadz lud, ty y Aaron brát twoy, y mowćie do ſkáły przed nimi, á oná da wodę. A gdy wywiedźieſz wodę z ſkáły, będźie piło wſzytko zgromádzenie, y bydło iego.

9. Y wźiął Moyżeſz laſkę, ktora byłá przed obliczem Páńſkim, iáko mu roſkazał,

10. Zgromádźiwſzy lud przed ſkáłę, y rzekł im: Słuchayćie ſprzećiwni y niewierni: Izali z tey ſkáły będźiemy wam wodę wywieśdź mogli?

11. A gdy podnioſł Moyżeſz rękę, uderzywſzy

mundum faciet: & anima, quæ horum quippiam *a* tetigerit, immunda erit uſque ad veſperum.

a tactum ab immundo.

CAPUT XX.

Maria moritur, 1. Murmuranti populo, 2. Aqua contradictionis e petra fluit: 9. Negante tranſitum Edom, diſcedunt ad montem Hor; 14. Ubi conſecrato in ſummum ſacerdotem Eleazaro moritur Aaron, 23.

1. VEneruntque *b* filii Iſrael, & omnis multitudo in deſertum Sin menſe primo: & manſit populus in Cades. Mortuaque eſt ibi Maria *c*, & ſepulta in eodem loco.

2. Cumque indigeret aqua populus *d*, convenerunt adverſum Moyſen & Aaron:

3. Et verſi in ſeditionem, dixerunt: Utinam periiſſemus inter fratres noſtros coram Domino.

4. *e* Cur eduxiſtis Eccleſiam *f* Domini in ſolitudinem, ut & nos & noſtra jumenta moriamur?

5. Quare nos feciſtis aſcendere de Ægypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ſeri non poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, in ſuper & aquam non habet ad bibendum?

6. Ingreſſusque Moyſes & Aaron, dimiſſa multitudine, tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaveruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus audi clamorem hujus populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ vivæ, ut ſatiati, ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini ſuper eos.

7. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

8. Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & jumenta ejus.

9. *g* Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei,

10. Congregata multitudine ante petram, dixitque eis: Audite rebelles & increduli: *h* Num *i* de petra hac vobis aquam poterimus ejicere?

11. Cumque elevaſſet Moyſes manum, percu-

b An 40. ab exitu, M. 2552. Ant. Chr. 1452.
c Quatuor menſibus ante Aaron & 11. ante Moyſen.
d Fer. 6. poſt. Dom. 3. Quadr.
e Exod. 17. 3.
f 70. Synagogam.
g Exod. 17. 5. 6. Sap. 11. 4.
h Pſal. 77. 15. 20. 1. Cor. 10. 4.
i Hic Moyſes dubitavit de potentia Dei Aug. in Num. q. 19.

percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet & jumenta.

12. Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron: *a* Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis *b* me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in Terram, quam dabo eis.

a Deut. 1. 37.
b Me glorificando.

13. Hæc est aqua contradictionis *c*, ubi jurgati sunt filii Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis.

c. Chald. jurgii.

14. Misit interea nuntios Moyses de Cades ad regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Israel: Nosti omnem laborem, qui apprehendit nos,

15. Quomodo descenderint patres nostri in Ægyptum, & habitaverimus ibi multo tempore, afflixerintq; nos Ægyptii, & patres nostros:

16. Et quomodo clamaverimus ad Dominum, & exaudierit nos, miseritque Angelum, qui eduxit nos de Ægypto. Ecce in urbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi.

17. Obsecramus, ut nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus *d* aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos.

d i. gratis Aug.

18. Cui respondit Edom: non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi.

19. Dixeruntque filii Israel: Per tritam gradiemur viam: & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra, dabimus, quod justum est: nulla erit in pretio difficultas, tantum velociter transeamus.

20. At ille respondit: Non transibis. Statimque egressus est obvius cum infinita multitudine *e*, & manu forti,

e Chald. exercitu multo.

21. Nec voluit acquiescere deprecanti, ut concederet transitum per fines suos, quamobrem divertit ab eo Israel.

22. Cumque castra movissent de Cades venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom:

23. Ubi locutus est Dominus ad Moysen:

24. Pergat *f*, inquit, Aaron ad populos suos: non enim intrabit Terram, quam dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuerit ori meo, ad Aquas contradictionis.

f Hebr. colligatur.

25. *g* Tolle Aaron & filium ejus cum eo, & duces in montem Hor.

g Infr. 33. 38. Deut. 32. 50.

26. Cumque nudaveris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium ejus: Aaron colligetur, & morietur ibi.

27. Fe-

wszy dwá kroć láską w skále, wyszły wody bárzo obfite, ták iż pił lud y bydło.

12. Y mowił Pan do Moyżeszá y Aaroná: Iżeśćie mi nie wierzyli, ábyśćie mię byli poświęćili przed synmi Izráelowymi: nie w wiedźiećie tych ludow do źiemie ktorą im dam.

13. Tá iest wodá przećiwieństwá, gdźie się swárzyli synowie Izráelowi przećiwko Pánu, y poświęcony iest w nich.

14. Posłał tym czásem Moyżesz posły z Kádes do krolá Edom, ktorzyby powiedźieli: To wskázuie brát twoy Izráel: Wiesz wszytkę pracą, ktora nas potkáłá,

15. Iáko zstąpili oycowie nászy do Ægyptu, y mieszkáliśmy tám przez długi czás, y trapili nás Ægyptiánie y oyce násze:

16. Y iákośmy wołáli do Páná, y wysłuchał nas, y posłał Anyołá, ktory nas wywiodł z Ægyptu. Oto w mieśćie Kádes, ktore iest ná ostátnich gránicách twoich, położeni,

17. Prośiemy, áby nam wolno było przeyść przez źiemię twoię. Nie poydźiemy przez polá, áni przez winnice, nie będźiemy pić wody z studźien twoich, ále poydźiem drogą pospolitą, ni ná práwo ni ná lewo nie śstępuiąc, áż przeydźiemy gránice twoie.

18. Ktoremu Edom odpowiedźiał: Nie poydźiesz przez mię, bo ináczey zbroyno ć záiádę.

19. Y rzekli synowie Izráelowi: Bitym gośćińcem poydźiemy: á iesli będźiemy pić wodę twoię my y bydło násze, damy, co słuszna iest: żadney nie będźie o zápłátę trudnośći, tylko niech prędko przeydźiemy.

20. A on odpowieźiał: Nie przeydźiesz. Y nátychmiast wyćiągnął przećiwko, z niezliczonym ludem y ręką mocną,

21. Y niechćiał przyzwolić prószącemu, áby był dopuśćił przeszćia przez gránice swoie. A przetoż odwrot uczynił od niego Izráel.

22. A gdy ruszyli oboz z Kádes, przyszli do gory Hor, ktora iest ná gránicách źiemie Edom:

23. Gdźie mowił Pan do Moyżeszá, rzekąc:

24. Niechay Aaron idźie do ludu swego: bo nie wnidźie do źiemie, ktorą dáł synom Izráelowym, przeto że niedowiárkiem był ustam moim u wody przećiwieństwá.

25. Weźmi Aaroná, y syná iego z nim, á záwiedźiesz ie ná gorę Hor.

26. A obnáżywszy oycá z száty iego, obleczesz w nię Eleázárá syná iego, á Aaron zebrány będźie, y umrze tám.

27. Uczy-

27. Uczynił Moyżeſz, iáko był Pan przykazał: y wſtąpili ná gorę Hor przed wſzyſtkim mnoſtwem.

28. Y zewlokſzy Aaroná z ſzat iego, oblokł w nie Eleázárá ſyna iego.

29. A gdy on umárł ná wierzchu gory; zſtąpił z Eleázárem.

30. A wſzytek lud widząc iż Aaron umárł, płákał nád nim trzydźieśći dni po wſzytkich fámiliách ſwoich.

ROZDZIAŁ XXI.

Lud Iſráelſki zwalczył Królá Chánánezſkiego: á gdy ſzemráli przećiwko Pánu o drogę, wężámi ſkaráni: á ku zábieżeniu tákiey pladze, Miedźiánego wężá záwieſzono, y uzdrawiał lud. Seon y Og Krolowie zwalczeni.

1. CO gdy uſłyſzał Chananeyczyk Krol Arad, ktory mieſzkał ná południe, to ieſt, że przyćiągnął Izráel drogą ſzpiegow, walczył przećiw iemu, á zoſtawiſzy zwyćiężcą, pobrał z niego korzyśći.

2. Lecz Izráel ſlubem ſię Pánu obowięzuiąc, rzekł; Ieſli podaſz ten lud w rękę moię, zgłádzę miáſtá iego.

3. Y wyſłuchał Pan prośbę Izráelá, y podał Chánáneyczyká, ktorego on wybił, wywroćiwſzy miáſtá iego: y názwał imię mieyſcá onego Hormá, to ieſt przeklęctwo.

4. Y ruſzyli ſię z gory Hor drogą, ktora wiedźie do morzá czerwonego, áby obeſzli źiemię Edom. Y począł ſobie teſknić lud w drodze y w pracey.

5. Y mowiąc przećiw Bogu y Moyżeſzowi, rzekł: Czemuś nas wywiodł z Ægyptu, ábyſmy pomárli ná puſtyni? Niemáſz chlebá, niemáſz wody: duſzá náſzá iuż ſię brzydźi tym bárzo lekkim pokármem.

6. Przetoż Pan przepuśćił ná lud węże ogniſte, zá ktorych ránámi y śmierćiámi bárzo wielu,

7. Przyſzli do Moyżeſzá, y rzekli: Zgrzeſzyliſmy, żechmy mowili przećiw Pánu y tobie: proś áby oddalił od nas węże. Y modlił ſię Moyżeſz zá ludem:

8. Y rzekł Pan do niego: Uczyń wężá miedźiánego, á wyſtaw go ná znák: ktory ukąſzony weyźrzy nań, żyw będźie.

9. Uczynił tedy Moyżeſz Wężá Miedźiánego, y wyſtáwił go ná znák: ná ktorego gdy ukąſzeni pátrzyli, byli uzdrowieni.

10. Y

27. Fecit Moyſes, ut præceperat Dominus: & aſcenderunt *a* in montem Hor coram omni multitudine.

28. Cumque Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, induit eis Eleazarum filium ejus.

29. Illo mortuo in montis ſupercilio, deſcendit cum Eleazaro.

30. Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaron, flevit *b* ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas.

CAPUT XXI.

Vincitur ab Iſrael rex Chananæus: 1. Serpentes in populum itineris tædio murmurantem immittuntur, 5. Sed eorum morſibus ſerpens æneus medetur: 8. Iſraelitæ cædunt Sehon, 21. & Og reges, 33.

1. QUod cum audiſſet *c* Chananæus Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, veniſſe ſcilicet Iſrael per exploratorum viam, pugnavit contra illum, & victor exiſtens, duxit ex eo prædam.

2. At Iſrael voto ſe Domino obligans *d* ait: Si tradideris populum iſtum in manu mea, delebo urbes ejus.

3. Exaudivitque Dominus preces Iſrael, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit ſubverſis urbibus ejus: & vocavit nomen loci illius Horma *e*, id eſt, anathema.

4. Profecti ſunt autem & de monte Hor, per viam, quæ ducit ad Mare rubrum, ut circumirent terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris:

5. Locutuſque conrra Deum & Moyſen, ait: Cur eduxiſti nos de Ægypto, ut moreremur in ſolitudine? Deeſt panis, non ſunt aquæ: anima noſtra jam nauſeat *f* ſuper cibo iſto leviſſimo *g*.

6. *h* Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos *i* ſerpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum,

7. Venerunt ad Moyſen, atque dixerunt: Peccavimus, quia locuti ſumus contra Dominum & te: ora, ut tollat a nobis ſerpentes. Oravitque Moyſes pro populo.

8. Et locutus eſt Dominus ad eum: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, vivet.

9. Fecit ergo Moyſes Serpentem Æneum *k*, & poſuit eum pro ſigno: quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur.

10. Pro-

a Eodem anno, ſed. menſe 5.

b Non lacrymæ ſignificantur ſed exequiarum celebritas. Hieronym. Epiſt. 25.

c Eodem an. 2552. menſe 6.

d Num. 33. 40.

e ſc. everſio ſeu deſtructio.

f 70. gravata eſt

g 70. vacuo, alii, viliſſimo. Sic carnales faſtidiunt Chriſti manna, ſacramenta & myſteria.

h Judith. 8. 25. Sap. 16. 5. 1 Cor. 10. 9.

i Quorum morſus urebat.

k Joan. 3. 14. myſtice ſignificat Chriſtum: fuſe exponit S. Auguſtin.

10. Profectique filii Iſrael caſtrametati ſunt in Oboth.

11. Unde egreſſi fixere tentoria in Jeabarim: in ſolitudine, quæ reſpicit Moab contra orientalem plagam.

12. Et inde moventes, venerunt ad Torrentem Zared.

13. Quem *a* relinquentes caſtra metati ſunt contra Arnon *b*, quæ eſt in deſerto, & prominet in finibus Amorrhæi. *c* Siquidem Arnon terminus eſt Moab, dividens Moabitas, & Amorrhæos.

14. Unde dicitur in libro *d* bellorum Domini: Sicut fecit in Mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon.

15. Scopuli torrentium inclinati ſunt, ut requieſcerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum.

16. Ex eo loco apparuit puteus, ſuper quo locutus eſt Dominus ad Moyſen: Congrega populum, & dabo ei aquam.

17. Tunc cecinit Iſrael carmen iſtud: Aſcendat puteus. Concinebant:

18. Puteus, quem foderunt principes, & paraverunt duces multitudinis in datore legis, *e* & in baculis ſuis *f*. De ſolitudine, Matthana.

19. De Matthana in Nahaliel: De Nahaliel in Bamoth.

20. De Bamoth, vallis eſt in regione Moab, in vertice Phatga, quod reſpicit contra deſertum.

21. *g* Miſit autem Iſrael nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens:

22. Obſecro, ut tranſire mihi liceat per terram tuam; non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos.

23. Qui concedere noluit, ut tranſiret Iſrael per fines ſuos; quin potius exercitu congregato, egreſſus eſt obviam in deſertum, & venit in Jaſa, pugnavitque contra eum.

24. *h* A quo percuſſus eſt in ore gladii, & poſſeſſa eſt terra ejus ab Arnoe usque Jeboc, & filios Ammon: quia forti præſidio tenebantur termini Ammonitarum.

25. Tulit ergo Iſrael omnes civitates ejus, & habitavit in urbibus Amorrhæi, in Heſebon ſcilicet, & viculis ejus.

26. Urbs Heſebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnavit contra regem Moab: & tu-

a Deut. 2. 9. *b* Anno M. 2553. *c* Judic. 11. 18 Deut. 2. 24. *d* Hic liber, ut plures alii, cum tempore intercidit; & videtur metrico verſu conſcriptus, ut patet ex pauculis verſibus, qui hic ex eo citantur. *e* i. Moyſe. *f* Sc. terram aperientes. *g* Deut. 2. 26. Judic. 11. 19. *h* Pſal. 134. 10. Amos 2. 8.

10. Y ruſzywſzy ſię ſynowie Izráelowi obozem ſtánęli w Oboth.

11. Skąd wyćiągnąwſzy rozbili namioty w Ieábárim ná puſzczy, ktora pátrzy ku Moab przećiwko wſchodniey ſtronie.

12. A ztámtąd ſię ruſzywſzy przyſzli do ſtrumieniá Zared.

13. Ktory puśćiwſzy obozem ſtánęli przećiw Arnon, ktore ieſt ná puſzczy, á wyſádzá ſię ná gránicách Amorreyczyká. Bo Arnon ieſt gránicą Moábſką, dźieląc Moábity od Amorreyczykow.

14. Zkąd mowią w kśięgách woien Páńſkich: Iáko uczynił ná morzu czerwonym, ták uczyni ná potocech Arnońſkich.

15. Skáły potokow náchyliły ſię, áby odpoczynęły w Ar, y uśiádły ná gránicách Moábſkich.

16. A z tego mieyſcá okazáłá ſię ſtudniá, o ktorey Pan mowił do Moyżeſzá: Zgromadz lud, á dam im wody.

17. Tedy śpiewał Izráel tę pieśń: Wyſtąp ſtudnio. Śpiewáli:

18. Studniá, ktorą wykopáły kśiążętá, y zgotowáli Hetmánowie ludu w zákonodawcy y w laſkách ſwoich. Z puſtynie do Máthány.

19. Z Máthány do Náháliel; Z Náháliel do Bámoth.

20. Z Bámoth, doliná ieſt w kráinie Moáb ná wierzchu Pháſgá, ktora pátrzy przećiw puſzczy.

21. Y poſłał Izráel poſły do Sehoná Królá Amorreyſkiego, mowiąc:

22. Proſzę, áby mi wolno było przeyść przez źiemię twoię: nie zſtąpiemy ná polá y winnice, nie będźiemy pić wody z ſtudźien: drogą krolewſką poydźiemy, áż przeydźiemy gránice twoie.

23. Ktory niechćiał dozwolić, áby przeſzedł Izráel przez gránice iego, y owſzem zebrawſzy woyſko wyiáchał przećiwko ná puſzczą, y przyiáchał do Iáſá, y walczył przećiw iemu.

24. Od ktorego porážony ieſt páſczeką mieczá, y otrzymána ieſt źiemiá iego od Arnon áż do Iebok y ſynow Ammon: bo mocną obroną były opátrzone gránice Ammonitow.

25. Pobrał tedy Iſzráel wſzytkie miáſtá iego, y mieſzkał w mieśćiech Amorreyſkich, to ieſt w Heſebon, y we wśiách iego.

26. Miáſto Heſebon było Sehoná krolá Amor-

Amorreyſkiego, ktory walczył przećiwko krolowi Moáb: y wźiął wſzytkę, źiemię ktora pod iego władzą byłá áż po Arnon.

27. Przetoż mowią w przypowieśći: Podźćie do Heſebon, niech ſię zbuduie y wyſtáwi miáſto Sehon:

28. Ogień wyſzedł z Heſebon, płomień z miáſteczká Sehon, y pożárł Ar Moábitow y obywátele wyżyn Arnon.

29. Biádá tobie Moáb, zginąłeś ludu Chámos. Podał ſyny iego ná ućiekánie, á corki w poimánie krolowi Amorreyczykow Sehon.

30. Iarzmo ich záginęło od Heſebon áż do Dibon, ſprácowáni przyſzli do Nophe, y áż do Medábá.

31. Mieſzkał tedy Izráel w źiemi Amorreyczyká.

32. Y poſłał Moyżeſz, ktorzyby wyſzpiegowáli Iázer: ktorego wioſki pobráli, y pośiedli obywátele.

33. Z obrocili ſię y ſzli drogą Báſán, y záſtąpił im Og krol Báſán, ze wſzytkim ludem ſwym, chcąc dáć bitwę w Edrái.

34. Y rzekł Pan do Moyżeſzá: Nie boy śię go, bom go dał w rękę twoię, y wſzytek lud y źiemię iego: y uczyniſz mu ták, iákoś uczynił Sehonowi krolowi Amorreyczykow, obywátelowi Heſebon.

35. Poráźili tedy y tego z ſynmi iego, y wſzytek lud iego áż do ſczątku, y pośiedli źiemię iego.

ROZDZIAŁ XXII.

Krol Moábſki Bálák po dwákroć Báláámá przyzywa áby złorzeczył ludu Izráelſkiemu, ále mu tego Bog bronił, á ná Koniec Anioł go zgromił, á Ośłicá przemowiłá.

1. Y Ruſzywſzy ſię ſtánęli obozem ná polách Moáb, gdźie zá Iordanem Iericho leży.

2. A widząc Bálák ſyn Sephorow wſzyſtko co uczynił Izráel Amorreyczykowi,

3. A iż ſię go zlękli Moábitowie, á iż naiázdu iego zdźierżeć nie mogli,

4. Rzekł do ſtárſzych Madian: Ták wygłádźi ten lud wſzyſtkiego, ktorzy w gránicách náſzych mieſzkáią, iáko zwykł woł trawę áż do korzenia wyiadáć. Ten był ná ten czás Krołem w Moáb.

tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat, usque Arnon.

27. Idcirco dicitur in Proverbio: Venite in Heſebon, ædificetur, & conſtruatur civitas Sehon.

28. Ignis egreſſus eſt de Heſebon, flamma de oppido Sehon, & devoravit Ar Moabitarum, & habitatores excelſorum Arnon.

29. *a* Væ tibi Moab, periſti popule Chamos *b*. Dedit filios ejus in fugam, & filias in captivitatem, regi Amorrhæorum Sehon.

30. Jugum ipſorum diſperiit ab Heſebon usque Dibon, laſſi pervenerunt in Nophe, & usque Medaba.

31. Habitavit itaque Iſrael in terra Amorrhæi.

32. Miſitque Moyſes, qui explorarent Jazer: cujus ceperunt viculos, & poſſederuut *c* habitatores.

33. *d* Verteruntque ſe, aſcenderunt per viam Baſan, *e* & occurrit eis Og Rex Baſan cum omni populo ſuo, pugnaturus in Edrai.

34. Dixitque Dominus ad Moyſen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram ejus: faciesque illi, ſicut feciſti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Heſebon.

35. Percuſſerunt igitur & hunc cum filiis ſuis, univerſumque populum ejus usque ad internecionem, & poſſederunt terram illius.

a Judic. 11. 24. 2. Reg. 11. 7.

b Moabitæ ſic vocantur ab idolo Chamos, quod colebant.

c 7. expulerunt.

d Deut. 4. 3. 29 7.

e Eodem Ann. 2553.

CAPUT XXII.

Bis vocatur Balaam a rege Balac, ut Iſraelitis malediceret, 5. Dominus illum prohibet, 9. Angelus 21. per aſinam loquens eum corripit, 28. & monet. Ne aliud quam Domini verba loquatur. 35.

1. PRofectique caſtra metati ſunt in campeſtribus Moab, ubi trans Jordanem Jericho ſita eſt.

2. Videns autem Balac *f* filius Sephor omnia, quæ fecerat Iſrael Amorrhæo,

3. Et quod pertimuiſſent eum Moabitæ, & impetum ejus ferre non poſſent,

4. Dixit ad Majores natu Madian: ita delebit hic populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur, quo modo ſolet bos herbas usque ad radices carpere. Ipſe erat eo tempore rex in Moab.

Anno M. 2543 Ant. Chr. 1451.

f Rex Moab.

a Joſ. 24. 9. *b* Euphratem. Joſeph. Antiq. 4. c. 4. Confer cum cap. 23. 7. inf. & Deut. 23. 4.

5. *a* Miſit ergo nuncios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat ſuper flumen *b* terræ filiorum Ammon, ut vocarent eum, & dicerent: Ecce egreſſus eſt populus ex Ægypto, qui operuit ſuperficiem terræ, ſedens contra me.

6. Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me eſt: ſi quo modo poſſim percutere & ejicere eum de terra mea: novi enim, quod benedictus ſit, cui benedixeris, & maledictus, in quem maledicta congeſſeris.

7. Perrexeruntque ſeniores Moab, & Majores natu Madian, habentes divinationis pretium in manibus. Cumque veniſſent ad Balaam, & narraſſent ei omnia verba Balac,

8. Ille reſpondit: Manete hic nocte, & reſpondebo, quidquid mihi dixerit Dominus. Manentibus illis apud Balam, venit Deus *c*, & ait ad eum:

c i. Angelus Dei.

9. Quid ſibi volunt homines iſti apud te?

10. Reſpondit: Balac filius Sephor rex Moabitarum miſit ad me,

11. Dicens: Ecce populus, qui ingreſſus eſt de Ægypto, operuit ſuperficiem terræ, veni, & maledic ei, ſi quo modo poſſim pugnans abigere eum.

12. Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis: neque maledicas populo: quia benedictus eſt.

13. Qui mane conſurgens dixit ad principes: Ite in terram veſtram, quia prohibuit me Dominus venire vobiſcum.

14. Reverſi principes dixerunt ad Balac: Noluit Balaam venire nobiſcum.

15. Rurſum ille multo plures & nobiliores quam ante miſerat, miſit.

16. Qui cum veniſſent ad Balaam, dixerunt: Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cuncteris venire ad me:

17. Paratus ſum honorare te, & quidquid volueris, dabo tibi: veni, & maledic populo iſti.

d Inf. 24. 13.

18. Reſpondit Balaam *d*: Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus vel minus loquar.

19. Obſecro, ut hic maneatis etiam hac nocte, & ſcire queam, quid mihi rurſum reſpondeat Dominus.

20. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerunt homines iſti, ſurge,

5. A ták poſłał poſły do Bálááma ſyná Beorowego wieſczká, ktory mieſzkał nád rzeką ziemie ſynow Ammon, áby go przyzwáli, y rzekli: Oto lud wyſzedł z Ægyptu, ktory okrył wierzch źiemie, záſádźiwſzy ſię przećiwko mnie.

6. A ták przyiedź, á złorzecz temu ludowi, bo mocnieyſzy ieſt nád mię: zabym go iáko mogł porážić y wygnáć z źiemie moiey. Wiem bowiem iż błogoſławion będźie, kogo ty błogoſłáwiſz, á przeklęty ná ktorego złorzeczeńſtwá zgromádźiſz.

7. Y poſzli ſtárſzy Moáb y ſtárſzy Mádián máiąc w ręku zapłátę wrożby. A gdy przyſzli do Bálááma, y powiedźieli mu wſzyſtkie ſłowá Bálakowe:

8. On odpowiedźiał: Zoſtańćie tu przez noc, á odpowiem, cokolwiek mi Pan rzecze. A gdy zoſtáli u Bálááma, przyſzedł Bog, y rzekł do niego:

9. Co to zacz ći ludźie u ćiebie?

10. Odpowiedźiał: Bálák ſyn Sephorow krol Moábitow poſłał do mnie,

11. Mowiąc: Oto lud, ktory wyſzedł z Ægyptu, okrył wierzch źiemie: przyiedź, á przeklni ji, á zabym iáko mogł walcząc odpędźić go.

12. Y rzekł Bog do Bálááma: nie chodź z nimi, y nie klni ludu: bo ieſt błogoſłáwiony.

13. Ktory ráno wſtawſzy rzekł do kśiążąt: Idźćie do źiemie wáſzey, bo mi Bog zákazał iść zwámi.

14. Wroćiwſzy ſię kśiążętá rzekli do Báláká: Niechćiał Báláám przyść známi.

15. On znowu poſłáł dáleko więcey y zacnieyſzych, niżli przed tym był poſłáł.

16. Ktorzy przyiáchawſzy do Bálááma, rzekli: Ták mowi Bálák ſyn Sephor: Nieoćiągay ſię przyść do mnie.

17. Ieſtem gotow uczćić ćię, y cokolwiek záchceſz, damći: Przydź á złorzecz ludowi temu.

18. Odpowiedźiał Bálááṁ: By mi dał Bálák pełen dom ſwoy ſrebrá y złotá: nie będę mogł odmienić ſłowá Páná Bogá mego, żebych ábo więcey ábo mniey mowił.

19. Proſzę, żebyśćie tu zoſtáli ieſzcze przez tę noc, żebym mogł wiedźieć, co mi powtore Pan odpowie.

20. Przyſzedł tedy Bog do Bálááma w nocy, y rzekł mu: Ieſli wezwáć ćię przyſzli ći ludźie, wſtań

wſtań, á idź z nimi: ále ták, ábyś coć roſkażę, czynił.

21. Wſtał Báláám ráno, y ośiodławſzy oſlicę ſwą, iáchał z nimi.

22. Y rozgniewał ſię Bog, y ſtánął Anyoł Páńſki ná drodze przećiw Báláámowi, ktory śiedźiał ná oſlicy, á dwu ſług miał z ſobą.

23. Uyźrzawſzy oſlicá Aniołá ſtoiącego ná drodze z dobytym mieczem, odwroćiłá ſię z drogi, y ſzłá po roli. Ktorą gdy bił Báláám, y chćiał ná ſzćieżkę náwieść,

24. Stánął Anyoł w ćieśni dwu płotow, ktoremi winnice ogrodzone były.

25. Ktorego widząc oſlicá przytárłá do ściány, y ſtárłá nogę śiedzącego. A on ią powtore bił:

26. A przećię iednák Anyoł przeſzedſzy ná mieyſce ćiáſne, gdźie áni w práwo áni w lewo nie mogłá uſtąpić, záſtąpił iey drogę.

27. Y gdy widźiáłá oſlicá Aniołá ſtoiącego, upádłá pod nogámi śiedzącego. Ktory rozgniewawſzy ſię, bárźiey kiiem boki iey obiiał.

28. Y otworzył Pan uſtá oſlice y przerzekłá: Cożemći uczyniłá? przecz mię biieſz oto iuż trzeći kroć?

29. Odpowiedźiał Báláám, Yżeś záſłużyłá, y ſzydźiłáś zemnie: Obych miał miecz, żebym ćię zábił.

30. Rzekłá oſlicá: ázam nie bydlę twoie, ná ktorymeś záwſze zwykł śiedźieć áż po dźiśieyſzy dźień? powiedz, comći tákowego kiedy uczyniłá? A on rzekł: Nigdy.

31. Nátychmiáſt otworzył Pan oczy Báláámowi, y uyźrzał Aniołá ſtoiącego ná drodze z gołym mieczem, y pokłonił ſię twarzą do źiemie.

32. Ktoremu Anyoł: Czemu, pry, trzeći kroć biieſz oſlicę twoię? Iam przyſzedł, ábych ſię tobie ſprzećiwiał, bo przewrotna ieſt drogá twoiá, á mnie przećiwna:

33. Y by byłá oſlicá nie zſtąpiłá z drogi, dáiąc mieyſce ſprzećiwiáiącemu ſię, zábiłbych ćię był, á onáby żywa zoſtáłá.

34. Rzekł Báláám: Zgrzeſzyłem, nie wiedząc żebyś ty ſtał przećiw mnie: y teraz ieſliċ ſię nie podoba ábych iáchał, wrocę ſię.

35. Rzekł Anyoł: Iedź z tymi: á ſtrzeż ſię, ábyś nic inſzego nie mowił, iedno coć roſkażę. Y iáchał z kśiążęty.

36. Co uſłyſzawſzy Bálak, wyiáchał przećiwko niemu do Miáſteczká Moábitow, ktore leży ná oſtátnich gránicách Arnon.

ſurge, & vade cum eis: ita dumtaxat, ut quod tibi præcepero, facias.

21. Surrexit Balaam mane, & ſtrata aſina ſua profectus eſt cum eis.

22. *a* Et iratus eſt *b* Deus. Stetitque Angelus Domini in via contra Balaam, qui inſidebat aſinæ, & duos pueros habebat ſecum.

23. Cernens aſina Angelum ſtantem in via, evaginato gladio, avertit ſe de itinere, & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad ſemitam reducere,

24. Stetit Angelus in anguſtiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur.

25. Quem videns aſina, junxit ſe parieti, & attrivit ſedentis pedem. At ille iterum verberabat eam:

26. Et nihilominus angelus ad locum anguſtum tranſiens, ubi nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram poterat deviare, obvius ſtetit.

27. Cumque vidiſſet aſina ſtantem angelum, concidit ſub pedibus ſedentis; qui iratus, vehementius cædebat fuſte latera ejus.

28. Aperuitque Dominus os aſinæ, & locuta *c* eſt: Quid feci tibi? cur percutis me? ecce jam tertio?

29. Reſpondit Balaam: Quia commeruiſti, & illuſiſti mihi: utinam haberem gladium, ut te percuterem *d*.

30. Dixit aſina: Nonne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſuevisti usque in præſentem diem? dic, quid ſimile unquam fecerim tibi? At ille ait: Nunquam.

31. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelum ſtantem in via evaginato gladio, adoravitque eum pronus *e* in terram.

32. Cui Angelus: Cur, inquit, tertio verberas aſinam tuam? Ego veni, ut adverſarer tibi, quia perverſa eſt via *f* tua, mihique contraria:

33. Et niſi aſina declinaſſet de via, dans locum reſiſtenti, te occidiſſem, & illa viveret.

34. Dixit Balaam: Peccavi, neſciens quod tu ſtares contra me: & nunc, ſi diſplicet tibi, ut vadam, revertar.

35. Ait Angelus: Vade cum iſtis, & cave, ne aliud, quam præcepero tibi, loquaris. Ivit igitur cum principibus.

36. Quod cum audiſſet Balac, egreſſus eſt in occurſum ejus, in oppido Moabitarum, quod ſitum eſt in extremis finibus Arnon.

a 2. Pet. 2. 15
b Quia ille malo ibat animo.
c Angelo linguam ejus movente. Tropologice aſina eſt caro, quæ flagellata Balaamo, i. menti Deum oſtendit, ut bruta mens poſt bruti flagra inſtructionem admittat. S. Greg.
d Chald. occiderem.
e 70. Incurvatus ſuper faciem.
f i. Intentio.

37. Dixitque ad Balaam: Miſi nuntios, ut vocarem te, cur non ſtatim veniſti ad me? an quia mercedem adventui tuo reddere nequeo?

38. Cui ille reſpondit: Ecce adſum: numquid loqui potero aliud, niſi quod Deus poſuerit in ore meo?

a Hebr. in urbem Churſoth. platearum. Sa.

39. Perrexerunt ergo ſimul, & venerunt in urbem *a*, quæ in extremis regni ejus finibus erat.

40. Cumque occidiſſet Balac boves & oves, miſit ad Balaam, & principes, qui cum eo erant, munera.

41. Mane autem facto duxit eum ad excelſa Baal, & intuitus eſt extremam partem populi.

CAPUT XXIII.

Balaam loco maledictionis benedicit populo Iſrael, 8. Iterum benedicens, multa proſpera de illo vaticinatur. 18.

1. Dixitque Balaam ad Balac: Ædifica mihi hic ſeptem aras, & para totidem vitulos, ejusdemque numeri arietes.

b Balac & Balaam, ut patet ex Hebr.

2. Cumque feciſſet juxta ſermonem Balaam, impoſuerunt ſimul *b* vitulum & arietem ſuper aram.

c Chald. oſtenderit.

3. Dixitque Balaam ad Balac: Sta pauliſper juxta holocauſtum tuum, donec vadam, ſi forte occurrat mihi Dominus, & quodcumque imperaverit *c*, loquar tibi.

4. Cumque abiiſſet velociter, occurrit illi Deus. Locutusque ad eum Balaam: Septem, inquit, aras erexi, & impoſui vitulum & arietem deſuper.

5. Dominus autem poſuit verbum in ore ejus, & ait: Revertere ad Balac, & hæc loqueris.

6. Reverſus invenit ſtantem Balac juxta holocauſtum ſuum, & omnes principes Moabitarum:

d i Prophetia, continente parabolam.

7. Aſſumtaque parabola *d* ſua dixit: De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis: Veni, inquit, & maledic Jacob: propera, & deteſtare Iſrael.

8. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione deteſter, quem Dominus non deteſtatur?

e a gentibus ſegregatus.

9. De ſummis ſilicibus videbo eum, & de collibus conſiderabo illum. Populus ſolus *e* habitabit, & inter gentes non reputabitur.

10. Quis

37. Y rzekł do Báláámá: Poſłałem poſły ábych ćię przyzwał: Czemużeś nie záraz przyiáchał do mnie? Czy dla tego że zapłáty zá przyiazd twoy oddáć nie mogę?

38. Ktoremu on odpowiedźiał: Otoż mię maſz: Azaż co innego mowić mogę, iedno co Bog włoży w uſtá moie?

39. Y iácháli poſpołu, y przyiácháli do miáſtá, ktore było ná oſtátnich gránicách króleſtwá iego.

40. Y nábiwſzy Bálák wołow y owiec, poſłał do Báláámá y kśiążąt, ktorzy z nim byli, dáry.

41. A gdy było ráno, wiodł go ná wyżyny Báálowe, y uyźrzał oſtátnią część ludu.

ROZDZIAŁ XXIII.

Báláám kazał ſobie śiedm Ołtarzow uczynić, áby ludu złorzeczył: ále Pan Bog złorzenie obroćił w błogoſłáwieńſtwo: Potym ná iną gorę wiodł go Krol Bálák.

1. Y Rzekł Báláám do Báláká: Zbuduy mi tu śiedm ołtarzow, á nágotuy tákże wiele ćielcow y teyże liczby báránow.

2. A gdy uczynił wedle mowy Báláám, włożyli poſpołu ćielcá y báráná ná ołtarz.

3. Y rzekł Báláám do Báláká: Poſtoy trochę u twego cáłopalenia, áż poydę, owa mię podobno Pan potka: á cokolwiek roſkaże, powiem ći.

4. A gdy odſzedł prędko, zábieżał mu Bog, y mowił do niego Báláám: Poſtáwiłem práwi śiedm ołtarzow, y włożyłem ćielcá y báráná ná wierzch.

5. A Pan włożył ſłowo w uſta iego: Y rzekł: Wroć ſię do Báláká, á to będźieſz mowił.

6. Wroćiwſzy ſię záſtał Báláaká ſtoiącego przy cáłopaleniu ſwoim, y wſzyſtkie kśiążętá Moábitow:

7. Y wźiąwſzy przypowieść ſwoię, rzekł: Z Arám przywiodł mię Bálák Krol Moábitow z gor wſchodnich: Podź, práwi, á złorzecz Iákobowi: ſpieſz ſię, á przeklinay Izráelá.

8. Iáko mam złorzeczyć, ktoremu nie złorzeczył Bog? A iáko mam przeklináć tego, ktorego Pan nie przeklina?

9. Z naywyſſzych ſkał uyźrzę go, á z págorkow oglądam go. Lud ſam mieſzkáć będźie, á miedzy narody nie będźie policzon.

10. Kto

10. Kto przeliczyć może proch Iákobow, y widźieć liczbę pokolenia Izráelowego? Niech umrze duſzá moiá śmierćią ſpráwiedliwych, á niech ſię ſtáną oſtátnie rzeczy moie tym podobne.

11. Y rzekł Bálák do Báláámá: Coż to ieſt co czyniſz? Abyś przeklinał nieprzyiaćioły moie, przyzwałem ćię: á ty przećiwnym obyczáiem błogoſłáwiſz im.

12. Ktoremu on odpowiedźiał: Azaz mogę co inſzego mowić, iedno co każe Pan?

13. Rzekł tedy Bálák: Podź zemną ná drugie mieyſce, ſkądbyć część Izráelá uyźrzał, á wſzytkiego widźieć nie mogł: támtąd go przeklinay.

14. A gdy go záwiodł ná mieyſce wyſokie ná wierzch gory Pháſgi, zbudował Báláám śiedm ołtarzow, y włożywſzy ná wierzch ćielcá y báráná,

15. Rzekł do Báláká: Stoy tu u cáłopalenia twego, áż ia ná przećiw pobieżę.

16. Ktoremu gdy Pan záſzedł, y włożył ſłowo w uſtá iego, rzekł: Wroć ſię do Báláká, á to mowić mu będźieſz.

17. Wroćiwſzy ſię nálazł go ſtoiącego u cáłopalenia ſwego, y kśiążętá Moábitow z nim. Do ktorego Bálák: Co, práwi, mowił Pan?

18. A on wźiąwſzy ſwą przypowieść rzekł: Stoy Báláku á ſłuchay, ſłyſz ſynu Sephorow:

19. Nie ieſt Bog iáko człowiek, áby kłamał: áni iáko ſyn człowieczy, żeby ſię odmieniał. Rzekł tedy, á nie uczyni? mowił, á nie wypełni?

20. Ku błogoſłáwieniu przywiedźiony ieſtem, błogoſłáwieńſtwá zábronić nie mogę.

21. Niemáſz bálwáná w Iákobie, áni widáć wyobrażenia w Izráelu. Pan Bog iego ieſt z nim, á trąbienie zwyćięſtwá krolewſkiego w nim.

22. Bog wywiodł z Ægyptu, ktorego moc podobna ieſt Rynocerotowi.

23. Niemáſz wieſzczby w Iákobie, áni wrożki w Izráelu. Czáſow ſwoich będźie powiedźiano Iákobowi y Izráelowi, co Bog uczynił.

24. Oto lud iáko lwicá powſtánie, á iáko lew ſię podnieśie: nie lęże, áż pożrze korzyść, á krew pobitych wypiie.

25. Y rzekł Bálák do Báláámá: Ani go przeklinay, áni go błogoſław.

26. A on odpowiedźiał: zámći nie mowił, że cokolwiek mi Bog roſkaże, to uczynię?

27. Y

10. Quis dinumerare poſſit pulverem *a* Jacob, & noſſe numerum ſtirpis Iſrael? Moriatur *b* anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia.

11. Dixitque Balac ad Balaam: Quid eſt hoc, quod agis? Ut maledíceres inimicis meis vocavi te: & tu econtrario benedicis eis.

12. Cui ille reſpondit: Num aliud poſſum loqui, niſi quod juſſerit Dominus?

13. Dixit ergo Balac: Veni mecum in alterum locum, unde partem Iſrael videas, & totum videre non poſſis, inde maledicito ei.

14. Cumque duxiſſet eum in locum ſublimem *c*, ſuper verticem montis Phasga, ædificavit Balaam ſeptem aras, & impoſitis ſupra vitulo atque ariete,

15. Dixit ad Balac: Sta hic juxta holocauſtum tuum, donec ego obvius *d* pergam.

16. Cui cum Dominus occurriſſet, poſuiſſetque verbum in ore ejus, ait: Revertere ad Balac, & hæc loqueris ei.

17. Reverſus invenit eum ſtantem juxta holocauſtum ſuum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac: Quid, inquit, locutus eſt Dominus?

18. At ille aſſumpta parabola ſua, ait: Sta Balac, & auſculta, audi fili Sephor:

19. Non eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur: nec ut filius hominis, ut mutetur *e*. Dixit ergo, & non faciet? locutus eſt, & non implebit?

20. Ad benedicendum adductus ſum, benedictionem prohibere non valeo.

21. Non eſt idolum in Jacob, nec videtur ſimulachrum in Iſrael. Dominus Deus ejus cum eo eſt, & clangor *f* victoriæ regis in illo.

22. *g* Deus eduxit illum de Ægypto, cujus fortitudo ſimilis eſt Rhinocerotis *h*.

23. Non eſt augurium in Jacob, nec divinatio in Iſrael. Temporibus ſuis dicetur Jacob & Iſrael, quid operatus ſit Deus.

24. Ecce populus ut leæna conſurget, & quaſi leo erigetur: non accubabit, donec devoret prædam, & occiſorum ſanguinem bibat.

25. Dixitque Balac ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas.

26. Et ille ait: Nonne dixi tibi, quod quidquid mihi Deus imperaret, hoc facerem?

27. Et

a Parvulos.

b ſeu ſeparetur a corpore per mortem.

c Chald. agrum ſpeculæ.

d Sc. Deo

e Hebr. pœniteat.

f Chald. majeſtas.

g Infr. 24. 8.

h Rhinoceros toto corpore ſquamis duriſſimis eſt loricatus, pellemque habet tanta ſpiſſitudine, ut ægre jaculo penetrari queat. Pugnaturus cum elephante cornu ſuum, quod unicum habet inare, ad ſaxa limat & exacuit. Tirin & alii in Job. 39.

17. Et ait Balac ad eum: Veni, & ducam te ad alium locum: si forte placeat Deo, ut inde maledicas eis.

28. Cumque duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem,

29. Dixit ei Balaam: Ædifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, ejusdemque numeri arietes.

30. Fecit Balac, ut Balaam dixerat: imposuitque vitulos & arietes per singulas aras.

27. Y rzekł Bálák do niego: Podź, á záwiodę ćię ná inne mieysce: ieśli snadź spodoba się Bogu, żebyś ie z támtąd przeklinał.

28. A gdy go záwiodł ná wierzch gory Phogor, ktora pátrzy ku puszczy.

29. Rzekł mu Báláám: Zbuduy mi tu śiedm ołtarzow, á nágotuy tyleż ćielcow y teyże liczby báránow.

30. Uczynił Bálák, iáko rzekł Báláám. Y włożył ćielce y bárány ná káżdy ołtarz.

CAPUT XXIV.

Balaam tertio benedicit, & prospera vaticinatur de Israel, 5. Prædicit ex eo Christum instar stellæ exoriturum, 15. Item de Amalecitis, Cinæis, & Romanis vastandis & perdendis, 20.

1. Cumque vidisset Balaam, quod placeret Domino, ut benediceret Israeli, nequaquam abiit, ut ante perrexerat, ut augurium quæreret: sed dirigens contra desertum vultum suum,

2. Elevans oculos, vidit Israel in tentoriis commorantem per tribus suas: & irruente *a* in se spiritu Dei,

3. Assumpta parabola ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cujus obturatus est oculus:

4. Dixit auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit *b*, & sic aperiuntur oculi *c* ejus:

5. Quam pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Israel!

6. Ut valles nemorosæ *d*, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas.

7. Fluet aqua de situla ejus, & semen illius erit in aquas *e* multas. Tolletur propter Agag, rex ejus, & auferetur regnum illius.

8. Deus eduxit illum de Ægypto, *f* cujus fortitudo similis est Rhinocerotis. Devorabunt *g* gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, & perforabunt sagittis.

9. Accubans dormivit ut leo, & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur.

10. Iratusque Balac contra Balaam, complo-

a Veniente.
b Sc. corpore in ecstasi.
c Mentis.
d Chald. torrentes defluentes.
e Populos,
f Sup. 23. 22.
g Hebr. comedent.

ROZDZIAŁ XXIV.

Báláám po trzeći kroć błogosłáwi, y szczęśliwe rzeczy winszuie ludu Iżidelskiemu: y okryśluie, Amálechitách, Cyneyczykoch, y Rzymiánoch wiele opowiáda rzeczy przyszłych.

1. Y Gdy obaczył Báláám że się podobáło Pánu, áby błogosłáwił Izráelá, żadną miárą nie wychodźił, iáko przed tym chodźił szukáć wieszczby: ále obroćiwszy twarz swoię ku puszczy,

2. Y podniowszy oczy, uyźrzał Izráelá w namieciech mieszkáiącego według pokolenia iego: y gdy nápadł nań duch Boży,

3. Wźiąwszy przypowieść mowił: Rzekł Báláám syn Beor: rzekł człowiek, ktorego oko ieſt zátkáne:

4. Rzekł słuchácz powieśći Bożych: ktory widzenie wszechmogącego widźiał, ktory upada, y ták się otwieráią oczy iego:

5. Iáko piękne przybytki twoie Iákobie, y namioty twoie Izráelu!

6. Iáko niżiny gáiste, iáko sády przy rzekách wilgotne, iáko namioty ktore postáwił Pan, iáko cedry przy wodách.

7. Popłynie wodá z wiádrá iego, á náśienie iego będźie w wody wielkie. Będźie wźięt dla Agágá krol iego, y odięte będźie kroleſtwo iego.

8. Bog wywiodł go z Ægyptu, ktorego moc podobna ieſt Rynocerotowey: Pożrzą narody nieprzyiaćiele iego, á kośći ich połamią, y podźiuráwią strzałámi.

9. Położywszy się spał iáko lew, y iáko lwicá, ktorey żaden obudźić nie będźie śmiał. Ktoryć będźie błogosłáwił, będźie y sam błogosłáwiony: kto będźie złorzeczył, w złorzeczeńſtwie poczytan będźie.

10. Y rozgniewawszy się Bálák ná Báláámá, kláś-

kłánąwszy rękomá mowił: Ná złorzeczenie nieprzyiáćiołom moim przyzwalem ćię: ktorym przećiwnym obyczáiem błogosłáwiłeś po trzećie.

11. Wroć się ná mieysce twoie. Postánowiłem wprawdźie uczćić ćię známienićie, ále ćię Pan zbáwił nágotowáney czći.

12. Odpowiedźiał Báláám do Báláká: Azam posłom twoim, ktoreś do mnie posłał, nie mowił:

13. By mi dał Bálák pełen dom swoy srebrá y złotá, nie mogę przestąpić słowá Páná Bogá mego, ábym co dobrego ábo złego miał mowić z sercá swego: ále cokolwiek Pan rzecze, to mowić będę?

14. Wszákże wráćáiąc się do ludu mego, dam rádę, co twoy lud uczyni temu ludowi czásu ostátecnego.

15. Wźiąwszy tedy przypowieść znowu mowił: Rzekł Báláám syn Beor, Rzekł człowiek, ktorego oko iest zátkáne:

16. Rzekł słuchácz powieśći Bożych, ktory zna náukę Nawyższego, y widzenia Wszechmocnego widźi, ktory upadáiąc ma oczy otworzone.

17. Uyźrzę go, ále nie teraz: oglądam go, ále nie zbliská. Wznidźie Gwiazda z Iákobá, y powstánie laská z Izráelá, y pobiie książętá Moáb, y spustoszy wszytkie syny Seth.

18. Y będźie Idumeá dźierżáwá iego: dźiedźictwo Seir dostánie się nieprzyiáćiołom iego: lecz Izráel mężnie sobie będźie poczynał.

19. Z Iákobá będźie, ktoryby pánował, y wytráćił ostátki miástá.

20. A gdy uyźrał Amáleká, wźiąwszy przypowieść rzekł: Początek národow Amálek, ktorego ostátki zágubione będą.

21, Uyźrzał też Cyneyczyká: y wźiąwszy przypowieść rzekł Mocneć wprawdźie iest mieszkánie twoie, ále choćbyś położył ná skále gniazdo twe,

22. A byłbyś wybrány z narodu Cynowego, dokiż będźiesz mogł wytrwáć? Assur ćię bowiem poyma.

23. Y wźiąwszy przypowieść záśię mowił: Ach, kto będźie żyw, gdy to Bog uczyni?

24. Przypłyną w gálerách ze Włoch, zwyćiężą Assyriyczyki, y zburzą Hebreyczyki, á ná ostátek y sámi zginą.

25. Y wstał Báláám, y wroćił się ná mieysce swoie: Bálák się też drogą, ktorą był przyiáchał, wroćił.

plosis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocavi te, quibus e contrario tertio benedixisti:

11. Revertere ad locum tuum. Decreveram quidem magnifice honorare te, sed Dominus privavit te honore disposito.

12. Respondit Balaam ad Balac: Nonne nuntiis tuis, quos misisti ad me, dixi:

13. *a* Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero præterire sermonem Domini Dei mei, ut vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar?

14. Verumtamen pergens ad populum meum, dabo consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore.

15. Sumpta igitur parabola, rursum ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cujus obturatus est oculus:

16. Dixit auditor sermonem Dei, qui novit doctrinam Altissimi, & visiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos *b*,

17. Videbo eum *c*, sed non modo, intuebor illum, sed non prope. *d* Orietur Stella ex Jacob, & consurget virga de Israel: & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth.

18. Et erit Idumæa possessio ejus: hæreditas Seir cedet inimicis suis: Israel vero fortiter aget.

19. De Jacob erit, qui dominetur, & perdat reliquias civitatis *e*.

20. Cumque vidisset Amalec, assumens parabolam, ait: Principium Gentium Amalec, cujus extrema perdentur.

21. Vidit quoque Cinæum *f*: & assumpta parabola, ait: Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidum tuum,

22. Et fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te.

23, Assumptaque parabola iterum locutus est: Heu, quis victurus est, quando ista faciet Deus?

24. *g* Venient in trieribus *h* de Italia *i*, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos & ad extremum etiam ipsi *k* peribunt.

25. Surrexitque Balaam, & reversus est in locum suum: Balac quoque via, qua venerat, rediit.

a Sup. 22. 18.
b Mentis.
c Sc. Christum.
d Matth. 2. 2. Christus ex Israel oriundus est vera stella mundi propter lucem suæ doctrinæ, & virga propter regiam suam potestatem.
e Mundi.
f i. Jethronis familiam. Vid. Judic. 1. 16.
g Dan. 11. 30.
h I. triremibus.
i Chald. Romani.
k i. Romani.

CAPUT XXV.

Ob fornicationem Iſrael cum Madianitis jubet Deus principes ſuſpendi, 1. Phinees occidens fornicantem avertit plagam, 6. Accipit perpetuum ſacerdotium, eo quod divino zelo Zambri, & Cozbi pugione confodiſſet, 10. Jubet Dominus Iſrael pugnare contra Madian, 16.

a Ann. M. 2553. Ant. Chr. 1451.
b Ubi permanſerunt, donec ſub Joſue profecti Jordanem tranſierunt Joſ. 3. 1.
c Joſ 22. 17. Pſalm 105. 28. Apoc 2. 14.
d Deut. 4. 3.
e Exod. 32. 27.

1. MOrabatur *a* autem eo tempore Iſrael in Settim *b* & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab,

2. Quæ vocaverunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt, & adoraverunt deos earum.

3. *c* Initiatusque eſt Iſrael Beelphegor: & iratus Dominus,

4. Ait ad Moyſen: *d* Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis; ut avertatur furor meus ab Iſrael.

5. Dixitque Moyſes ad judices Iſrael: *e* Occidat unusquisque proximos ſuos, qui initiati ſunt Beelphegor.

f Adductam in caſtra.
g Pſalm. 105 30. 1. Mach. 2. 26. 1 Cor. 10. 8.
h Chald. & 70. haſta ſeu lancea

6. Et ecce unus de filiis Iſrael intravit coram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidem, *f* vidente Moyſe, & omni turba filiorum Iſrael, qui flebant ante fores tabernaculi.

7. *g* Quod cum vidiſſet Phinees filius Eleazari filii Aaron ſacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione *h*,

8. Ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitem in lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem in locis genitalibus.

i i. Peſtis.
k Sc. peſte

9. Ceſſavitque plaga *i* a filiis Iſrael:

10. Et occiſi ſunt *k* viginti quatuor millia hominum. Dixitque Dominus ad Moyſen:

11. Phinees filius Eleazari filii Aaron ſacerdotis avertit iram meam a filiis Iſrael: quia zelo meo commotus eſt contra eos, ut non ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo.

l Eccli. 45. 30. 1. Mach. 2. 54
m 70. pactum pacis.

12. Idcirco loquere ad eum: *l* Ecce do ei pacem fœderis mei *m*,

13. Et erit tam ipſi quam ſemini ejus pactum ſacerdotii ſempiternum, quia zelatus eſt pro Deo ſuo, & expiavit ſcelus filiorum Iſrael.

14. Erat autem nomen viri Iſraelitæ, qui occiſus eſt cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis.

15. Por-

ROZDZIAŁ XXV.

Izráel ſię ſplugáwił corkámi Mádiáńſkiemi, dla czego Pan Kśiążętá kazał zwieśić ku ſłońcu. Phinees odźierzał Kápłáńſtwo wieczne, przeto że zábił Zámbrego y Gozbę ná nierządźie.

1. IZrál mieſzkał ná ten czás w Setim, y cudzołożył lud z corkámi Moáb,

2. Ktore wezwáły ich ná ofiáry ſwoie. A oni iedli y kłániáli ſię Bogom ich.

3. Y poświęcony ieſt Izráel Beelphegorowi: á rozgniewawſzy ſię Pan,

4. Rzekł do Moyżeſzá: Weźmi wſzytkie kśiążętá ludu, á powieś ie przećiw ſłońcu ná ſzubienicách, áby ſię odwroćił gniew moy od Izráelá.

5. Y rzekł Moyżeſz do Sędźiow Izráelſkich: Zábiy káżdy bliżnie ſwe, ktorzy ſą poświęceni do Beelphegorá.

6. A oto ieden z ſynow Izráelowych wſzedł przed bráćią ſwą do nierządnice Mádiánitki, przed oczymá Moyżeſzowemi y wſzytkie rzeſzey Izráelowey, ktorzy płákáli u drzwi przybytku.

7. Co gdy uſłyſzał Phinees ſyn Eleázárá, ſyná Aaronowego kápłaná, wſtał pośrzodku zrgomádzenia, á porwawſzy puginał,

8. Wſzedł zá onym mężem Izráelſkim do nierządnego gmáchu, y przebył oboie záraz, to ieſt mężá y niewiáſtę przez ſkryte mieyſcá.

9. Y uſtáłá plágá od ſynow Izráelowych:

10. A pobito ich dwádźieśćiá y cztery tyćięce ludźi. Y rzekł Pan do Moyżeſzá:

11. Phinees ſyn Eleázárá, ſyná Aaronowego kápłaná, odwroćił gniew moy od ſynow Izráelowych: iż zapálczywośćią moią wzruſzył ſię przećiwko im, ábych ia ſam nie wytráćił ſynow Izráelowych w zapálczywośći moiey.

12. Przetoż mow do niego: Oto dáię mu pokoy przymierza mego,

13. A będźie ták iemu iáko y naśieniu iego przymierze kápłáńſtwá wieczne, iż ſię zápalił zá Bogá ſwego, y oczyśćił złość ſynow Izráelowych.

14. A było imię mężá Izráelſkiego, ktory zábit ieſt z Mádiánitką, Zámbry ſyn Salu, kśiążę z rodzáiu y z pokolenia Simeonowego.

15. A

15. A niewiáſtę Mádiánitkę, ktora poſpołu zábitą ieſt, zwano Kozbi, corká Sur kśiążęćiá zacnego Mádiáńſkiego:
16. Y mowił Pan do Moyżeſzá, rzekąc:
17. Nieprzyiáćielmi wás niech poczuią Mádiánitowie, á pobiyćie ie:
18. Ponieważ y oni nieprzyiaćielſkie przećiwko wam uczynili, y oſzukáli zdrádą przez báłwáná Phogor, y Kozbi corkę kśiążęćiá Mádiáńſkiego śioſtrę ſwą, ktora zábita ieſt w dźień kaźni dla świętokrayſtwá Phogor.

15. Porro mulier Madianitis, quæ pariter interfe&a eſt, vocabatur Cozbi, filia Sur principis nobiliſſimi Madianitarum.
16. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:
17. *a* Hoſtes vos ſentiant Madianitæ, & percutite eos:
18. Quia & ipſi hoſtiliter egerunt contra vos, & decepere inſidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiam ducis Madian ſororem ſuam, *b* quæ percuſſa eſt in die plagæ pro ſacrilegio Phogor.

a Infr. 31. 2.
b q. d. civem ſuam.

ROZDZIAŁ XXVI.

Drugi raz poczytdią ſyny Izráelowe, gdy iuż do źiemie obiecáney wniść mieli, tylko te, ktorzy ku boiu ſpoſobni.

1. POtym iáko krew winnych wylana ieſt, rzekł Pan do Moyżeſzá y Eleázárá ſyná Aaronowego kápłaná:
2. Policzćie wſzytek poczet ſynow Izráelowych od dwudźieſtu lat, y wysſzey, według domow y rodzáiow ich wſzyſtkich, ktorzy mogą wychodźić ná woynę.
3. Mowił tedy Moyżeſz y Eleázár kápłan ná polu Moáb nád Jordanem przećiw Jerychu, do tych, ktorzy byli
4. Od dwudźieſtu lat y wysſzey, iáko Pan był roſkazał. Ktorych tá ieſt liczbá:
5. Ruben pierworodny Izráelow, tego ſyn Henoch, od ktorego dom Henochitow: y Phállu, od ktorego dom Phálluitow:
6. Y Heſron, od ktorego dom Heſronitow: y Chármi, od ktorego dom Chármitow.
7. Te ſą domy z pokolenia Ruben: ktorych pocztu nálázło ſię czterdźieśći trzy tyśiące, y śiedm ſet trzydźieśći.
8. Syn Phallu Eliáb.
9. Tego ſynowie Namuel, y Dáthán, y Abiron. Ci ſą Dáthán y Abiron przednieyſzy z ludu, ktorzy powſtáli przećiw Moyżeſzowi y Aaronowi w rozruchu Korego, kiedy ſię byli zbuntowáli przećiw Pánu:
10. A otworzywſzy ſię źiemiá pożárłá Korego, y wiele ich pomárło, kiedy ſpalił ogień dwie śćie pięćdźieśiąt mężow. Y ſtał ſię wielki cud.
11. Ze gdy Kore ginął, ſynowie iego nie poginęli,

12. Sy-

CAPUT XXVI.

Iſraelitæ bello apti & Terram promiſſionis ingreſſuri numerantur, 2. Numero 601730. inveniuntur, 51. Seorſum filii Levi numerantur, 57.

1. POſtquam *c* noxiorum ſanguis effuſus eſt, dixit Dominus ad Moyſen & Eleazarum filium Aaron ſacerdotem:
2. *d* Numerate omnem ſummam filiorum Iſrael a viginti annis & ſupra, per domos & cognationes ſuas, cunctos, qui poſſunt ab bella procedere.
3. Locuti ſunt itaque Moyſes & Eleazar ſacerdos in campeſtribus Moab ſuper Jordanem *e* contra Jericho, ad eos qui erant
4. A viginti annis & ſupra, ſicut Dominus imperaverat. Quorum iſte eſt numerus.
5. Ruben primogenitus Iſrael. *f* Hujus filius, Henoch, a quo familia Henochitarum: & Phallu, a quo familia Phalluitarum:
6. Et Hesron, a quo familia Hesronitarum: & Charmi, a quo familia Charmitarum.
7. Hæ ſunt familiæ de ſtirpe Ruben, quarum numerus inventus eſt quadraginta tria millia, & ſeptingenti triginta.
8. Filius Phallu, Eliab.
9. Hujus filii, Namuel & Dathan & Abiron. Iſti ſunt Cathan & Abiron principes populi, *g* qui ſurrexerunt contra Moyſen & Aaron in ſeditione Core, quando adverſus Dominum rebellaverunt:
10. Et aperiens terra os ſuum devoravit Core, morientibus plurimis, quando combuſſit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum eſt grande miraculum,
11. Ut, Core pereunte, filii illius non perirent.

Eodem An. 2553
c Chald. poſt plagam.
d Sup. 1. 2. & 3.
e Chald. prope Jordanem.
f Gen. 46. 9. Exod. 6. 14. 1. Par. 5. 3.
g Sup. 16. 1. & 2.

12. Filii

12. Filii Simeon per cognationes ſuas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: Jamin, ab hoc familia Jaminitarum: Jachin, ab hoc familia Jachinitarum:

13. Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum *a*.

a Ahod ſextus filius omittitur, quia mortuus eſt ſine liberis.

14. Hæ ſunt familiæ de ſtirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit, viginti duo millia ducenti.

15. Filii Gad per cognationes ſuas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum:

16. Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Her, ab hoc familia Heritarum:

17. Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum:

18. Iſtæ ſunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit, quadraginta millia quingenti.

19. *b* Filii Juda, Her & Onan, qui ambo mortui ſunt in terra Chanaan.

b Gen, 38. 3. & 4.

20. Fueruntque filii Juda, per cognationes ſuas: Sela, a quo familia Selaitarum: Phares, a quo familia Phareſitarum: Zare, a quo familia Zareitarum.

21. Porro filii Phares: Hesron, a quo familia Hesronitarum: & Hamul, a quo familia Hamulitarum.

22. Iſtæ ſunt familiæ Juda, quarum omnis numerus fuit, ſeptuaginta ſex millia quingenti.

23. Filii Iſſachar per cognationes ſuas: Thola, a quo familia Tholaitarum: Phua, a quo familia Phuaitarum:

24. Jaſub, a quo familia Jaſubitarum: Semran, a quo familia Semranitarum:

25. Hæ ſunt cognationes Iſſachar, quarum numerus fuit, ſexaginta quatuor millia trecenti.

26. Filii Zabulon per cognationes ſuas: Sared, a quo familia Sareditarum: Elon, a quo familia Elonitarū: Jalel, a quo familia Jalelitarū.

27. Hæ ſunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit, ſexaginta millia quingenti.

18. Filii Joſeph per cognationes ſuas, Manaſſe & Ephraim.

29. De Manaſſe ortus eſt Machir, a quo familia Machiritarum. *c* Machir genuit Galaad, a quo familia Galaaditarum.

c Joſ. 17. 1.

30. Galaad habuit filios: Jezer, a quo familia Jezeritarum: & Helec, a quo familia Helecitarum;

31. Et

12. Synowie Symeon według rodzáiow ſwoich: Námuel, od tego dom Námuelitow: Iamin od tego dom Iáminitow: Iachin od tego dom Iáchinitow:

13. Zare, od tego dom Zareitow: Saul, od tego dom Saulitow.

14. Te ſą domy z pokolenia Simeon, ktorych wſzytek poczet był dwádźieśćiá, dwá tyśiącá, dwie śćie:

15. Synowie Gad, wedle rodzáiow ſwoich: Sephon, od tego dom Sephonitow: Aggi, od tego dom Aggitow: Suni, od tego dom Sunitow:

16. Ozni, od tego dom Oznitow: Her, od tego dom Heritow:

17. Arod, od tego dom Aroditow: Ariel, od tego dom Arielitow:

18. Te ſą domy Gad, ktorych wſzytek poczet był czterdźieśći tyśięcy, pięć ſet.

19. Synowie Iudá, Her y Onan, ktorzy obá umárli w źiemi Chánáneyſkiey.

20. A byli ſynowie Iudowi według rodzáiow ſwych: Sela, od ktorego dom Seláitow: Phares, od ktorego dom Pháreſytow: Zare, od ktorego dom Zareitow.

21. Záś ſynowie Pháreſowi: Heſron, od ktorego dom Heſronitow: y Hámul, od ktorego dom Hámulitow.

22. Te ſą domy Judowe: ktorych wſzytek poczet był śiedmdźieśiąt ſześć tyśięcy, pięć ſet:

23. Synowie Iſſáchár według rodzáiow ſwoich: Tholá, od ktorego dom Tholáitow: Phua, od ktorego dom Phuáitow:

24. Iáſub, od ktorego dom Iáſubitow: Semran, od ktorego dom Semránitow.

25. Te ſą rodźáie Iſſáchár, ktorych poczet był ſześćdźieśiąt cztery tyśiące, trzy ſtá.

26. Synowie Zábulon wedle rodzáiow ich: Sared, od ktorego dom Sareditow: Elon, od ktorego dom Elonitow? Ialel, od ktorego dom Ialelitow.

27. Te ſą rodźáie Zabulon, ktorych poczet był ſześćdźieśięcy pięć ſet.

28. Synowie Jozephowi według rodzáiow ſwoich: Mánáſſe y Ephraim.

29. Z Mánáſſe poſzedł Máchir, od ktorego dom Máchiritow. Máchir zrodźił Gáláádá, od ktorego dom Gálááditow.

30. ¶ Gáláád miał ſyny: Iezer, od ktorego dom Iezerytow; y Helek, od ktorego dom Helekitow;

31. Y

31. Y Afriel, od ktorego dom Afrielitow: Sechem, od ktorego dom Sechemitow:

32. Y Semidá, od ktorego dom Semidáitow: y Hepher, od ktorego dom Hepheritow.

33. Abył Hepher oćiec Sálpháádow, ktory nie miał fynow, ále tylko corki, ktorych te fą imioná: Máálá, y Noá, y Heglá, y Melchá y Therfá.

34. Te fą fámilie Mánáffe: á poczet ich, pięćdźieśiąt dwá tyśiącá, śiedm fet.

35. A fynowie Ephraim według rodzáiow ich ći byli: Suthálá, od ktorego dom Suthá-láitow: Becher, od ktorego dom Becheritow: Tehen, od ktorego dom Tehenitow:

36. A fyn Suthálá był Heran, od ktorego dom Heránitow.

37. Te fą rodzáie fynow Ephráimowych, ktorych poczet był trzydźieśći dwá tyśiącá, pięć fet.

38. Ci fą fynowie Iozephowi, według domow ich. Synowie Beniáminowi wrodzáiách ich: Belá, od ktorego dom Beláitow: Asbel, od ktorego dom Asbelitow: Achirám, od ktorego dom Achirámitow:

39. Suphám, od ktorego dom Suphámitow: Huphám, od ktorego dom Huphámitow:

40. Synowie Belá, Heret y Noeman. Od Heredá dom Hereditow, od Noemán, dom Noemanitow.

41. Ci fą fynowie Beniaminowi wedle rodzáiow fwoich, ktorych poczet był czterdźieśći, pięć tyśięcy, fześć fet.

42. Synowie Dan według rodzáiow fwoich: Suhám, od ktorego dom Suhámitow: te fą rodzáie Dán według domow ich.

43. Wfzyfcy byli Suhámitowie: ktorych poczet był fześćdźieśiąt, cztery tyśiące, cztery ftá.

44. Synowie Afer według rodzáiow fwych: Iemná, od ktorego dom Iemnáitow: Ieffui, od ktorego dom Ieffuitow: Brie, od ktorego dom Brieitow.

45. Synowie Brie: Heber, od ktorego dom Heberitow: y Melchiel, od ktorego dom Melchielitow.

46. A imię corki Afer byłá Sárá.

47. Te fą rodzáie fynow Aferowych: á poczet ich pięćdźieśiąt, trzy tyśiące, czteri ftá.

48. Synowie Nephtháli według rodzáiow ich: Iefiel, od ktorego dom Iefielitow: Guni, od ktorego dom Gunitow;

49. Iefer

31. Et Afriel, a quo familia Afrielitarum: & Sechem, a quo familia Sechemitarum;

32. Et Semida, a quo familia Semidaitarum: *a* & Hepher, a quo familia Hepheritarum.

33. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat: fed tantum filias, quarum ifta funt nomina: *b* Maalo, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Therfa.

34. Hæ funt familiæ Manaffe, & numerus earum, quinquaginta duo millia feptingenti.

35. Filii autem Ephraim per cognationes fuas, fuerunt hi: Suthala, a quo familia Suthalaitarum: Becher, a quo familia Becheritarum: Thehen, a quo familia Thehenitarum.

36. Porro filius Suthala fuit Heran, a quo familia Heranitarum.

37. Hæ funt cognationes filiorum Ephraim, quarum numerus fuit, triginta duo millia quingenti.

38. Ifti funt filii Jofeph per familias fuas. Filii Benjamin in cognationibus fuis: Bela, a quo familia Belaitarum: Asbel, a quo familia Asbelitarum: Ahiram, a quo familia Ahiramitarum.

39. Supham, a quo familia Suphamitarum: Hupham, a quo familia Huphamitarum.

40. Filii Bela, Hered, & Noeman. De Hered, familia Hereditarum: de Noeman, familia Noemanitarum *c*.

41. Hi funt filii Benjamin per cognationes fuas, quorum numerus fuit, quadraginta quinque millia fexcenti.

42. Filii Dan per cognationes fuas: Suham, a quo familia Suhamitarum. Hæ funt cognationes Dan per familias fuas.

43. Omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat, fexaginta quatuor millia quadringenti.

44. Filii Afer per cognationes fuas: Jemna, a quo familia Jemnaitarum: Jeffui, a quo familia Jeffuitarum: Brie, a quo familia Brieitarum.

45. Filii Brie: Heber, a quo familia Heberitarum: & Melchiel, a quo familia Melchielitarum.

46. Nomen autem filiæ Afer, fuit Sara.

47. Hæ cognationes filiorum Afer, & numerus eorũ, quinquaginta tria millia quadringenti

48. Filii Nephthali per cognationes fuas: Jefiel, a quo familia Jefielitarum: Guni, a quo familia Gunitarum;

49. Je-

a Infr. 27. 1.

b Ibid.

c Quinque filii Benjamin omittuntur, quia aut mortui funt fine liberis, aut in pofteris eorum familia interiit.

49. Jeſer, a quo familia Jeſeritarum: Sellem, a quo familia Sellemitarum.

50. Hæ ſunt cognationes filiorum Nephthali per familias ſuas: quorum numerus, quadraginta quinque millia quadringenti.

51. Iſta eſt ſumma filiorum Iſrael, qui recenſiti ſunt *a*, ſexcenta millia, & mille ſeptingenti triginta.

a Numeratione ſecunda.

52. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

53. Iſtis dividetur terra juxta numerum vocabulorum *b* in poſſeſſiones ſuas.

b ſc. familiarum per vocabula.

54. Pluribus *c* majorem partem dabis, & paucioribus minorem: ſingulis, ſicut nunc recenſiti ſunt, tradetur poſſeſſio:

c ſeu majori tribui.

55. Ita dumtaxat, ut ſors Terram tribubus dividat & familiis.

56. Quidquid ſorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores,

57. *d* Hic quoque eſt numerus filiorum Levi per familias ſuas: Gerſon, a quo familia Gerſonitarum: Caath, a quo familia Caathitarum: Merari, a quo familia Meraritarum.

d Exod. 6. 16.

58. Hæ ſunt familiæ Levi: Familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Muſi, familia Core. At vero Caath genuit Amram.

59. Qui habuit uxorem Jochabed filiam *e* Levi, quæ nata eſt ei in Ægyto: hæc genuit Amram viro ſuo filios, Aaron & Moyſen, & Mariam ſororem eorum.

e i. neptem.

60. De Aaron orti ſunt Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar:

61. Quorum *f* Nadab & Abiu mortui ſunt, cum obtuliſſent ignem alienũ coram Domino.

f Levi. 10. 1. Sup. 3. 4. 1. Par. 24. 2.

62. Fueruntq; omnes, qui numerati ſunt, viginti tria millia generis maſculini, ab uno menſe & ſupra: quia non ſunt recenſiti inter filios Iſrael, nec eis cum cæteris data poſſeſſio eſt.

63. Hic eſt numerus filiorum Iſrael, qui deſcripti ſunt a Moyſe & Eleazaro ſacerdote, in campeſtribus Moab ſuper Jordanem contra Jericho.

64. Inter *g* quos nullus fuit eorum, qui ante numerati ſunt a Moyſe & Aaron in deſerto Sinai.

g 1. Cor. 10. 5.

65. *h* Prædixerat enim Dominus, quod omnes morerentur in ſolitudine. Nullusque remanſit ex eis, niſi Caleb filius Jephone, & Joſue filius Nun.

h Supr. 14. 23. & 24.

CA-

49. Ieſer, od ktorego dom Ieſeritow: Selem, od ktorego dom Selemitow.

50. Te ſą rodzáie ſynow Nephtháli według domow ſwoich: ktorych poczet czterdźieśći pięć tyśięcy, cztery ſtá.

51. Tá ieſt ſummá ſynow Izráelowych, ktorzy policzeni ſą, ſześć ſet tyśięcy, tyśiąc, śiedm ſet, trzydźieśći.

52. Y mowił Pan do Moyżeſzá, rzekąc:

53. Tym podźielona będźie źiemiá według liczby imion, w odśiádłośćiách ich.

54. Ktorych będźie więcey, więtſzą część dáſz, á ktorych mniey, mnieyſzą: káżdemu iáko teraz policzeni ſą, będźie daná ośiádłość:

55. Wſzákoż ták, áby los źiemię dźielił pokoleniom y fámiliom:

56. Cokolwiek loſem przypádnie, to niechay weźmie ábo więtſza liczbá, ábo mnieyſza.

57. Ten też ieſt poczet ſynow Lewi, według domow ſwoich: Gerſon, od ktorego dom Gerſonitow: Kááth, od ktorego dom Kááthitow: Merári, od ktorego dom Meráritow.

58. Te ſą domy Lewi: Dom Lobni, dom Hebroni, dom Moholi, dom Muſi, dom Kore. Lecz Kááth zrodźił Amram:

59. Ktory miał żonę Jochabed corkę Lewi, ktora mu ſię urodźiłá w Ægyptćie. Tá urodźiłá Amram mężowi ſwemu ſyny, Aaroná, y Moyżeſzá, y Márią śioſtrę ich.

60. Z Aaroná poſzli Nádáb, y Abiu, y Eleázár, y Ithámár:

61. Z ktorych Nádáb, y Abiu pomárli, gdy ofiárowáli ogień obcy przed Pánem.

62. A było wſzytkich ktorzy ſą policzeni, dwádźieśćiá trzy tyśiące mężczyzny od iednego mieśiącá y wyſzey: bo ich nie liczono miedzy ſyny Izráelowymi, áni im z drugimi dano ośiádłośći.

63. Ten ieſt poczet ſynow Izráelowych, ktorzy ſą popiſáni od Moyżeſzá y Eleázárá kápłaná ná polách Moáb nád Iordanem przećiw Ierichowi.

64. Miedzy ktorymi nie był żaden z tych, ktorzy przed tym policzeni byli od Moyżeſzá y Aaroná ná puſczy Sinai.

65. Abowiem im był Pan przepowiedźiał, że wſzyſcy mieli pomrzeć ná puſczy. Y żadnego z nich nie zoſtáło, iedno Káleb ſyn Jephone, á Jozue ſyn Nun.

ROZ-

ROZDZIAŁ XXVII.

Práwo o dźiedźiczeniu á przypadkach: Pan Moyżeszowi y śmierć opowiedźiał, y namiástká náznáczył.

1. Y Przyszły corki Sálpháád syná Hepher, syná Gáláád, syná Máchir, syná Mánásse, ktory był synem Josephowym: ktorych są imioná: Máálá, y Noá, y Heglá, y Melchá, y Thersá.

2. Y stáněły przed Moyżeszem y Eleázárem kápłánem y przedewszemi kśiążęty ludu, u drzwi przybytku przymierza, y rzekły:

3. Oćieć nász umárł ná pusczy, á nie był w rozruchu, ktory śię wzburzył przećiw Pánu zá Korego, ále w swym grzechu umárł: ten nie miał mężczyzny synow, przecz ginie imię iego z domu iego, przeto że nie miał syná? Dayćie nam imienie miedzy krewnymi oycá nászego.

4. Y odniosł Moyżesz sprawę ich do sądu Páńskiego.

5. Ktory rzekł do niego:

6. Słuszney rzeczy żądáią corki Sálpháád: day im imienie miedzy krewnymi oycá ich, á niechay po nim ná dźiedźictwo nástąpią.

7. A do synow Izráelowych to mowić będźiesz:

8. Człowiek gdy umrze bez syná, ná corkę spádnie dźiedźictwo:

9. Iesli corki nie miał, będźie miał potomki bráćią swą.

10. A iesliby y bráćiey nie było, daćie dźiedźictwo bráćiey oycá iego.

11. A iesliby áni stryiow miał: dano będźie dźiedźictwo tym, ktorzy mu są nablizszy. Y będźie to synom Izráelowym święte wieczną ustáwą, iáko przykazał Pan Moyżeszowi:

12. Rzekł też Pan do Moyżeszá: Wstąp ná te gorę Abárim, á oglądáy ztámtąd źiemię, ktorą dam synom Izráelowym:

13. A gdy ią oglądasz, poydźiesz y ty do ludu twego, iáko brát twoy Aaron:

14.Ześćie mię obráźili ná pusczy Sin w przećiwieństwie pospolstwá, ániśćie mię chćieli poświęćić przed nim nád wodámi. Te są wody przećiwieństwá w Kádes pustynie Sin.

15. Ktoremu odpowiedźiał Moyżesz:

16. Niech

CAPUT XXVII.

Filiæ Salphaad patris portionem postulant. 1. Jussu Domini impetrant, & lex fertur, ut deficiente prole mascula filiæ succedant in hæreditatem, 7. Prædicitur Moysis moriturus, ubi ex monte Terram promissionis conspexerit. 12. Jubetur pro se constituere Josue ducem populi. 18.

1. ACcesserunt * autem filiæ Salphaad *a*, filii Hepher, filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, qui fuit filius Joseph: quarum sunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Thersa.

2. Steteruntque coram Moyse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi, ad ostium tabernaculi fœderis, atque dixerunt:

3. Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione, quæ *b* concitata est contra Dominum sub Core, sed in peccato suo *c* mortuus est: hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habuit filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri.

4. Retulitque Moyses causam earum ad judicium Domini.

5. Qui dixit ad eum:

6. Justam rem postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hæreditatem succedant.

7. Ad filios autem Israel loqueris hæc:

8. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam ejus transibit hæreditas.

9. Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos.

10. Quod si & fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris ejus.

11. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, qui ei proximi sunt, eritque hoc filiis Israel sanctum *d* lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi.

12. Dixit *e* quoque Dominus ad Moysen: Ascende *f* in montem istum Abarim, & contemplare inde Terram, quam daturus sum filiis Israel.

13. Cumque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, sicut ivit frater tuus Aaron:

14. *g* Quia offendistis me in deserto Sin in contradictione multitudinis, nec sanctificare me *h* voluistis coram ea super aquas. Hæ sunt aquæ contradictionis in Cades deserti Sin.

15. Cui respondit Moyses:

16. Pro-

* Eodem an. 2553.
a Supr. 26. 32. & 33. Infr. 36. 1. Jos. 17. 1.
b Super. 16. 1.
c Seu ob Peccatum murmurationis.
d i. sancitum.
e Eodem. an. 2553.
f Deut. 32. 49.
g Sup 20. 12. Deut. 32. 51.
h Seu glorificare.

16. Provideat Dominus Deus ſpiritum omnis carnis, hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc.

17. Et poſſit exire & intrare *a* ante eos, & educere *b* eos vel introducere *c* : ne ſit populus Domini ſicut oves absque paſtore,

18. Dixitque Dominus ad eum: *d* Tolle Joſue filium Nun, virum, in quo eſt Spiritus, & pone *e* manum tuam ſuper eum.

19. Qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote & omni multitudine :

20. Et dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ *f*, ut audiat eum omnis ſynagoga filiorum Iſrael.

21. Pro hoc, ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet Dominum. Ad verbum ejus egredietur & ingredietur ipſe, & omnes filii Iſrael cum eo, & cætera multitudo.

22. Fecit Moyſes, ut præceperat Dominus Cumque tuliſſet Joſue, ſtatuit eum coram Eleazaro ſacerdote & omni frequentia populi.

23. Et impoſitis capiti ejus manibus, cuncta replicavit, quæ mandaverat Dominus.

a I. regere. *b* i. ad bellum. *c.* in terram. *d* Deut. 3. 21. *e* Hoc ritu ſignificabat Moyſes, ſe poteſtatem ſuam in Joſue transmittere. *f* Dignitatem & auctoritatem Joſue communicabis.

16. Niech opátrzy Pan Bog duchow wſzego ćiáłá, człowieká ktoryby był nád tym zgromádzeniem:

17. Y mogłby wychodźić y wchodźić przed nimi, á wywodźić ie ábo wprowádzáć: áby lud Páńſki nie był, iáko owce bez páſterzá.

18. Y rzekł Pan do niego: Weźmi Iozuego ſyná Nun, mężá w ktorym ie Duch, y włoż rękę twoię nań.

19. Ktory ſtánie przed Eleázárem kápłanem y przedewſzyſtkim mnoſtwem:

20. Y daſz mu przykazánia przed oczymá wſzyſtkich y część chwały twoiey, áby go ſłuchało wſzyſtko zgromádzenie ſynow Izráelowych.

21. Zá niego, ieſli co przyidźie czynić, Eleázár kápłan będźie ſię rádźił Páná. Náſłowo iego będźie wychodźił y wchodźił on, y wſzyſcy ſynowie Izráelowi z nim ſy inſze mnoſtwo.

22. Uczynił Moyżeſz, iáko był Pan roſkazał. Y wźiąwſzy Jozuego, poſtáwił go przed Eleázárem kápłanem, y przed wſzyſtkim mnoſtwem ludu.

23. A włożywſzy ręce ná głowę iego, wſzyſtko powtorzył, co był Pan roſkazał.

CAPUT XXVIII.

Ordo ſacrificiorum conſtituitur, Sacrificia quotidiana, 1. & diei ſeptimi, ſeu ſabbati 9. Calendarum, 11. & in ſolemnitate Azymorum, 18. Hebdomadarum. 26.

1. Dixit quoque Dominus ad Moyſen:

2. Præcipe filiis Iſrael, & dices ad eos, Oblationem meam & panes, & incenſum odoris ſuaviſſimi offerte per tempora ſua *g*.

3. Hæc ſunt ſacrificia, quæ offerre debitis : *h* Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocauſtum ſempiternum;

4. Unum offeretis mane, & alterum ad veſperam :

5. Decimam partem ephi ſimilæ, quæ conſperſa ſit oleo puriſſimo, & habeat *i* quartam partem Hin.

6. Holocauſtum juge eſt, quod obtuliſtis in monte Sinai in odorem ſuaviſſimum incenſi Domini.

7. Et libabitis *k* vini quartam partem Hin per agnos ſingulos in Sanctuario Domini.

8. Al-

g i. ſtatis temporibus. *h* Exod. 29. 38. *i* Sc. olei. *k* Sc. effundetis ad Dei honorem.

ROZDZIAŁ XXVIII.

Opiſuie ofiáry káżdego dniá: Tegodniowe: Mieśiączne: Uroczyſte dwie: Práſnic y Tegodniow.

1. Rzekł też Pan do Moyżeſzá:

2. Roſkaż ſynom Izráelowym, y rzeczeſz do nich: Obiátę moię y chleby, y zapał wonnośći przewdźięczney ofiáruyćie wedle czáſow ſwoich.

3. Te ſą ofiáry ktore ofiárowáć maćie: Báránki roczne niepokaláne dwá ná káżdy dźień ná cáłopalenie wieczne;

4. Iednego ofiáruyćie ráno, á drugiego pod wieczor:

5. Dźieśiątą część Ephy białey mąki, ktoraby rozczyniona byłá oliwą przeczyſtą, y miáłá czwartą część hin.

6. Całopalenie uſtáwiczne ieſt, ktoreśćie ofiárowáli ná gorze Sinai ná wonność przewdźięczną zapału Páńſkiego.

7. A ofiáruiećie winá czwartą część hin do káżdego báránká w świątnicy Páńſkiey.

8. Y

8. Y drugiego báránká tákież ofiáruiećie ku wieczoru wedle wszytkiego porządku ofiáry ráney, y mokrych ofiár iey obiátę przewdźięczney wonnośći Pánu.

9. Ale w dźień sobotni ofiáruyćie dwu báránkow rocznych niepokalánych, y dwie dźieśiąte częśći biáłey mąki oliwą rozczynioney ná ofiárę y mokre ofiáry.

10. Ktore porządnie wylewáią ná káżdą sobotę ná cáłopalenie wieczne.

11. A pierwszego dniá kśiężycá ofiáruiećie cáłopalenie Pánu ćielcow z stádá dwu, báráná iednego, báránkow rocznych śiedm niepokalánych,

12. Y trzy dźieśiąte częśći biáłey mąki oliwą záczynioney ná ofiárę do ćielcá káżdego: y dwie dźieśiąte częśći biáłey mąki oliwą rozczynioney do káżdego báráná:

13. A dźieśiątą część dźieśiątey częśći biáłey mąki z oliwy ná ofiárę do káżdego báránká. Cáłopalenie przewdźięczney wonnośći y zapału iest Pánu.

14. A mokre ofiáry winá, ktore przy káżdey ofierze máią bydź wylewáne, te będą: Połowicá hin do káżdego ćielcá, trzećia część przy báránie, czwarta przy báránku. To będźie cáłopalenie przez wszytkie mieśiące, ktore w obroćie rocznym po sobie nástępuią.

15. Kożieł też ofiárowan będźie Pánu zá grzechy ná cáłopalenie wieczne z mokremi ofiárámi iego.

16. A mieśiącá, pierwszego, czternastego dniá mieśiącá, Pháse Páńskie będźie,

17. A piętnastego dniá uroczyste święto: Śiedm dni przasniki ieść będą.

18. Z ktorych dźień pierwszy chwálebny y święty będźie: wszelkiey roboty służebniczey weń robić nie będźiećie.

19. Y ofiáruiećie zapał całopalenie Pánu, ćielcow z stádá dwu, báráná iednego, báránkow rocznych bez mákuły śiedm:

20. Y obyáty káżdego z nich z białey mąki, ktoraby byłá oliwą zákropiona, trzy dźieśiąte częśći do káżdego ćielcá, á dwie dźieśiąte do báráná,

21. A dźieśiątą część dźieśiątey do káżdego báránká, to iest do śiedmi báránkow.

22. Y kozłá zá grzech iednego, żeby było oćiśćienie zá was,

23. Oprocz cáłopalenia záránnego, ktore záwsze ofiárowáć będźiećie.

24. Ták

8. Alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam, juxta omnem ritum sacrificii matutini, & libamentorum ejus, oblationem suavissimi odoris Domino.

9. *a* Die autem Sabbati offeretis duos agnos anniculos *b* immaculatos, & duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio, & liba.

a Matth. 12. 5.
b Non majores uno anno.

10. Quæ rite funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum.

11. In calendis autem offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos septem immaculatos,

12. Et tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos: & duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes:

13. Et decimam decimæ *c* similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos: holocaustum suavissimi odoris atque incensi est Domino.

c Unum gomor, quod est decima pars ephi, est decima cori.

14. Libamenta autem vini, quæ per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt: media pars Hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum: hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt.

15. Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cum libamentis suis.

16. *d* Mense autem primo, quartadecima die mensis, Phase Domini erit,

d Exodi 12. 18. Levit. 23.

17. Et quintadecima die solemnitas: septem diebus vescentur in azymis.

18. Quarum dies prima venerabilis & sancta erit: omne opus servile non facietis in ea.

19. Offeretisque incensum holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem:

20. Et sacrificia singulorum ex simila, quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem,

21. Et decimam decimæ per agnos singulos; id est, per septem agnos.

22. Et hircum pro peccato unum, ut expietur pro vobis,

23. Præter holocaustum matutinum, quod semper offeretis.

24. Ita

24. Ita facietis per fingulos dies feptem dierum in fomitem ignis *a*, & in odorem fvaviffimum Domino, qui furget de holocaufto, & de libationibus fingulorum.

a q. d. in holocauftum.

25. Dies quoque feptimus celeberrimus & fanctus erit vobis: omne opus fervile non facietis in eo.

26. Dies etiam primitivorum *b*, quando offeretis novas fruges Domino, expletis hebdomadibus *c*, venerabilis & fancta erit: omne opus fervile non facietis in ea.

b Seu novarum frugum *c* i. feptem.

27. Offeretisque holocauftum in odorem fuaviffimum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, & agnos anniculos immaculatos feptem.

28. Atque in facrificiis eorum, fimilæ oleo confperfæ tres decimas per fingulos vitulos, per arietes *d*, duas *e*,

d Singulos. *e* i. decimas.

29. Per agnos decimam decimæ, qui fimul funt agni feptem: hircum quoque,

30. Qui mactatur pro expiatione: præter holocauftum fempiternum & liba ejus.

31. Immaculata offeretis omnia cum libationibus fuis.

24. Ták czynić będźiećie na káżdy dźień z śiedmiu dni ná podniátę ogniá, y ná wonność przewdźięczną Pánu, ktora powftánie z cáłopalenia, y z mokrych ofiar káżdego.

25. Dźień też śiodmy przechwalebny y święty wam będźie: wfzelkiey roboty flużebniczey weń nie uczynićie.

26. Dźień pierwoćin, kiedy yfiáruićie nowe zbożá Pánu, gdy fię wypełnią tegodnie chwálebny y święty będźie: wfzelkiego dźiełá flużebniczego weń czynić nie będźiećie.

27. Y ofiáruiećie cáłopalenie ná wonność przewdźięczną Pánu, ćielcow dwu, báráná iednego, y báránkow rocznych bez zmázy śiedmi:

28. A ná obiátę ich białey mąki oliwą rozczynioney trzy dźieśiąte częśći do ćielcá káżdego, do báránow dwie,

29. Do báránkow dźieśiątą część dźieśiątey częśći, ktorych pofpołu ieft śiedm báránkow: kozłá też,

30. Ktorego zábiiáią ná oczyśćienie: oprocz cáłopalenia wiecznego, y mokrych ofiar iego,

31. Niepokaláne ofiáruiećie wfzytkie y z ich mokremi ofiárámi.

CAPUT XXIX.

Solemnitates menfis feptimi, nempe folemnitas tubarum, 2. Expiationis, 7. Tabernaculorum, quæ octo diebus varias habent oblationes, 12.

1. MEnfis etiam feptimi prima dies venerabilis & fancta erit vobis: omne opus fervile non facietis in ea, quia dies clangoris eft & tubarum.

2. Offeretisque holocauftum in odorem fuaviffimum Domino, vitulum de armento unum, arietem unum, & agnos anniculos immaculatos feptem:

3. Et in facrificiis eorum, fimilæ oleo confperfæ tres decimas per fingulos vitulos, duas decimas per arietem.

4. Unam decimam per agnum, qui fimul funt agni feptem *f*:

f Chald. fic fiet omnibus feptem.

5. Et hircum pro peccato, qui offeretur in expiationem populi,

6. Præterea holocauftum calendarum cum facrificiis fuis, & holocauftum fempiternum cum libationibus folitis; eisdem cæremoniis

ROZDZIAŁ XXIX.

Uroczyfte święta Kśiężycá śiodmego, y ofiáry ktore mieli w nie ofiárowáć, z wftáfzczá święta Kuczek przez ośm dni opifuie.

1. MIeśiącá też śiodmego pierwfzy dźień chwálebny y święty będźie wam. Wfzelkiego dźiełá niewolniczego czynić weń nie będźiećie, bo ieft dźień trąbienia y trąb.

2. Y ofiáruiećie cáłopalenia ná wonność przewdźięczną Pánu, ćielcá z ftádá iednego, báráná iednego, y báránkow rocznych bez zmázy śiedmi:

3. A ná obiáty ich białey mąki oliwą záczynioney trzy dźieśiąte częśći do káżdego ćielcá: dwie dźieśiąte do báráná,

4. A iednę dźieśiątą do báránká, ktorych pofpołu ieft báránkbw śedm.

5. Y kozłá zá grzech, ktorego ofiáruią ná oczyśćienie ludu,

6. Oprocz cáłopalenia ná nowiu kśiężycow y zobiátámi iego, y cáłopalenia wiecznego z zwykłemi ofiárámi mokremi. Temiż obrzędy ofiá-

ofiárowáć będźiećie ná wonność przewdźięczną zapał Pánu.

7. Dźieśiąty też dźień mieśiącá tego śiodmego, będźie wam święty chwalebny, y będźiećie trapić duſze wáſze: wſzelkiego dźiełá niewolniczego czynić weń nie będźiećie,

8. Y ofiáruiećie cáłopalenie Pánu na wonność przewdźięczną, ćielcá z ſtádá iednego, báránkow rocznych bez zmázy śiedmi:

9. A ná obiátę ich białey mąki oliwą rozczynioney trzy dźieśiąte części do ćielcá káždego: dwie dźięśiąte do báráná.

10. A dźieśiątą część dźieśiątey części do káždego báránká, ktorych weſpoł ieſt báránkow śiedm.

11. Y kozłá zá grzech, oprocz tego, co ieſt obyczay ofiárowáć zá wyſtępek ná oczyśćienie, y cáłopalenie wieczne, z obiátą y mokremi ofiárámi ich.

12. A piętnaſtego dniá mieśiącá śiodmego, ktory wam święty y chwalebny będźie, wſzelkiego dźiełá niewolniczego weń czynić nie będźiećie, ále święćić będźiećie święto uroczyſte Pánu śiedm dni.

13. Y ofiáruiećie cáłopalenie ná wonność przewdźięczną Pánu, ćielcow z ſtádá trzynaśćie, báránow dwu, báránkow rocznych bez zmázy czternaśćie:

14. A ná mokre ofiáry ich białey mąki oliwą záczynioney, trzy dźieśiąte części do ćielcá káždego, ktorych poſpołu ieſt ćielcow trzynaśćie, á dwie dźieśiąte części báránow iednemu, to ieſt, poſpołu báránom dwiemá:

15. A dźieśiątą część dźieśiątey części káždemu báránkowi, ktorych poſpołu ieſt báránkow czternáśćie,

16. Y kozłá zá grzech, oprocz cáłopalenia wiecznego, y obiáty, y mokrey ofiary iego.

17. Drugiego dniá ofiáruiećie ćielcow z ſtádá dwánáśćie, báránow dwu, báránkow rocznych bez zmázy czternáśćie:

18. Y obiáty, y mokre ofiáry káždego, do ćielcow, y báránow, y báránkow porządnie odpráwowáć będźiećie:

19. Y kozłá zá grzech, oprocz cáłopalenia wiecznego, y obiáty, y mokrey ofiáry iego.

20. Dniá trzećiego ofiáruiećie ćielcow iedennaśćie, báránow dwu, báránkow rocznych bez zmázy czternaśćie:

21. Y obiáty, y mokre ofiáry káždego, do ćielcow, y báránow, y báránkow, porządnie odpráwowáć będźiećie:

22. Y

moniis offeretis in odorem ſuaviſſimum incenſum Domino.

7. *a* Decima quoque dies menſis hujus ſeptimi erit vobis ſancta atque venerabilis, & affligetis *b* animas veſtras; omne opus ſervile non facietis in ea.

a Lev. 16. 29. & 23. 7.

b Sc. Jejunio.

8. Offeretisque holocauſtum Domino in odorem ſuaviſſimum, vitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos ſeptem:

9. Et in ſacrificiis eorum, ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos, duas decimas per arietem:

10. Decimam decimæ per agnos ſingulos, qui ſunt ſimul agni ſeptem:

11. Et hircum pro peccato, absque his, quæ offerri pro delicto ſolent in expiationem, & holocauſtum ſempiternum, cum ſacrificio & libaminibus eorum.

12. Quintadecima vero die menſis ſeptimi, quæ vobis ſancta erit atque venarabilis, omne opus ſervile non facietis in ea, ſed celebrabitis ſolemnitatem *c* Domino ſeptem diebus:

c Tabernaculorum.

13. Offeretisque holocauſtum in odorem ſuaviſſimum Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

14. Et in libamentis eorum, ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per vitulos ſingulos, qui ſunt ſimul vituli tredecim: & duas decimas arieti uno, id eſt, ſimul arietibus duobus,

15. Et decimam decimæ *d* agnis ſingulis, qui ſunt ſimul agni quatuordecim:

d Sc. unum gomor. Sup. 18. v. 13.

16. Et hircum pro peccato, absque holocauſto ſempiterno, & ſacrificio, & libamine ejus.

17. In die altero *e* offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

e i ſecundo.

18. Sacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

19. Et hircum pro peccato, absque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque & libamine ejus.

20. Die tertio offeretis vitulos undecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

21 Sacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

22. Et

22. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque & libamine ejus.

23. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

24. Sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

25. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus & libamine.

26. Die quinto offeretis vitulos novem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

27. Sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

28. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus & libamine.

29. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

30. Sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

31. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno: sacrificioq; ejus & libamine.

32. Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

33. Sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

34. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus & libamine.

35. Die octavo, qui est celeberrimus *a*, omne opus servile non facietis.

36. Offerentes holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulum unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem:

37. Sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis:

38. Et hircum pro peccato, absque *b* holocausto sempiterno, sacrificioque ejus & libamine.

39. Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris: præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis.

a Chald. collecta seu congregatio populi.

b Hoc est, præter juge sacrificium duorum agnorum. Tirin.

22. Y kozłá zá grzech, oprocz cáłopalenia wiecznego, y obiáty, y mokrey ofiáry iego.

23. Dniá czwartego ofiáruiećie ćielcow dźieśięć, báránow dwu, báránkow rocznych bez zmázy czternaśćie:

24. Y obiáty, y mokre ofiáry káżdego, do ćielcow, y báránow, y báránkow, porządnie odpráwowáć będźiećie:

25. Y kozłá zá grzech, oprocz cáłopalenia wiecznego, y obiáty iego, y mokrey ofiáry.

26. Dniá piątego ofiáruiećie ćielcow dźiewięć, báránow dwu, báránkow rocznych bez zmázy czternáśćie:

27. Y obiáty, y mokre ofiáry káżdego, do ćielcow, y báránow, y báránkow, porządnie odpráwowáć będźiećie,

28. Y kozłá zá grzech, oprocz cáłopalenia wiecznego, y obiáty iego, y mokrey ofiáry.

29. Dniá szostego ofiáruiećie cielcow ośm, báránow dwu, báránkow rocznych bez zmázy czternaśćie:

30. Y obiáty, y mokre ofiáry káżdego, do ćielcow, y báránow, y báránkow, porządnie odpráwowáć będźieśie:

31. Kozłá też zá grzech, oprocz cáłopalenia wiecznego, y obiáty iego, y mokrey ofiáry.

32. Dniá śiodmego ofiáruiećie cielcow śiedm, y báránow dwu, báránkow rocznych bez zmázy czternaśćie,

33. Y obiáty, y mokre ofiáry káżdego, do ćielcow, y báránow, y báránkow, porządnie odpráwowáć będźiećie:

34. Y kozłá zá grzech, oprocz cáłopalenia wiecznego, y obiáty iego, y mokrey ofiáry.

35. Dniá ośmego, ktory iest przechwalebny, wszelkiego dźiełá służebniczego czynić nie będźiećie,

36. Ofiáruiąc cáłopalenie ná wonność przewdźięczną Pánu, ćielcá iednego, báráná iednego, báránkow rocznych bez zmázy śiedm:

37. Y obiáty, y mokre ofiáry káżdego, do ćielcow, y báránow, y báránkow, porządnie odpráwowáć będźiećie,

38. Y kozłá zá grzech, oprocz cáłopalenia wiecznego, y obiáty iego, y mokrey ofiáry.

39. To ofiárowáć będźiećie Pánu ná uroczyste świętá wásze: oprocz ślubow y dobrowolnych ofiar wászych wcáłopaleniu, wybráne w mokrey ofiárze, y ofiárách zapokoynych.

ROZDZIAŁ XXX.

O ślubie y Przyśiędze Męſkiey: á kiedy ślub álbo przyśięgá Pánien, álbo żon waży, álbo nie waży.

1. Y Powiedźiał Moyżeſz ſynom Izráelowym wſzytko, co mu Pan był roſkazał:

2. Y mowił do kśiążąt pokolenia ſynow Izráelowych: Tá ieſt mowá, ktorą Pan przykazał:

3. Ieſli ktory mąż ſlubi Pánu, ábo ſię obowiąże przyśięgą: nie złamie ſłowá ſwego, ále wſzyſtko, co obiecał, wypełni.

4. Białagłowá ieſliby co ſlubiłá á przyśięgą ſię obowiązáłá, ktora ieſt w domu oycá ſwego, y w lećiech ieſcze dźiewczęcych, ieſli ſię dowie oćiec o ſlubie ktory obiecáłá, y o przyśiędze ktorą obowiązáłá duſzę ſwą, á będźie milczał, ſlubu winná będźie:

5. Cokolwiek obiecáłá y przyśięgłá, ſkutkiem wypełni.

6. Ale ieſliby záraz ſkoro uſłyſzał był przećiw temu oćiec, y ſluby y przyśięgi iey ważne nie będą, áni winná będźie obietnice, przeto iż oćiec był przećiw temu.

7. Ieſli będźie miáłá mężá, y ſlubiłáby co, á ſłowo by raz z uſt iey wyſzedſzy duſzę iey przyśięgą obowiązáło:

8. Ktorego dniá mążby uſłyſzał, y nie ſprzećiwił ſię, ſlubu winná będźie, y odda, cokolwiek obiecáłá.

9. Ale ieſliby uſłyſzawſzy záraz ſię ſprzećiwił, y wniwecz obroćił obietnice iey, y ſłowá ktoremi obowiązáłá duſzę ſwoię, miłośćiw iey będźie Pan.

10. Wdowá y odrzucona cokolwiek ſlubią, oddádzą.

11. Zoná w domu mężá, gdy ſię ſlubem obowiąże y przyśięgą,

12. Ieſliby uſłyſzał mąż á milczał áni ſię ſprzećiwił obietnicy, odda, cokolwiek obiecáłá.

13. Ale ieſliby ſię wnet ſprzećiwił: nie będźie winná obietnice, bo ſię mąż ſprzećiwił: á Pan iey miłośćiw będźie.

14. Ieſliby ſlubiłá y przyśięgą ſię obowiązáłá, żeby poſtem ábo innych rzeczy ſtrzymániem trápiłá duſzę ſwoię: ná woley mężá będźie, żeby czyniłá, ábo nie czyniłá.

15. Ieſliby uſłyſzawſzy mąż zámilczał, á do drugiego dniá odłożył zdánie: cokolwiek byłá

CAPUT XXX.

De voto ac juramento virorum, 1. Quando puellarum ſeu filiarum, 6. & quando uxorum rata ſint, vel irrita. 9.

1. NArravitque Moyſes filiis Iſrael omnia, quæ ei Dominus imperarat:

2. Et locutus eſt ad principes tribuum filiorum Iſrael: Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus:

3. Si quis virorum votum Domino voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento: non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne, quod promiſit, implebit.

4. Mulier ſi quidpiam voverit, & ſe conſtrinxerit juramento, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari: ſi cognoverit pater votum, quod pollicita eſt, & juramentum, quo obligavit animam ſuam, & tacuerit, voti rea *a* erit:

5. Quidquid pollicita eſt & juravit, opere complebit.

6. Sin autem, ſtatim ut audierit, contradixerit pater: & vota & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eo quod contradixerit pater.

7. Si maritum habuerit, & voverit aliquid, & ſemel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit juramento:

8. Quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque, quodcumque promiſerat.

9. Sin autem audiens ſtatim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes ejus, verbaque quibus obſtrinxerat animam ſuam: propitius erit *b* ei Dominus.

10. Vidua & repudiata, quidquid voverint, reddent:

11. Uxor in domo viri, cum ſe voto conſtrinxerit & juramento,

12. Si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit ſponſioni, reddet, quodcumq; promiſerat.

13. Sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promiſſionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit.

14. Si voverit, & juramento ſe conſtrinxerit, ut per jejunium, vel cæterarum rerum abſtinentiam, affligat animam ſuam, in arbitrio viri erit, ut faciat, ſive non faciat.

15. Quod ſi audiens vir tacuerit, & in alteram diem diſtulerit ſententiam: quidquid vove-

a Seu obligata.

b Non indignabitur uxori, ſi non ſervet votum a marito irritatum.

voverat, atque promiserat, reddet: quia, statim ut audivit, tacuit.

16. Sin autem contradixerit, postquam rescivit, portabit ipse iniquitatem *a* ejus.

a i pœnam, si impediat voti expletionem.

17. Istæ sunt leges, quas constituit Dominus Moysi, inter virum & uxorem, inter patrem & filiam, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

CAPUT XXXI.

Cæsis Madianitis virgines solæ reservantur, 7. reduces ex pugna expiantur, 19. Substantia ex æquo dividitur pugnantibus & plebi, 25. primitiæ Sacerdoti ac Levitis traduntur. 28. Pretiosa ex auro, & gratiæ Deo offeruntur, 48.

* Ann. M. 2553. Ant. Chr. 1451.

1. LOcutusque est * Dominus ad Moysen, dicens:

2. Ulciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum.

3. Statimque Moyses, *b* Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint ultionem Domini expetere de Madianitis.

b Sup. 25. 17.

4. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellum.

5. Dederuntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim millia expeditorum ad pugnam;

6. Quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasa quoque sancta, & *c* tubas ad clangendum tradidit ei.

c Et, significat, id est, ut alibi sæpe.

7. Cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt.

8. *d* Et reges eorum, Evi, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe, quinque principes gentis: Balaam *e* quoque filium Beor, interfecerunt gladio.

d Jos. 13. 21.

e Sc. vel redierat, vel solum recesserat in locum i. hospitium suum, Aug. in Num. q. 61.

9. Ceperuntque mulieres eorum, & parvulos omniaque pecora, & cunctam supellectilem: quidquid habere potuerant, depopulati sunt:

10. Tam urbes quam viculos & castella flamma consumpsit.

11. Et tulerunt prædam, & universa, quæ ceperant tam ex hominibus quam ex jumentis

12. Et adduxerunt ad Moysen, & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israel: reliqua autem utensilia portaverunt ad castra in campestribus Moab juxta Jordanem contra Jericho.

13. Egres-

łá ślubiłá, y obiecáłá, oddá: ponieważ skoro usłyszał, zámilczał.

16. Lecz iesli był przeciw temu, iáko się dowiedźiał: on poniesie nieprawość iey.

17. Te są práwá, ktore ustáwił Pan Moyżeszowi miedzy mężem y żoną, miedzy oycem y corką, ktora iest iescze w lećiech dźiewczynych, ábo ktora mieszka w oycowskim domu.

ROZDZIAŁ XXXI.

Porážiwszy Mádyáńczyki, sáme tylko Pánny záchowáli: Plony w rowny dźiał dáno miedzy wálecznikí, y pospolstwo: Pierwoćiny Kápłánom y Lewitom z nich oddźieldią y dáry Pánu dźiękuiąc ofiáruią hoyne.

1. Y Mowił Pan do Moyżeszá rzekąc:

2. Pomśći się pierwey krzywdy synow Izráelowych nád Mádiánitámi, y ták zebran będźiesz do ludu twego.

3. Y wnet Moyżesz: Uzbroyćie, pry, z was męże ku bitwie, ktorzyby mogli uczynić pomstę Páńską nád Mádiánity,

4. Tyśiąc mężow z káždego pokolenia niech będźie wybránych z Izraelá, ktorzyby posłáni byli ná woynę.

5. Y wypráwili po tyśiącu z káždego pokolenia, to iest, dwánaśćie tyśięcy gotowych do bitwy:

6. Ktore posłał Moyżesz z Phineysem synem Eleázárá kápłaná: naczynie też święte y trąby ná trąbienie dał mu.

7. Y podkawszy się z Mádyáńczyki y zwyćiężywszy ie, wszytkę mężczyznę pobili,

8. Y Krole ich, Ewi, y Recem, y Sur, y Hur, y Rebe, pięć kśiążąt narodu: Báláámá też syná Beorowego mieczem zábili.

9. Y pobráli niewiásty y dźiatki ich, y wszystko bydło, y wszytek sprzęt, cokolwiek mogli mieć, splądrowáli:

10. Ták miástá iáko wśi y miásteczká ogień pożárł.

11. Y pobráli plony, y wszytko co poimáli ták z ludźi iáko z bydłá:

12. Y przywiedli do Moyżeszá, y Eleázárá kápłaná, y do wszytkiego zgromádzenia synow Izráelowych. Inny lepak státek zniesli do obozu ná polách Moáb nád Jordanem przećiwko Jerychu.

13. Y

13. Y wyszli Moyżesz y Eleázár kápłan, y wszyscy przełożeni Synágogi przećiwko im z obozu.

14. Y rozgniewány Moyżesz ná Hetmany woyská, ná tyśiączniki y ná setniki, ktorzy byli przyszli z woyny,

15. Rzekł: Czemuśćie niewiásty záchowáli?

16. Záż nie te są, ktore zwiodły syny Izráelowe zá poduszczeniem Báláámowym, y przywiodły was ku zgrzeszeniu przećiw Pánu grzechem Phogor, prze co y lud iest pokarán?

17. A ták wsytkie zábiyćie, cokolwiek iest mężczyzny y miedzy dźiećmi: y niewiásty ktore iuż poznáły męże w złączeniu, pozábiiayćie:

18. A dźieweczki y wszystkie białegłowy pánny záchowayćie sobie:

19. A mieszkayćie śiedm dni zá obozem. Ktoby zábił człowieká, ábo się dotknął zábitego, oczyśćion będźie dniá trzećiego y śiodmego.

20. Y wszytek łup bądźby szátá byłá, bądź naczynie, y coby ku używániu zgotowano było, ze skor kożich y śierći y drzewá, będźie oczyśćiono.

21. Eleázár też kápłan do mężow woyská, ktorzy się potykáli, ták mowił: To iest przykazánie zakonu, ktore roskazał Pan Moyżeszowi:

22. Złoto y srebro, y miedź, y żelázo, y ołow, y cená,

23. Y wszystko, co może przeyść przez płomień, ogniem się oczyśći: á cokolwiek ogniá strzymáć nie może, wodą oczyśćienia będźie poświęcono:

24. Y wymyiećie száty wásze dniá śiodmego, á oczyśćieni potym do obozu wnidźiećie.

25. Rzekł też Pan do Moyżeszá:

26. Weźmićie summę tego, co poimano od człowieká áż do bydlęćiá, ty y Eleázár kápłan y przełożeni pospolstwá:

27. Y w rowny dźiał rozdźielisz korzyść miedzy te, ktorzy się potykáli y wyszli na woynę, y miedzy wszytek inny lud pospolity.

28. Y oddźielisz część Pánu od tych, ktorzy walczyli y byli ná woynie, iednę duszę z piąćiu set, ták z ludźi iáko y z wołow y osłow y owiec,

29. Y dasz ią Eleázárowi kápłanowi, bo pierwoćiny Páńskie są.

13. Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ in occursum eorum extra castra.

15. Abowiem Bog zawiſny, Pan Bog twoy w pośrzodku ćiebie: by ſię kiedy nie rozgniewáłá zápálczywość Páná Bogá twego przećiw tobie, á nie zniosł cię z wierzchu źiemie.

16. Nie będźieſz kuśił Páná Bogá twego, iákoś kuśił ná mieyſcu kuſzenia.

17. Strzeż

1. HÆc ſunt præcepta, & cæremoniæ, atque judicia, quæ mandavit * Dominus Deus veſter, ut docerem vos, & faciatis ea in Terra, ad quam transgredimini poſſidendam:

2. Ut timeas Dominum Deum tuum, & cuſtodias omnia mandata & præcepta ejus, quæ ego præcipio tibi, filiis ac nepotibus tuis, cunctis diebus vitæ tuæ, ut prolongentur dies tui.

3. Audi Iſrael, & obſerva, ut facias, quæ præcepit tibi Dominus, & bene ſit tibi, & multipliceris amplius *a*, ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem.

4. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt.

5. Diliges *b* Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

6. Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo:

7. Et narrabis *c* ea filiis tuis, & meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens.

8. Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & movebuntur inter oculos tuos *d*,

9. Scribesque ea in limine & oſtiis domus tuæ.

10. Cumque introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, pro qua juravit patribus tuis, Abraham, Iſaac & Jacob: & dederit tibi civitates magnas & optimas, quas non ædificaſti:

11. Domos plenas cunctarum opum, quas non extruxiſti, ciſternas, quas non fodiſti, vineta & oliveta, quæ non plantaſti,

12. Et comederis, & ſaturatus fueris:

13. Cave diligenter, ne obliviſcaris Domini, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſervitutis. *e* Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies, ac per nomen illius jurabis.

14. Non ibitis poſt deos alienos cunctarum Gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt:

15. Quoniam Deus æmulator *f* Dominus Deus tuus in medio tui: nequando iraſcatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de ſuperficie terræ.

16. Non *g* tentabis Dominum Deum tuum, ſicut tentaſti in loco tentationis *h*.

17. Cu-

* Eodem A. Mun. 2555. menſe 11. an. 40. ab exitu.

a Chald. valde.

b Infr. 11. 13. Matth. 22. 37. Marc. 12. 30. Luc. 10. 27.

c Heb. inculcabis, repetes.

d Paraboliće, hoc eſt, ne eorum unquam obliviſcaris.

e Infr. 10. 20. Matt. 4. 10. Luc. 4. 8.

f I. vult ſolus coli ut Deus.

g Matth. 4. 7. Luc. 4. 13.

h Exod. 17. 7.

17. Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia & cæremonias, quas præcepit tibi:

18. Et fac, quod placitum *a* est & bonum in conspectu Domini, ut bene sit tibi: & ingressus possideas terram optimam, de qua juravit Dominus patribus tuis:

19. Ut deleret omnes inimicos tuos coram te, sicut locutus est.

20. Cumque interrogaverit te filius tuus cras *b*, dicens: Quid sibi volunt testimonia hæc, & cæremoniæ, atque judicia, quæ præcepit Dominus Deus noster nobis:

21. Dices ei: Servi eramus Pharaonis in Ægypto, & duxit nos Dominus de Ægypto in manu forti:

22. Fecitque signa atque prodigia magna & pessima in Ægypto contra Pharaonem, & omnem domum illius, in conspectu nostro,

23. Et eduxit nos inde, ut introductis daret terram, super qua juravit patribus nostris.

24. Præcepitque nobis Dominus, ut faciamus omnia legitima *c* hæc, & timeamus Dominum Deum nostrum, ut bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ *d* sicut est *e* hodie.

25. Eritque nostri misericors *f* si custodierimus, & fecerimus omnia præcepta ejus coram Domino Deo nostro, sicut mandavit nobis.

a Chald. rectum.
b i. futuris temporibus
c Chald. præcepta.
d 70. ut vivamus.
e Apparet.
f Habr. misericordia nobis. Chald præmium.

17. Strzeż przykazánia Páná Bogá twego, y świádectw y Céremoniy, ktoreć przykazał:

18. A czyń to, co się podoba y co dobre iest przed oczymá Páńskimi, á byś się miał dobrze: á wszedszy pośiadł źiemię bárzo dobrą, o ktorą przyśiągł Pan oycom twoim,

19. Że miał wygłádźić wszystkie nieprzyiaćioły twe przed tobą, iáko powiedźiał.

20. A gdy ćię zopyta syn twoy iutro mowiąc: Co znáczą te świádectwá y Céremonię, y sądy, ktore nam przykazáł Pan Bog nász?

21. Rzeczesz mu: Byliśmy niewolnikámi Pháráonowymi w Ægyptćie, y wywiodł nas Pan z Ægyptu mocną ręką:

22. Y czynił znáki y cudá wielkie á bárzo zle w Ægyptćie przećiw Pháráonowi y wszystkiemu domowi iego, przed oczymá nászemi,

23. Y wywiodł nas z onąd, áby w prowádzonym dał źiemię, o ktorą przyśiągł oycom nászym.

24. Y przykazał nam Pan, żebyśmy czynili wszystkie te práwá, y bali się Páná Bogá nászego, żeby nám było dobrze po wszystkie dni żywotá nászego, iáko iest dźiś.

25. Y będźie nam miłośćiw, ieśli będźiem strzedz y czynić wszystkie przykazania iego przed Pánem Bogiem nászym, iáko nam roskazał.

CAPUT VII.

Nulla cum gentibus societas contrahenda, sed earum aræ, luci ac simulacra delenda: 1. Memorans Dei beneficia promittit ejus præcepta observantibus, ubertatem, 12. Et divinum auxilium contra Chananæos. 18.

1. CUm introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingrederis, & deleverit Gentes multas coram te, *g* Hethæum, & Gergezeum, & Amorrhæum, Chananæum, & Pherezæum, & Hevæum, & Jebusæum, septem Gentes multo majoris numeri quam tu es, & robustiores te:

2. Tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas usque ad internecionem. *h* Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum,

3. Neque sociabis cum eis conjugia. Filiam tuam non dabis filio ejus; nec filiam illius accipies filio tuo:

Eodem An. M. 2553. mense 11. Anno 40. ab exitu.
g Exod. 23. 23. & 33. 2.
h Exod. 23. 32. 34. & 15. 16.

ROZDZIAŁ VII.

Zákazuie stowárzyszenia Pogány, y owszem Ołtarze, Lásy; Báłwány wytráćić roskázuie, obiecuiąc gotową pomoc Páńską, y obsitość ná wszystkim, gdźieby Przykazánia iego strzegli y czynili.

1. GDy ćię w wiedźie Pan Bog twoy do źiemie, do ktorey wchodźisz, ábyś ią pośiadł, á wygłádźi wiele narodow przed tobą, Heteyczyká, y Gergezeyczyká, y Amorrheyczyká, Chánáneyczyká, y Pherezeyczyká, y Heweyczyká, y Iebuzeyczyká, śiedm narodow dáleko więtszey liczby niż ty iesteś, y mocnieyszych nád ćię:

2. Y gdy ie Pan Bog twoy podda tobie, wybiiesz ie do sczętu. Nie weźmiesz z nimi przymierza, áni się zlituiesz nád nimi, áni się małżeństwy znimi złączáć będźiesz.

3. Corki twey nie dász synowi iego, áni corki iego weźmiesz synowi twemu;

4. Bo zwiedźie ſyná twego, że nie poydźie zá mną, ále ráczey áby ſłużył cudzym bogom. Y rozgniewa ſię zapálcywość Páńſká, y wygłádźi ćię prędko.

5. Ale owſzem to im uczyńićie: Ołtarze ich wywroććie, y bálwány po kruſzćie, y gáie wyrąbayćie, y ryćiny popalćie.

6. Boś ieſt lud święty Pánu Bogu twemu. Ciebie obrał Pan Bog twoy, ábyś mu był ludem oſobliwym, że wſzytkich ludow, ktorzy ſą ná źiemi.

7. Nieprzetoć żeśćie wſzyſtkie narody liczbą przechodźili, do was ſię przyłączył Pan, y obrał was, gdyż was mniey ieſt, niżli wſzytkich ludow:

8. Ale iż was Pan umiłował, y ſtrzegł przyśięgi, ktorą przyśiągł oycom wáſzym. Y wywiodł was mocną ręką, y wykupił z domu niewoley, z ręki Pháráoná krolá Ægyptſkiego.

9. Y będźieſz wiedźiał, że Pan Bog twoy ſam ieſt Bog mocny y wierny, ſtrzegąc przymierza y miłośierdźia tym, ktorzy go miłuią, y tym ktorzy ſtrzegą przykazánia iego, do tyśiącá rodzáiow:

10. A oddáiący nienawidzącym go záraz, ták że ie wytráći, y dáley nie odłoży, tudźieſz im oddawáiąc co záſłużyli.

11. Przetoż ſtrzeż przykazań, y cęremoniy, y ſądow, ktore ia tobie dźiś roſkázuię, ábyś czynił.

12. Ieſli uſłyſzawſzy te ſądy będźieſz ich záchował y czynił, będźie ſtrzegł y Pan Bog twoy przymierza tobie y miłośierdźia, ktore przyśiągł oycom twoim:

13. Y umiłuie ćię, y rozmnoży, y będźie błogoſłáwił owocowi żywotá twego, y owocowi źiemie twoiey, zbożu twemu, y zbieraniu winá, oliwie, y ſtádom, trzodom owiec twoich ná źiemi, zá ktorą przyśiągł oycom twym, żeby ią dał tobie.

14. Błogoſłáwiony będźieſz miedzy wſzyſtkimi narody. Nie będźie u ćiebie niepłodnego oboiey płći, ták w ludźiach iáko y w trzodách twoich.

15. Odeymie Pan od ćiebie wſzelką niemoc, y chorob Ægyptſkich bárzo złych, ktore znaſz, nieprzepuśći ná ćię, ále ná wſzytkie nieprzyiáćiołu twoie.

16. Pożrzeſz wſzytkie narody, ktore Pan Bog twoy da tobie. Nie złolguie im oko twoie,

4. Quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me, & ut magis ſervias diis alienis: iraſceturque furor Domini, & delebit te cito.

5. Quin potius hæc facietis eis: *a* Aras eorum ſubvertite, & confringite ſtatuas, lucosque ſuccidite, & ſculptilia comburite.

6. Quia *b* populus ſanctus es Domino Deo tuo. *c* Te elegit Dominus Deus tuus, ut ſis ei populus peculiaris de *d* cunctis populis, qui ſunt ſuper terram.

7. Non quia cunctas Gentes numero vincebatis, & vobis junctus eſt *e* Dominus, & elegit vos, cum omnibus ſitis populis pauciores:

8. Sed quia dilexit vos Dominus, & cuſtodivit *f* juramentum, quod juravit patribus veſtris: eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo ſervitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti.

9. Et ſcies, quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & his, qui cuſtodiunt præcepta ejus in mille *g g* generationes:

10. Et reddens *h* odientibus ſe ſtatim, ita ut diſperdat eos, & ultra non differat, protinus eis reſtituens, quod merentur.

11. Cuſtodi ergo præcepta & cæremonias atque judicia, quæ ego mando tibi hodie, ut facias.

12. Si, poſtquam audieris hæc judicia, cuſtodieris ea, & feceris, cuſtodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi, & miſericordiam, quam juravit prtribus tuis:

13. Et diliget te ac multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ovium tuarum ſuper Terram, pro qua juravit patribus tuis ut daret eam tibi.

14. Benedictus eris inter *i* omnes populos. Non *k* erit apud te ſterilis utriusque ſexus, tam in hominibus quam in gregibus tuis.

15. Auferet Dominus a te omnem languorem: & infirmitates Ægypti peſſimas, quas noviſti, non inferet tibi, ſed cunctis hoſtibus tuis.

16. Devorabis *l* omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. Non par-

a Exod 23. Infr. 12. 3. & 16. 21.
b Infr. 14. 2.
c Infr. 23. 18.
d Chald. 70. præ cunctis.
e i Complexus eſt, Chald. complacuit in vobis.
f Servavit.
g i. plurimas.
h Sc. pœnam.
i Chald. ſuper.
k Exod. 23. 26 Hæc verba non continent præceptum, ſed ad ſolam benedictionem pertinent.
l Chald. conſumes.

 cet

cet eis oculus tuus, nec ſervies diis eorum, ne ſint in ruinam tui.

17. Si dixeris in corde tuo: Plures ſunt gentes iſtæ quam ego, quomodo potero delere eas?

18. Noli metuere, ſed recordare, quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, & cunctis Ægyptiis.

19. Plagas maximas, quas viderunt oculi tui, & ſigna, atque portenta, manumque robuſtam, & extentum brachium, ut educeret te Dominus Deus tuus: ſic faciet cunctis populis, quos metuis.

20. Inſuper *a* & crabrones *b* mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes, atque diſperdat, qui te fugerint, & latere potuerint.

a Exod. 23. 28. Joſ. 24. 12
b Sc. muſcas crudeles & venenatas.

21. Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui eſt, Deus magnus & terribilis:

22. Ipſe conſumet nationes has in conſpectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter *c*: ne forte multiplicentur contra te beſtiæ terræ *d*.

c Hebr. cito,
d i feræ.

23. Dabitque eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo; & interficiet illos, donec penitus deleantur.

24. Tradetque reges eorum in manus tuas, & diſperdes nomina eorum ſub cœlo: nullus poterit reſiſtere tibi, donec conteras eos.

25. Sculptilia *e* eorum igne combures: non concupiſces argentum & aurum, de quibus facta ſunt, neque aſſumes ex eis tibi quidquam, ne offendas *f*, propterea quia abominatio eſt Domini Dei tui.

e 2. Mac. 12. 40.
f Hebr. ne illaqueeris.

26. Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema *g*, ſicut & illud eſt. Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis, & velut inquinatum ac ſordes abominationi habebis, quia anathema eſt *h*.

g i. abominatio Deo.
h Seu debet deſtrui.

CAPUT VIII.

Pergit Moyſes hortari ad obſervantiam divinorum mandatorum. Propter accepta beneficia inter afflictiones, quas Dominus eis in deſerto immiſerat, ne Dei fiant immemores. 1. Propter beneficia accipienda in terra Chanaan, 7. Propter ſtatuta transgreſſoribus ſupplicia, 19.

1. OMne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie *i*, cave *k* diligenter, ut facias, ut poſſitis vivere, & multiplicemini, ingreſſique poſſideatis Terram, pro qua juravit Dominus patribus veſtris.

i Eodem Anno M. 3553. menſe 11. anno 40. ab exitu.
k Pro, vide.

2. Et

twoie, áni będźieſz ſłużył bogom ich, ábyć nie byli ku upadku twemu.

17. Ieſlibyś rzekł w ſercu twoim: Więcey ieſt narodow tych niżeli mnie, iákoż ie będę mogł wygłádźić?

18. Nie boy ſię, ále pomni co uczynił Pan twoy Pháráonowi, y wſzytkim Ægyptiánom,

19. Plagi bárdzo wielkie, ktore widźiáły oczy twoie, y znáki y cudá, y rękę mocną y rámię wyćiągnione, áby ćię wywiodł Pan Bog twoy. Tákże uczyni wſzytkim ludom, ktorych ſię boiſz.

20. Nád to y śierſzenie poſle Pan Bog twoy ná nie, áż wygłádźi wſzytkie y wytráci ktorzyby ſię przed tobą wybiegáli, y zátáić ſię mogli.

21. Nie będźieſz ſię ich bał, bo Pan Bog twoy ieſt w pośrzodku ćiebie, Bog wielki y ſtráſzny:

22. On wyniſczy te narody przed oczymá twemi polekku y potroſze. Nie będźieſz ich mogł rázem wygłádźić: by ſię ſnać nie námnożyło przećiwko tobie beſtiy źiemie.

23. Y da ie Pan Bog twoy przed oczymá twemi, y pobiie ie áż wyginą do ſczętu.

24. Y poda krole ich w ręce twoie, y wytráćiſz imioná ich pod niebem: żadenći ſię nie będźie mogł ſprzećiwić, áż ie zetrzeſz.

25. Ryćiny ich ogniem popaliſz: nie będźieſz pożądał ſrebrá y złotá, z ktorego ſą uczynione, áni weźmieſz nic ſobie z nich, ábyś ſię nie potknął dla tego, że obrzydłość ieſt Páná Bogá twego.

26. Ani w nieśieſz z báłwáná do domu twego, byś ſię nie zſtał przeklęctwem, iáko y on ieſt. Iáko ſproſnośćią brzydźić ſię będźieſz, y iáko ſplugáwienie y ſmrod omierźiſz ſobie, bo przeklęctwem ieſt.

ROZDZIAŁ VIII.

Przypomina Zydom utrapienia y Dobrodźieyſtwá, ktore im Pan ná puſzczy czynił: áby y tych, y Páná Bogá ſwego niezápomináli.

1. WSzelkie roſkazánie, ktore ia dźiś przykázuię tobie, ſtrzeż pilnie, ábyś czynił: ábyśćie mogli żyć, y rozmnożeni byli, y wſzedſzy pośiedli źiemię, o ktorą przyśiągł Pan oycom wáſzym.

przez

2. Y pomnieć będźiesz ná wszytkę drogę, przez ktorą ćię przyprowádźił Pan Bog twoy przez czterdźieśći lat po pusczy, áby ćię trapił y doświádczył, á żeby wiádomo było, co w sercu twoim tkwiáło, ieslibyś strzegł przykazánia iego, czyli nie.

3. Trapił ćię niedostátkiem, y dałći pokarm mannę, ktoreyeś nie znał ty y oycowie twoi: ábyć okazał, iż nie samym chlebem żyie człowiek, ále wszelkim słowem, ktore wychodźi z ust Páńskich.

4. Odźienie twoie, ktorymeś się odźiewał, námniey nie zwiotszáło, y nogá twoiá nie stárłá się. Oto czterdźiesty rok iest.

5. Abyś rozmyślił w sercu twoim, iż iáko człowiek ćwiczy syná swego, ták Pan twoy ćwiczył ćiebie,

6. Abyś strzegł przykazánia Páná Boga twego, y chodźił drogámi iego, y bał się go.

7. Abowiem Pan Bog twoy wprowádźi ćię do źiemie dobrey, źiemie strumieni y wod y źrzodeł: ná ktorey polách y gorách wynikáią rzek głębokośći:

8. Źiemię pszenice, ięczmieniá, y winnic, w ktorey figi y pomágránaty, y oliwnice się rodzą: źiemię oliwy y miodu.

9. Gdźie bez wszego niedostátku będźiesz iadł chleb twoy, y wszytkich rzeczy dostátku záżywáć będźiesz: ktorey kámienie są żelázo, á z gor iey kruszce miedźi kopáią:

10. Abyś, gdy będźiesz pożywał y násyćisz się, błogosłáwił Páná Bogá twego zá źiemię niepospolitą, ktorąć dał.

11. Pilnuyże á strzeż się, ábyś kiedy nie zápomniał Páná Bogá twego, á nie zániedbał przykazánia iego, y sądow, y Ceremoniy, ktore ia dźiś przykázuię tobie:

12. By zás gdy się náiesz y násyćisz, domow pięknych nábuduiesz, y námieszkasz się w nich,

13. Y będźiesz miał stádá krow, y trzody owiec, srebrá y złotá, y wszytkich rzeczy dostátek:

14. Nie podniosło się serce twoie, y nie wspomniałbyś Páná Bogá twego, ktory ćię wywiodł z źiemie Ægyptskiey, z domu niewoley:

15. Y był przewodnikiem twoim ná pusczy wielkiey y strászney, ná ktorey był wąż duchem pálący, y niedźwiadek, y źmiiá, á żadney zgołá nie było wody: Ktory wywiodł strumienie z twardey skáły.

2. Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, ut affligeret te, atque tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo versabantur, utrum custodires mandata illius, an non.

3. Afflixit te penuria *a*, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui: ut ostenderet tibi, quod non *b* in solo pane vivat homo, sed in omni verbo *c* quod egreditur de ore Dei.

4. Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus *d*, en quadragesimus annus est.

5. Ut recogites *e* in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudivit te.

6. Ut custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis ejus, & timeas eum.

7. Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam, terram rivorum aquarumque & fontium: in cujus campis & montibus erumpunt fluviorum abyssi:

8. Terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malogranata, & oliveta nascuntur: terram olei ac mellis.

9. Ubi absque ulla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris: cujus lapides ferrum *f* sunt, & de montibus ejus æris metalla fodiuntur:

10. Ut, cum comederis, & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi.

11. Observa, & cave, nequando obliviscaris Domini Dei tui, & negligas mandata ejus atque judicia & cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie:

12. Ne postquam comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaveris, & habitaveris in eis,

13. Habuerisque armenta boum, & ovium greges, argenti & auri, cunctarumque rerum copiam,

14. Elevetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit de terra Ægypti, de domo servitutis:

15. Et ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, *g* in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio ac dipsas *h*, & nullæ omnino aquæ; *i* qui eduxit rivos de petra durissima.

a Hebr. fame.
b Matt 4. 4. Luc. 4. 4.
c Sc. re. & præcepto.
d Chald. calceamenta tua non sunt contrita Hebr. pes tuus non tumuit.
e Hebr. recogita. Chald. scies seu cognosces.
f Q. d. ubi fodinæ ferri.
g Num. 20. 9. 21. 6
h Dipsas serpens a Dipsan, id est sitire sic dictus, quod ad morsos siti cruciet & extinguat.
i Exod. 17. 6.

a Exod. 16. 14.

16. Et *a* cibavit te Manna in ſolitudine quod neſcierunt patres tui. Et poſtquam afflixit ac probavit, ad extremum miſertus eſt tui,

17. Ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præſtiterunt.

18. Sed recorderis Domini Dei tui, quod ipſe vires tibi præbuerit, ut impleres pactum ſuum, ſuper quo juravit patribus tuis, ſicut præſens indicat dies.

19. Sin autem oblitus Domini Dei tui, ſecutus fueris deos alienos, colueriſque illos & adoraveris: ecce nunc prædico tibi, quod omnino diſpereas.

b Pro, delebit certo.

20. Sicut Gentes, quas delevit *b* Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, ſi inobedientes fueritis voci Domini Dei veſtri.

16. Y karmił ćię mánną ná puſzczy, ktorey nie ználi oycowie twoi, á utrapiwſzy ćię y doświádczywſzy, ná óſtátek zmiłował ſię nád tobą.

17. Abyś nie rzekł w ſercu twoim: Siłá moiá á moc ręki moiey to mi wſzytko ſpráwiły.

18. Ale żebyś pomniał ná Páná Bogá twego, że on tobie śił dodał, áby wypełnił ſwe przymierze, o ktore przyśiągł oycom twoim, iáko dźień dźiśieyſzy pokazuie.

19. Ale ieſli zápomniawſzy Páná Bogá twego, poydźieſz zá Bogámi cudzymi, á będźieſz im ſłużył y kłániał ſię im: oto teraz przepowiádam tobie, że koniecznie zginieſz.

20. Iáko narodowie, ktore wygubił Pan ná weſzćie twoie, ták y wy záginiećie, ieſli nie będźiećie poſłuſzni głoſu Páná Bogá wáſzego.

CAPUT IX.

Reprimit elationem, ne futuras victorias ſibi, ſed Domino adſcribant, cum ſemper Deo adverſati ſint. 1. Præſertim illis exprobrat idololatriam in adoratione vituli. 16.

ROZDZIAŁ IX.

Zápomindiąc, iáko ſię zdwżdy ku Pánu Bogu przykro ſtáwili: tłumi ich dumę: by lepák przyſzłych zwyćięſtw ſobie nie przypiſowáli.

Eodem an. M. 2553. menſe 11. anni 40. ab exitu.

c Hoc tempore, ſeu paulo poſt.

1. AUdi Iſrael: Tu transgredieris hodie *c* Jordanem, ut poſſideas nationes maximas & fortiores te, civitates ingentes & ad cœlum usque muratas,

Gigantum.

2. Populum magnum atque ſublimen, filios Enacim *d*, quos ipſe vidiſti, & audiſti, quibus nullus poteſt ex adverſo reſiſtere.

3. Scies ergo hodie, quod Dominus Deus tuus ipſe tranſibit ante te, ignis devorans atque conſumens, qui conterat eos, & deleat, atque diſperdat ante faciem tuam velociter, ſicus locutus eſt tibi.

e i delendæ.

4. Ne dicas in corde tuo, cum deleverit eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo: Propter juſtitiam meam introduxit me Dominus, ut terram hanc poſſiderem, cum propter impietates ſuas iſtæ deletæ *e* ſint nationes.

f Chald. rectitudinem.

5. Neque enim propter juſtitias tuas, & æquitatem *f* cordis tui, ingredieris, ut poſſideas terram earum: ſed quia illæ egerunt impie, introeunte te deletæ ſunt: & ut compleret verbum ſuum Dominus, quod ſub juramento pollicitus eſt patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Jacob.

6. Scito ergo, quod non propter juſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram

1. SLuchay Izráelu: Ty dźiś przeydźieſz Jordan, ábyś pośiadł narody bárzo wielkie, y mocnieyſze nád ćię, miáſtá okrutne, y wymurowáne áż do niebá,

2. Lud wielki y wyſoki, ſyny Enáćim, ktoreś ſam widźiał y ſłyſzał, przećiwko ktorym nikt ſię ſprzećiwić nie może.

3. Będźieſz tedy wiedźiał dźiśia, że Pan Bog twoy ſam przeydźie przed tobą, ogień pożeráiący y niſczący, ktory ie ſkruſzy y wygłádźi, y wytráći przed obliczem twoim prędko, iákoć powiedźiał.

4. Nie mowże w ſercu twoim, gdy ie wygłádźi Pán Bog twoy przed tobą: Dla ſpráwiedliwośći moiey wprowádźił mię Pan, ábych tę źiemię pośiadł, ponieważ dla niezbożnośći ich wytrácone ſą te narody.

5. Abowiem nie dla ſpráwiedliwośći twoich, y práwośći ſerca twego wnidźieſz, ábyś pośiadł źiemię ich: ále iż oni niezbożnie czynili, ná weſzćie twe ſą wygłádzeni: á żeby Pan wypełnił ſłowo ſwe, ktore pod przyśięgą obiecał oycom twoim Ábráhámowi, Izáákowi, y Iákobowi.

6. Przeto wiedz, że nie dla ſpráwiedliwośći twoich Pan Bog twoy dał tobie w ośiádłość

dłość tę niepoſpolitą źiemię: gdyżeś ty ieſt lud twárdego kárku.

7. Pámiętay, á nie zápominay, iakoś ku gniewu przywodźił Páná Bogá twego ná puſczy. Od onego dniá, ktoregoś wyſzedł z Ægyptu áż do tego mieyſcá, záwżdyś przećiwko Panu ſpor trzymał.

8. Bo y ná Horeb obruſzyłeś go, y rozgniewány chćiał ćię wygłádźić,

9. Gdym wſtąpił ná gorę, ábych wźiął tablice kámienne, tablice przymierza, ktore uczynił z wámi Pan: y trwałem ná gorze czterdźieśći dni y nocy, chlebá nie iedząc y wody nie piiąc.

10. Y dał mi Pan dwie tablicy nápiſáne palcem Bożym, y zámykáiące w ſobie wſzyſtkie słowá ktore wam mowił ná gorze z pośrzodku ogniá, gdy ſię zebránie ludu zgromádźiło.

11. A gdy minęło czterdźieśći dni y czterdźie- nocy, dał mi Pan dwie tablicy kámienne, tablice przymierza,

12. Y rzekł mi: Wſtań, á znidź z tąd rychło: bo lud twoy, ktoryś wywiodł z Ægyptu, opuśćili prędko drogę, ktorąś im ukazał, y uczynili ſobie zlićinę:

13. Y záśię rzekł Pan do mnie: Widzę, iż ten lud ieſt twárdego kárku:

14. Puść mię, że ji zetrę, y wygłádzę imię iego z podniebia: á poſtánowię ćiebie nád ludem, ktoryby był więtſzy y mocnieyſzy niżli ten.

15. A gdym zſtępował z goráiącey gory, á dwie tablicy przymierza trzymałem obiemá rękomá:

16. A uyźrzałem, żeśćie zgrzeſzyli Panu Bogu wáſzemu, y uczyniliśćie ſobie ćielcá litego, á opuśćiliśćie rychło drogę iego, ktorą wam okazał:

17. Porzućiłem, tablice z ręku moich, y ztłukłem ie przed oczymá wáſzemi.

18. Y padłem przed Pánem iáko pierwey, przez czterdźieśći dni y nocy chleba nie iedząc y wody nie piiąc dla wſzyſtkich grzechow wáſzych, ktoryćheśćie nábroili przećiw Pánu, y iego do gniewu przywiedli:

19. Bom ſię bał zápálczywośći y gniewu iego, ktorym wzruſzony ná was, chćiał was wygłádźić. Y wyſłuchał mię Pan y tym rázem.

20. Ná Aaroná też barzo rozgniewány, chćiał go zetrzeć: y zá niego tákież modliłem ſię.

ram hanc optimam in poſſeſſionem, cum duriſſimæ cervicis ſis populus.

7. Memento, & ne obliviſcaris, quomodo ad iracundiam provocaveris Dominum Deum tuum in ſolitudine. Ex eo die, quo egreſſus es ex Ægypto usque ad locum iſtum, ſemper adverſum Dominum contendiſti.

8. Nam *a* & in Horeb provocaſti eum, & iratus delere re voluit,

9. Quando *b* aſcendi in montem, ut acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti, quod pepegit vobiſcum Dominus: & perſeveravi in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens.

10. Deditque *c* mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, & continentes omnia verba, quæ vobis locutus eſt in monte de medio ignis, quando concio populi congregata eſt.

11. Cumque tranſiſſent quadraginta dies, & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis,

12. Dixitque mihi: *d* Surge, & deſcende hinc cito: quia populus tuus, quem eduxiſti de Ægypto, deſeruerunt velociter viam, quam demonſtraſti *e* ei s, feceruntque ſibi conflatile.

13. Rurſumque ait Dominus ad me: cerno, quod populus iſte duræ cervicis ſit:

14. Dimitte me, ut conteram eum, & deleam nomen ejus ſub cœlo, & conſtituam te ſuper Gentem, quæ hac major & fortior ſit.

15. Cumque de monte ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis utraque tenerem manu.

16. Vidiſſemque vos peccaſſe Domino Deo veſtro, & feciſſe vobis vitulum conflatilem, ac deſeruiſſe velociter viam ejus, quam vobis oſtenderat.

17. Projeci tabulas *f* de manibus meis, confregique eas in conſpectu veſtro.

18. Et procidi ante Dominum ſicut prius, quadraginta *g* diebus, & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra, quæ geſſiſtis contra Dominum, & eum ad iracundiam provocaſtis:

19. Timui enim indignationem, & iram illius, qua adverſū vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudivit me Dominus etiam hac vice.

20. Adverſum Aaron quoque vehementer iratus, voluit cum contetere, & pro illo ſimiliter deprecatus ſum.

a Exod. 17. 6. & 19. 3.
b Exod. 14. 18.
c Exod. 31. 18. & 32. 15.
d Exod, 32. 7.
e 70. præcepiſti.
f Exod. 32.
g Iterum quadragenam in monte exigens. Exod. 34. 2.

21. Peccatum autem veſtrum, quod feceratis, id eſt, vitulum, arripiens, igne combuſſi, & in fruſtra comminuens, omninoque in pulverem redigens, projeci in torrentem, *a* qui de monte deſcendit.

a i aquam torrentis, ſc quam eis potandam dedit.

22. In *b* incendio quoque & in tentatione, & in Sepulchris concupiſcentiæ provocaſtis Dominum:

b Num 11. 1. & 16 2. & 21. 5.

23. Et quando miſit vos de Cadesbarne, dicens: Aſcendite & poſſidete Terram, quam dedi vobis, & non crediſtis ei, neque vocem ejus audire voluiſtis:

24. Sed ſemper fuiſtis rebelles a die, qua noſſe vos cœpi.

25. Et jacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus *c*, quibus eũ ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos, ut fuerat comminatus:

c En Moyſes tres quadragenas in monte Horeb ſeu Sinai exigit.

26. Et orans dixi: Domine Deus, ne diſperdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quam redemiſti in magnitudine tua, quos eduxiſti de Ægypto in manu forti.

27. Recordare ſervorum tuorum, Abraham, Iſaac, & Jacob: ne aſpicias duritiam populi hujus, & impietatem atque peccatum:

28. Ne forte dicant habitatores terræ de qua eduxiſti nos: Non poterat Dominus introducere eos in Terram, quam pollicitus eſt eis, & oderat illos: idcirco eduxit, ut interficeret eos in ſolitudine.

29. Qui ſunt populus tuus & hereditas tua, quos eduxiſti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

21. A grzech wáſz, ktoryśćie byli uczynili, to ieſt ćielcá, pochwyćiwſzy ſpaliłem ogniem, y ſkruſzywſy go w kęſy, á prawie w proch obroćiwſzy, wrzućiłem w potok, ktory ćiecze z gory.

22. Wpożarze też, y w kuſzeniu, y u Grobow pożądánia draźniliśćie Páná:

23. Y kiedy was poſłał z Kádesbárne mowiąc: wſtąpćie á dośiądźćie źiemię, ktorą wam dał: y wzgárdźiliśćie roſkazániem Páná Bogá wáſzego, y nie wierzyliśćie mu, y ániśćie głoſu iego ſłuchać chćieli,

24. A leśćie záwſze byli ſprzećiwnymi od tego dniá, ktoregom was poznáwáć począł.

25. Y lezałem przed Pánem czterdźieśći dni y nocy, przez ktorem go uniżenie prośił, áby was nie wygłádźił, iáko był zágroźił:

26. Y modląc ſię mowiłem: Pánie Boże nié zátracay ludu twego y dźiedźictwá twego, ktoreś odkupił w wielkośći twoiey, ktoreś wywiodł z Ægyptu mocną ręką.

27. Pomni ná ſługi twoie Abráámá, Izááká y Iákobá: nie pátrz ná twárdość ludu tego, y ná niezbożność y ná grzech.

28. Aby ſnać nie rzekli obywátele źiemie z ktoreyeś nas wywiodł: Nie mogł ich Pan w prowádźić do źiemie, ktorą im obiecał, y nienawidźiał ich: przeto ie wywiodł, áby ie pobił ná puſczy.

29. Ktorzy ſą lud twoy y dźiedźictwo twoie, ktoreś wywiodł w mocy twey wielkiey, y w rámieniu twoim wyćiągnionym.

CAPUT X.

Tabularum ſecuudarum inſtauratio, Levitarum officia, timor & dilectio Dei ad ſervanda præcepia movere debent: 1. Præputium cordis circumcidendum, peregrini amandi, & per Dei nomen jurandum &c. 10.

1. IN *d* tempore illo dixit Dominus ad me: *e* Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt, & aſcende ad me in montem: faciesque arcam ligneam,

d Eodem Ann. M. 2553

e Exod. 34. 1.

2. Et ſcribam in tabulis verba, quæ fuerunt in his, quas ante confregiſti, ponesque eas in arca.

3. Feci igitur arcam de ligis Setim *. Cumque dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorum, aſcendi in montem, habens eas in manibus.

* Hebræi ſcribunt Setim, i. arborem, cujus ligna imputribilia.

ROZDZIAŁ X.

O drugich tablicách zmiánkę czyni, o śmierći Aáronowey: áby ſię Bogá báli, á miłowáli go, á obrzezáli ſercá ſwe, miłowáli ludźie podrożne, á przez imię iego przyśięgáli.

1. NA on czáś rzekł Pan do mnie: Wygłádź ſobie dwie tablicy kámienne, iáko były pierwſze, á wſtąp do mnie ná gorę: y uczyniſz ſkrzynię drzewiáną,

2. Y napiſzę ná tablicách ſłowá ktore były ná tych coś ie przed tym potłukł, y włożyſz ie do ſkrzynie.

3. Uczyniłem tedy ſkrzynię z drzewá Setim. A wygłádźiwſzy dwie tablicy kámienne, ná kſztałt pierwſzych, wſtąpiłem ná gorę, máiąc ie w ręku.

4. Y nápiſał ná tablicách wedle tego co pierwey był napiſał ſłow dźieśięć, ktore mowił Pan do was ná gorze z pośrzodku ogniá, gdy ſię był lud zgromádźił: y dał mi ie.

5. Y wroćiwſzy ſię z gory zſtąpiłem, y włożyłem tablice do ſkrzynie, ktorąm był udźiáłał, ktore do tego czáſu tám ſą, iáko mi Pan przykazał.

6. A ſynowie Izráelowi ruſzyli oboz z Beroth ſynow Iákan do Moſerá, gdźie Aaron umárł y pogrzebion ieſt, miáſto ktorego kápłańſki urząd odpráwował Eleázár ſyn iego.

7. Z támtąd przyſzli do Gádgád: z ktorego mieyſcá wyćiągnąwſzy, położyli ſię obozem w Iethebáthá w źiemi wod y potokow.

8. Ná ten czás odłączył pokolenie Lewi, áby nośiło ſkrzynię przymierza Páńſkiego, y ſtało przed nim w ſłużbie, y błogoſłáwiło w imię iego áż do dniá dźiśieyſzego.

9. Przeco nie miał Lewi częśći áni ośiádłośći z bráćią ſwą: bo ſam Pan ieſt dźiedźictwem iego, iáko mu obiecał Pan Bog twoy.

10. A iam ſtał ná gorze, iáko y pierwey, czterdźieśći dni y nocy: y wyſłuchał mię Pan y onego rázu, y ćiebie zátráćić niechćiał.

11. Y rzekł mi: Idź, á uprzedzay lud, że wnidźie y pośiędźie źiemię, ktorą przyśiągł oycom ich, żebym im dał.

12. A teraz Izráelu, czegoż Pan Bog twoy żąda od ćiebie, iedno ábyś ſię bał Páná Bogá twego, á chodźił w drogách iego, á miłował go, y ſłużył Pánu Bogu twemu ze wſzytkiego ſercá twego, y ze wſzyſtkiey duſze twoiey:

13. A żebys ſtrzegł przykazánia Páńſkiego y Cęremoniy iego, ktore ia dźiś tobie przykázuię, ábyć ſię dobrze dźiało?

14. Oto Páná Bogá twego ieſt niebo, y niebo niebá, źiemiá y wſzyſtko co ieſt ná niey:

15. A wżdy z oycámi twemi ſpoił ſię Pan, y umiłował ie, y obrał naśienie ich po nich, to ieſt was, ze wſzyſtkich narodow, iáko ſię dźiś pokázuie.

16. A ták obrzeżćie odrzezek ſercá wáſzego, á kárku wáſzego dáley nie zátwárdzayćie:

17. Abowiem Pan Bog wáſz ſam ieſt Bogiem bogow. Y Pánem pánuiących, Bog wielki y możny y ſtráſzny, ktory nie przyimuie oſoby, áni dárow.

18. Czy-

4. Scripſitq; in tabulis, juxta id, quod prius ſcripſerat, verba decem, quæ locutus eſt Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus eſt, & dedit eas mihi.

5. Reverſusque de monte, deſcendi, & poſui tabulas in arcam, quam feceram, quæ huſcusque ibi ſunt, ſicut mihi præcepit Dominus.

6. Filii *a* autem Iſrael moverunt caſtra ex Beroth filiorum Jacan in Moſera, ubi *b* Aaron mortuus ac ſepultus eſt, pro quo ſacerdotio functus eſt Eleazar filius ejus.

7. Inde *c* venerunt in Gadgad: de quo loco profecti, caſtra metati ſunt in Jetebatha, in Terra aquarum atque torrentium.

8. Eo tempore ſeparavit *d* tribum Levi, ut portaret arcam fœderis Domini, & ſtaret coram eo in miniſterio, ac benediceret *e* in nomine illius usque in præſentem diem.

9. Quam ob rem non habuit Levi partem, neque poſſeſſionem cum fratribus ſuis: quia ipſe Dominus poſſeſſio ejus eſt, ſicut promiſit ei Dominus DEus tuus.

10. Ego autem ſteti in monte, ſicut prius, quadraginta diebus ac noctibus: exaudivitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit.

11. Dixitque mihi: Vade, & præcede populum, ut ingrediatur, & poſſideat Terram, quam juravi patribus eorum, ut traderem eis.

12. Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit a te, niſi ut timeas Dominum DEUM tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, ac ſervias Domino DEO tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua:

13. Cuſtodiasque mandata Domini, & cæremonias ejus, quas ego hodie præcipio tibi, ut bene ſit tibi?

14. En Domini DEI tui cœlum eſt, & cœlum cœli *f* terra, & omnia, quæ in ea ſunt:

15. Et tamen patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & amavit eos, elegitque ſemen eorum poſt eos, id eſt, vos, de cunctis Gentibus ſicut hodie comprobatur.

16. Circumcidite igitur præputium cordis veſtri *g* & cervicem veſtram, ne induretis amplius:

17. Quia Dominus Deus veſter, ipſe eſt Deus deorum, & Dominus dominantium, DEus magnus & potens, & terribilis, qui *h* perſonam non accipit, nec munera.

18. Facit

a Num. 33. 31.
b Num 20. 28. & 29.
c Id eſt ex Beroth non autem ex Moſera, Num. 32 31.
d Hebr. & Chald ſeparavit Dominus.
e ſc. bene precatur populo, Vide Num. 6.
f i. altiſſimum, ſeu empyreum.
g i. auferte impedimenta.
h 2. Par 19. 7 Job 34. 19 Sap. 6 8. Eccli. 35. 15. Act. 10. 34. Rom. 2. 11. Gal. 2. 6.

18. Facit judicium pupillo & viduæ, amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum.

19. Et vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis advenæ in Terra Ægypti.

20. Dominum *a* DEum tuum timebis, & ei soli servies: ipsi adhærebis, jurabisque in nomine illius.

21. Ipse est laus tua *b*, & DEUS tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia, quæ viderunt oculi tui.

22. In *c* septuaginta animabus descenderunt patres tui in Ægyptum: & ecce nunc multiplicavit te Dominus Deus tuus sicut astra cœli.

a Super. 6. 13. Matth. 4. 10. Luc. 4. 8.
b Et gloria vera.
c Gen. 46. 27. Exod. 1. 5.

18. Czyni sąd śierotie y wdowie, miłuie przychodnią, y dáie żywność y odźienie.

19. Y wy tedy miłuyćie przychodnie, bośćie y sámi byli przychodniámi w źiemi Ægyptskiey.

20. Páná Bogá twego będźiesz się bał, y iemu samemu służył: będźiesz stał przy nim, y w imię iego przyśięgáć będźiesz.

21. On iest chwałá twoiá, y Bog twoy ktory uczynił z tobą te wielmożne y strászliwe rzeczy, ktore widźiáły oczy twoie.

22. Wśiedmidźieśąt dusz zstąpili oycowie twoi do Ægyptu, á teraz oto rozmnożył ćię Pan Bog twoy iáko gwiazdy niebieskie.

CAPUT XI.

Recenset Moyses supplicia Pharonis & perduellium, 2. Multa bona promittit servantibus ejus præcepta, mala autem non servantibus, 9. Adeoque proponit benedictionem & maledictionem. 26.

Eodem An. M. 2553. Ant. Chr. 1451. mense 11. anno 40. ab exitu.

1. AMa itaque Dominum Deum tuum, & observa præcepta ejus & ceremonias judicia atque mandata, omni tempore.

2. Cognoscite *d* hodie, quæ ignorant filii vestri, qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, magnalia ejus & robustam manum, extentumque brachium,

d seu recogitate.

3. Signa & opera, quæ fecit in medio Ægypti Pharaoni regi, & universæ terræ ejus,

4. Omnique exercitui Ægyptiorum, & equis ac curribus: quomodo operuerint eos aquæ maris rubri, cum vos persequerentur, & deleverit eos Dominus usque in præsentem diem:

5. Vobisque quæ fecit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum:

6. Et *e* Dathan atque Abiron, filiis Eliab, qui fuit filius Ruben: quos *f* aperto ore suo terra absorbuit, cum domibus & tabernaculis, & universa substantia eorum, quam habebant in medio Israel.

e Num. 16. 1.
f Num. 16. 32.

7. Oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna, quæ fecit,

8. Ut custodiatis universa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, & possitis introire, & possidere Terram, ad quam ingredimini,

9. Multoque in ea vivatis tempore: quam sub juramento pollicitus est Dominus patribus

ROZDZIAŁ XI.

Przypomina rozmáik dobrodźieystwá Boże, y obiecuie wiele dobrego chowáczom, á złego przestępcom Przykazánia Bożego: to iest błogosłáwieństwo y przeklęctwo.

1. MIłuy tedy Páná Bogá twego, y chowáy przykazánia iego y Ceremonię, sądy y Mándaty przez wszytek czás.

2. Poznayćie dźiś czego nie znáią synowie wászy, ktorzy nie widźieli káry Páná Bogá wászego, wielkośći iego, y mocney ręki y rámieniá wyćiągnionego,

3. Znákow y spraw, ktore uczynił w pośrzod Ægyptu Pháráonowi Krolowi, y wszytkiey źiemi iego,

4. Y wszytkiemu woysku Ægyptiánow, y koniom y wozom: iáko ie okryły wody morzá czerwonego, gdy was gonili, y zgłádźił ie Pan áż do dniá dźiśieyszego:

5. Wam też co uczynił ná puszczy, á żeśćie przyszli ná to mieysce:

6. Y Dáthán y Abiron synom Eliáb, ktory był synem Ruben, ktore otworzywszy pászczękę swą źiemiá pożárłá z domy y z namioty y ze wszytką máiętnośćią ich, ktorą mieli w pośrzodku Izráelá.

7. Oczy wásze widźiáły wszystkie sprawy Páńskie wielkie, ktore uczynił,

8. Abyśćie strzegli wszystkie przykazánia iego, ktore ia wam dźiś przykázuię: y mogli wnijść y pośieść źiemię, do ktorey wchodźićie,

9. Y żyć w niey przez czás długi: ktorą pod przyśięgą obiecał Pan oycom wászym,

y naśieniu ich, mlekiem y miodem płynącą.

10. Ziemiá bowiem, do ktorey wchodźiſz pośieść ią, nie ieſt iáko źiemiá Ægyptſka, z ktoreyeś wyſzedł, gdźie pośiawſzy naśienie ná kſztałt ogrodow wody prowádzą oblewáiące.

11. Ale ieſt źiemiá gorzyſta y poliſta, z niebá dżdżu czekáiącá.

12. Ktorą Pan Bog twoy záwſze náwiedza, á oczy iego ná niey ſą od początku roku áż do końcá iego.

13. Ieſli tedy będźiećie poſłuſzni roſkazániom moim, ktore ia wam dźiś przykázuię, ábyśćie miłowáli Páná Bogá wáſzego, y ſłużyli mu że wſzyſtkiego ſercá wáſzego, y ze wſzyſtkiey duſze wáſzey:

14. Da deſcz źiemi wáſzey, czeſny y pozny, ábyśćie zebráli zboże y wino y oliwę,

15. Y śiáno z pol ná żywność dobytkow, y ábyśćie ſámi iedli, y náſyćili ſię.

16. Strzeżćież, by ſię ſnać nie uwiodło ſerce wáſze, y nie odſtąpili od Páná, y ſłużyli cudzym Bogom, y kłániáli ſię im:

17. A Pan rozgniewány nie zámknął niebá, y dżdże nie pádáły, áni źiemiá dawáłá urodzáiu ſwego, y ſámi zginęli prędko z źiemie wyborney, ktorą wam Pan dáć ma.

18. Włożćie te ſłowá moie do ſerc y do myſli wáſzych, á záwieśćie ie ná znák ná rękách, y miedzy oczymá wáſzemi położćie.

19. Náuczaycie ſyny wáſze, áby ie rozmyſláli, kiedy śiedźieć będźieſz w domu twym, y chodźić będźieſz w drodze, y ukłádźieſz ſię y wſtánieſz.

20. Nápiſzeſz ie ná podwoiách y drzwiách domu twego:

21. Aby ſię rozmnożyły dni twoie y ſynow twoich w źiemi, ktorą przyśiągł Pan oycom twoim, żeby dał im, poki niebo wiśi nád źiemią.

22. Ieſli bowiem ſtrzedz będźiećie roſkazań, ktore ia wam przykázuię, y czynić ie będźiećie, ábyśćie miłowáli Páná Bogá wáſzego, y chodźili we wſzytkich drogách iego, trzymáiąc ſię go,

23. Wytráći Pan wſzyſtkie te narody przed obliczem wáſzym, y pośiędźiecie ie, ktore ſą więtſze y mocnieyſze niżli wy.

24. Wſzelkie mieyſze, ná ktore ſtąpi nogá wáſzá, wáſze będźie. Od puſczy y od Libanu, od rzeki wielkiey Euphráteſá áż do morzá zachodniego będą gránice wáſze.

bus veſtris, & ſemini eorum, lacte & melle manantem.

10. Terra enim, ad quam ingrederis poſſidendam, non eſt ſicut Terra Ægypti, de qua exiſti, ubi jacto ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur *a* irriguæ:

11. Sed montuoſa eſt & campeſtris, de cœlo expectans pluvias.

12. Quam Dominus Deus tuus ſemper inviſit *b*, & oculi illius in ea ſunt a principio anni usque ad finem ejus.

13. Si *c* ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, ut diligatis Dominum Deum veſtrum, & ſerviatis ei in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra:

14. Dabit pluviam terræ veſtræ temporaneam *d* & ſeronitam *e*, ut colligatis frumentum, & vinum, & oleum,

15. Fœnumque ex agris ad paſcenda jumenta, & ut ipſi comedatis ac ſaturemini.

16. Cavete, ne forte decipiatur cor veſtrum, & recedatis a Domino, ſerviatisque diis alienis, & adoretis eos:

17. Iratusque Dominus claudat cœlum, & pluviæ non deſcendant, nec terra det germen ſuum, pereatisque velociter de terra optima, quam Dominus daturus eſt vobis.

18. Ponite *f* hæc verba mea in cordibus & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos veſtros collocate.

19. Docete filios veſtros, ut illa meditentur, quando ſederis in domo tua, & ambulaveris in via, & accubueris *g*, atque ſurrexeris.

20. Scribes ea ſuper poſtes *h*, & januas domus tuæ:

21. Ut multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum, in Terra, quam juravit Dominus patribus tuis, ut daret eis, quamdiu cœlum imminet terræ.

22. Si † enim cuſtodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, ut diligatis Dominum Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus viis ejus, adhærentes ei,

23. Diſperdet Dominus omnes gentes iſtas ante faciem veſtram, & poſſidebitis eas *i*, quæ majores & fortiores vobis ſunt.

24. Omnis *k* locus, quem calcaverit pes veſter, veſter erit, A deſerto *l*, & a Libano *m*, a flumine magno Euphrate usque ad mare occidentale erunt termini veſtri.

a Sc. per ſulcos.
b 70. viſitat.
c Sup. 10. 12.
d Sc. jacto ſemente in autumno.
e Quando jam grandior eſt ſeges.
f Sup. 6. 6.
g Ad dormiendum.
h Eſt hyperbolica commendatio.
† Sabb. 4. Temp. Quadr. Epiſt. 2.
i Sc. earum bona.
k Joſ. 1. 3.
l Sc. meridie.
m ſc. ſeptentrione.

25. Nullus ſtabit contra vos: terrorem veſtrum & formidinem dabit Dominus Deus veſter ſuper omnem terram, quam calcaturi eſtis, ſicut locutus eſt vobis.

26. En propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem *a* & maledictionem *b*.

27. Benedictionem, ſi obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, quæ ego hodie præcipio vobis:

28. Maledictionem, ſi non obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de via, quam ego nunc oſtendo *c* vobis, & ambulaveritis poſt deos alienos, quos ignoratis.

29. Cum vero introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, ad quam pergis habitandam, pones benedictionem *d* ſuper montem Garizim, maledictionem *e* ſuper montẽ Hebal:

30. Qui ſunt trans Jordanem, poſt viam, quæ vergit ad ſolis occubitum, in Terra Chananæi, qui habitat in campeſtribus contra Galgalam, quæ eſt juxta vallem tendentem, & intrantem procul.

31. Vos enim tranſibitis Jordanem, ut poſſideatis terram, quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis, ut habeatis, & poſſideatis illam.

32. Videte ergo, ut impleatis cæremonias atque judicia, quæ ego hodie ponam in conſpectu veſtro.

a Felicitatem & præmia.
b Seu infelicitatem & ſupplicia.
c Hebr. præcipio.
d Hoc eſt, eos, qui benedictionem proclamabunt, a dextris in monte Garizim.
e Qui maledictionem a ſiniſtris.

25. Żaden nie ſtánie przećiwko wam, ſtrách wáſz y boiaźń puśći Pan Bog wáſz ná káżdą źiemię, ktorą deptáć będźiećie, iáko wam powiedźiał.

26. Oto kłádę przed oczy wáſze dźiś błogoſłáwieńſtwo y przeklęctwo:

27. Błogoſłáwieńſtwo: ieſli poſłuſzni będźiećie przykazániu Páná Bogá wáſzego, ktore ia wam dźiś przykázuię:

28. Przeklęctwo: ieſli nie będźiećie poſłuſzni mándatom Páná Bogá wáſzego, ále zſtąpićie zdrogi, ktorą ia wam teraz ukázuię, y poydźiećie zá bogámi cudzymi, ktorych nie znaćie.

29. A gdy cię wprowádźi Pan Bog twoy do źiemie, do ktorey idźieſz ná mieſzkánie: położyſz błogoſłáwieńſtwo ná gorze Gáryzym, przeklęctwo ná gorze Hebal:

30. Ktore ſą zá Jordanem zá droga, ktora idźie ná zachod ſłońcá, w źiemi Chánáneyczyká, ktory mieſzka w polách przećiw Gálgáłá, ktora ieſt podle doliny ćiągnącey ſię y záchodzącey dáleko.

31. Wy bowiem przeydźiećie Jordan, ábyśćie pośiedli źiemię, ktorą Pan Bog wáſz da wam, ábyśćie ią mieli y pośiedli.

32. Pátrzćieſz tedy, ábyśćie wypełnili Ceremonię y ſądy, ktore ia dźiś położę przed oczy wáſze.

CAPUT XII.

Præcipit exterminari idolalatriam, decimas ac primitias reddi & ſacrificia certo loco, quem elegerit Deus, exſolvi, 5. Concedit cibos mundos ubique comedi, ſanguinem autem & omnem cibum immundum vetat, 20.

1. HÆc ſunt præcepta atque judicia, quæ facere debetis in terra, quam Dominus Deus patrum tuorum daturus eſt tibi, ut poſſideas eam cunctis diebus, quibus ſuper humum gradieris.

2. Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas poſſeſſuri eſtis, deos ſuos ſuper montes excelſos, & colles, & ſuper omne lignum frondoſum.

3. Diſſipate *f* aras eorum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite: diſperdite nomina eorum de locis illis.

4. Non facietis ita *g* Domino Deo veſtro:

5. Sed ad locũ, quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, ut ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, venietis:

Eodem ann. M. 2553. menſe 11. anno 40. ab exitu.

f Sup. 7. 25. 2 Mach. 12. 40.
g Ut gentes in quovis loco ſacrificantes.

ROZDZIAŁ XII.

Każe wykorzenić Báłwochwálſtwo, Dźieśięćiny: y Pierwoćiny dawáć, Ofiáry nápewnym mieyſcu ofiárowáć, y pożywánia krwie zdkazuie.

1. TE ſą przykázánia y ſądy, ktore czynić maćie w źiemi, ktorą Pan Bog oycow twoich da tobie, ábyś ią pośiadł po wſzytkie dni, ktorych chodźić będźieſz po źiemi.

2. Wywroććie wſzytkie mieyſcá, ná ktorych chwalili Pogánie, ktore pośiędźiećie, bogi ſwoie, ná gorách wyſokich y págorkách, y pod káżdym drzewem gáłęźiſtym.

3. Porozwalayćie ołtarze ich, y połamćie ſłupi, Gáie ogniem ſpalćie, báłwány pokruſzćie: wygładźćie imioná ich z onych mieyſc.

4. Nie uczynićie ták Pánu Bogu wáſzemu:

5. Ale ná mieyſce, ktore obierże Pan Bog wáſz ze wſzech pokoleń wáſzych, áby tám położył imię ſwoie, y mieſzkał ná nim, przyidźiećie:

6. Y ofiárowáć będźieći ná mieyſcu onym cáłopalenia y ofiáry wáſze, dźieśięćiny, y pierwoćiny rąk wáſzych, y śluby, y dary, y pierworodne krow y owiec.

7. Y tám będźiećie ieść przed oczymá Páná Pogá wáſzego: y weſelić ſię będźiećie we wſzem, do czego śćiągniećie rękę wy y domy wáſze, w ktorych będźie wam błogosłáwił Pan Bog wáſz.

8. Nie będźiećie tám czynić co my tu dźiś czynimy, káżdy co ſię mu dobrze zda.

9. Bośćie áż do tego czáſu nie przyſzli do odpoczynienia y ośiádłośći, ktorą wam da Pan Bog wáſz.

10. Przeydźiećie Jordan, y mieſzkáć będźiećie w źiemi, ktorą wam da Pan Bog wáſz: żebyśćie odpoczynęli od wſzytkich nieprzyiaćioł w około, y bez wſzelkiey boiáźni mieſzkáli ná mieyſcu,

11. Ktore obierze Pan Bog wáſz, áby imię iego było ná nim, tám wſzyſtko co przykázuię, znośić będźiećie, cáłopalenia y ofiáry y dźieśięćiny, y pierwoćiny rąk wáſzych: y cokolwiek przedniego ieſt w dárzech, ktore ſzlubićie Pánu.

12. Tám używáć będźiećie przed Pánem Bogiem wáſzym, wy y ſynowie y corki wáſze, ſłudzy y ſłużebnice, y Lewitá, ktory w mieśćiech wáſzych mieſzka, bo nie ma inſzego dźiału y ośiádłośći między wámi.

13. Streż, ábyś nie ofiárował cáłopalenia twoich ná káżdym mieyſcu, ktore uyźrzyſz:

14. Ale ná tym, ktore obierze Pan w iednym z pokolenia twoim, będźieſz ofiárował ofiáry, y uczyniſz, cokolwiek przykázuię tobie.

15. A ieſlibyś chćiał ieść, y iedzenie mięſá podobáłoćby ſię, zábiy á iedz według błogosłáwieńſtwá Páná Bogá twego, ktore tobie dał w mieśćiech twoich: choć nieczyſte będźie, to ieſt máiące zmázę y ułomne: choćia czyſte, to ieſt cále y bez zmázy, ktore ſię ofiárowáć godźi, iáko ſárnę y ieleniá ieść będźieſz:

16. Bez iedzenia tylko krwie, ktorą ná źiemię iáko wodę wyleieſz.

17. Nie będźieſz mogł ieść w miáſteczkách twoich dźieśięćiny zboża, y winá, y oliwy twoiey, pierworodztwá bydłá y drobu, y wſzytkich rzeczy, ktorebyś ślubował, y dobrowolnie ofiárowáć chćiał, y pierwoćin rąk twoich,

6. Et offeretis in loco illo holocauſta, & victimas veſtras, decimas & primitias manuum veſtrarum *a*, & vota atque donaria, primogenita boum & ovium.

7. Et comedetis ibi in conſpectu Domini Dei veſtri: ac lætabimini *b* in cunctis, ad quæ miſeritis manum vos & domus veſtræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus veſter.

8. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie ſinguli, quod ſibi rectum videtur.

9. Neque enim usque in præſens tempus veniſtis ad requiem, & poſſeſſionem, quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis.

10. Tranſibitis Jordanem, & habitabitis in terra, quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis, ut requieſcatis a cunctis hoſtibus per circuitum: & abſque ullo timore habitetis.

11. In loco, quem elegerit *c* Dominus Deus veſter, ut ſit nomen ejus in eo: illuc omnia quæ præcipio, conferetis, holocauſta & hoſtias, ac decimas, & primitias manuum veſtrarum: & quidquid præcipuum in muneribus, quæ vovebitis Domino.

12. Ibi epulabimini coram Domino Deo veſtro, vos & filii ac filiæ veſtræ, famuli & famulæ, atque Levites, qui in urbibus veſtris commoratur: neque enim habet aliam partem & poſſeſſionem inter vos.

13. Cave, ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris:

14. Sed in eo, quem elegerit Dominus, in una tribuum tuarum offeres hoſtias, & facies, quæcunque præcipio tibi.

15. Sin autem comedere volueris, & te eſus carnium delectaverit, occide, & comede juxta benedictionem *d* Domini Dei tui, quam dedit tibi in urbibus tuis: ſive immundum fuerit, hoc eſt, maculatum & debile: ſive mundum, hoc eſt, integrum & ſine macula, quod offerri licet, ſicut capream & cervum comedes *e*.

9. Y rzekli Moyżeſz y kápłani z rodu Lewitſkiego do wſzytkiego Izráelá: Pilnuy á ſłuchay Izráelu: Dźiśia zoſtałeś ludem Páná Bogá twego:

10. Będźieſz ſłuchał głoſu iego, y będźieſz czynił roſkazánia y ſpráwiedliwośći, ktore ia przykázuię tobie.

11. Y przykazał Moyżeſz ludowi dniá onego, mowiąc:

12. Ci ſtáną ná błogoſłáwienie ludowi ná gorze Gárizim, przepráwiwſzy ſię przez Jordan: Simeon, Lewi, Judas, Iſſáchár, Jozeph, y Beniámin.

13. A przećiwko ći ſtáną ná przeklinánie ná gorze Hebál: Ruben, Gád, y Aſer, y Zábulon, Dán, y Nephtháli.

14. Y będą mowić Lewitowie, y rzeką do wſzech mężow Izráelſkich głoſem wynioſłym:

15. Przeklęty człowiek ktory dźiáła ryćinę y zlićine, brzydliwość Páńſką, robotę rąk rzemięſlniczych y ſtáwi ji w ſkrytośći. A odpowie wſzytek lud, y rzecze, Amen.

16. Przeklęty ktory nie czći oycá ſwego y mátki. Y rzecze wſzyſtek lud, Amen.

17. Przeklęty ktory przenośi gránice bliźniego ſwego. Y rzecze wſzytek lud, Amen.

18. Przeklęty ktory czyni że ślepy błądźi w drodze. Y rzecze wſzytek lud, Amen.

19. Przeklęty ktory wywráca ſąd przychodniá, śieroty, y wdowy. Y rzecze wſzytek lud, Amen.

20. Przeklęty ktory ſpi z żoną oycá ſwego, y odkrywa przykryćie łożká iego. Y rzecze wſzytek lud, Amen.

21. Przeklęty ktory nierząd płodźi z wſzeląkim bydlęćiem. Y rzecze wſzytek lud, Amen.

22. Przeklęty ktory ſpi z śioſtrą ſwoią, z corką oycá ſwego, ábo mátki ſwey. Y rzecze wſzytek lud, Amen.

4. Quando ergo tranſieritis Jordanem, erigite lapides, quos ego hodie præcipio vobis, in monte Hebal, & lævigabis eos calce:

5. Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, *a* de lapidibus, quos ferrum non tetigit,

6. Et de ſaxis informibus & impolitis: & offeres ſuper eo holocauſta Domino Deo tuo.

7. Et immolabis hoſtias pacificas, comedesque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo.

8. Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis hujus plane & lucide *b*.

9. Dixeruntque Moyſes & ſacerdotes Levitici generis ad omnem Iſraelem: Attende & audi Iſrael: hodie *c* factus es populus Domini Dei tui:

10. Audies vocem ejus, & facies mandata atque juſtitias, quas ego præcipio tibi:

11. Præcepitque Moyſes populo in die illo, dicens.

12. Hi ſtabunt ab benedicendum populo ſuper montem Garizim, Jordane transmiſſo: Simeon, Levi, Judas, Iſſachar, Joſeph, & Benjamin.

13. Et e regione iſti ſtabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aſer, & Zabulon, Dan, & Nephthali.

14. Et *d* pronuntiabunt Levitæ *e*, dicentque ad omnes viros Iſrael excelſa voce:

15. Maledictus homo. qui facit ſculptile & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificium, ponetque iilud in abſcondito. Et reſpondebit omnis populus, & dicet: Amen.

16. Maledictus, qui non honorat patrem ſuum & matrem. Et dicet omnis populus: Amen.

17. Maledictus, qui transfert terminos proximi ſui. Et dicet omnis populus: Amen.

18. Maledictus, qui errare facit cæcum in itinere. Et dicet omnis populus: Amen.

19. Maledictus, qui pervertit judicium advenæ, pupilli, & viduæ. Et dicet omnis po pulus: Amen.

20. Maledictus, qui dormit cum uxore patris ſui, & revelat operimentum lectuli ejus. Et dicet omnis populus: Amen.

21. Maledictus, qui dormit cum omni jumento. Et dicet omnis populus: Amen.

22. Maledictus, qui dormit cum ſorore ſua, filia patris ſui, vel matris ſuæ. Et dicet omnis populus: Amen.

a Exod. 20. 25. Joſ. 8. 31.

b i. litteris claris & legibilibus.

c q. d. hodie cogita factum, hodie incipe vitam novam.

d Dan. 9. 11.

e Ad litteram hæ cæremoniæ ſerviebant ad inſtaurandum fœdus cum Deo & populum excitandum ad acurationem legis obſervantiam, Anagogice vero typus erant extremi judicii, quando verus Joſue ſeu Chriſtus in ingreſſu futuræ vitæ oves a dextris benedicet, hædos autem a ſiniſtris perpetua feriet maledictione.

23. Maledictus, qui dormit cum socru sua. Et dicet omnis populus: Amen.

24. Maledictus qui clam percusserit proximum suum. Et dicet omnis populus: Amen.

25. Maledictus, qui accipit munera, ut percutiat animam *a* sanguinis *b* innocentis, & dicet omnis populus: Amen.

a i. vitam auferat.
b i. hominis.

26. Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit. Et dicet omnis populus: Amen.

CAPUT XXVIII.

Multiplex promittitur observantibus legem benedictio; 1. Transgredientibus maledicto 15.

Eodem Anno M. 2553. Ant. Chr. 1451. mense 11 ann. 40. ab exitu.

1. SI autem audieris vocem Domini Dei tui, ut facias atque custodias omnia mandata ejus, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra.

2. Venientque super te universæ benedictiones istæ *c*, & apprehendent te; si tamen præcepta ejus audieris.

c Seu bona, quæ sequuntur.

3. Benedictus tu in civitate, & benedictus in agro.

4. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructusque jumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ovium tuarum.

5. Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ *d*.

d Fructus, qui reponuntur.

6. Benedictus eris tu ingrediens & egrediens *e*.

e i. in actionibus tuis.

7. Dabit Dominus inimicos tuos, qui consurgunt adversum te, corruentes in conspectu tuo: per unam viam venient contra te, & per septem fugient a facie tua.

8. Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: benedicetque tibi in terra, quam acceperis.

9. Suscitabit *f* te Dominus sibi in populum sanctum, sicut juravit tibi, si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaveris in viis ejus.

f Chald. constituet.

10. Videbuntque omnes terrarum populi, quod nomen Domini invocatum sit super te, & timebunt te.

11. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu uteri tui, & fructu jumento-

23. Przeklęty ktory śpi z świekrą swoią. Y rzecze wszytek lud, Amen.

24. Przeklęty ktory táiemnie zábiie bliźniego swego. Y rzecze wszytek lud, Amen.

25. Przeklęty ktory bierze dáry, áby zábił duszę krwie niewinney. Y rzecze wszytek lud, Amen.

26. Przeklęty kto nie trwa w słowiech zákonu tego, áni ich skutkiem pełni. Y rzeczę wszytek lud, Amen.

ROZDZIAŁ XXVIII.

Opisuie y wyddie Błogosłáwieństwá rozmáite ná te, ktorzy chowáć będą Przykazánie Páńskie; á przeklęctwá ná przestępce.

1. A ieśli będźiesz słuchał głosu Páná Bogá twego, ábyś czynił y záchował wszystkie przykázánia iego, ktore ia dźiś przykázuię tobie, uczyni ćie Pan Bog twoy wyższym nád wszytkie narody ktore są ná źiemi.

2. Y przyidą ná ćię te wszystkie błogosłáwieństwá, y imą się ćiebie: ieśli iednák słucháć będźiesz przykazánia iego.

3. Błogosłáwionyś ty w mieśćie y błogosłáwiony ná polu.

4. Błogosłáwiony owoc żywotá twego, y owoc źiemie twey, y owoc bydłá twoiego, stádá, dobytkow twoich, y owczárnie owiec twoich.

5. Błogosłáwione gummá twoie y błogosłáwione ostátki twoie.

6. Błogosłáwiony będźiesz ty wchodząc y wychodząc.

7. Da Pan nieprzyiaćioły twoie, ktorzy powstáią przećiw tobie, padźiące przed oczymá twymi: iedną drogą wynidą przećiw tobie, á śiedmią drog ućiekáć będą przed obliczem twoim.

8. Spuśći Pan błogosłáwieństwo ná spiżárnie twoie, y ná wszystkie dźiełá rąk twoich, y będźieć błogosłáwił w źiemi ktorą weźmiesz.

9. Wystáwićię Pan sobie zá lud święty, iákoć przyśiągł: ieśli będźiesz strzegł przykazánia Páná Bogá twego, y chodźił drogámi iego.

10. Y uyźrzą wszystkie narody źiem, że imię Páńskie wzywáne iest nád tobą, y bać się będą ćiebie.

11. Dać Pan obfitość wszego dobrá, owocu żywotá twego, y owocu bydłá twego, y owo-

owocu źiemie twey, ktorą przyśiągł Pan oycom twoim, ábyć ią dał.

12. Otworzy ſkarb ſwoy bárzo dobry niebo, áby dáło deſzcz źiemi twey czáſu ſwego, y będźie błogoſłáwił wſzyſtkim robotom rąk twoich: Y będźieſz pożyczał wielom narodom, á ſam u nikogo pożyczáć nie będźieſz.

13. Poſtáwi ćię Pan głową á nie ogonem: y będźieſz záwſze ná wierzchu, á nie ná ſpodku: ieſli iednák ſłucháć będźieſz przykazánia Páná Bogá twego, ktore ia dźiś przykázuię tobie, á będźieſz ſtrzegł y czynił,

14. A nie uſtąpiſz od niego, ni ná práwo ni ná lewo, áni poydźieſz zá bogámi cudzymi, áni im ſłużyć będźieſz.

15. Ale ieſli nie będźieſz chćiał ſłucháć głoſu Páná Bogá twego, ábyś ſtrzegł y czynił wſzyſtko roſkazánie iego y Cęremonię, ktore ia dźiś przykázuię tobie: przyidą ná ćię te wſzytkie przeklęctwá, y chwycą ſię ćiebie.

16. Przeklęty będźieſz w mieśćie, przeklęty ná polu.

17. Przeklęte gumno twoie, y przeklęte oſtátki twoie.

18. Przeklęty owoc żywotá twego, y owoc źiemie twoiey, ſtádá wołow twoich, y trzody owiec twoich.

19. Przeklęty będźieſz wchodząc y przeklęty wychodząc.

20. Przepuśći Pan ná ćię głod y łáknienie, y przeklęctwo ná wſzytkie ſpráwy, ktore będźieſz czynił: áż ćię zetrze y zátráći predko, dla wynálazkow twoich bárzo złych, w ktorycheś mię opuśćił.

21. Niechći przyda Pan morowe powietrze, áż ćię wyniſzczy z źiemie do ktorey wnidźieſz pośieść ią.

22. Niechay ćię Pan ſkarze niedoſtátkiem, gorączką y źimnicą, upaleniem y gorącem, y ſkáżonym powietrzem y rdzą, á niech ćię dogania, áż wyginieſz.

23. Niechay będźie niebo ktore nád tobą ieſt miedźiáne: á źiemiá ktorą depceſz, żelázna.

24. Niech da Pan zá deſcz źiemi twoiey proch, á z niebá niech ná ćię zſtąpi popioł, áż będźieſz wniwecz obrocon.

25. Niechay ćię poda Pan upadáiącego przed nieprzyiaćioły twymi, iedną drogą wychodź przeciwko im, á śiedmią ućiekay, á bądź rozproſzon po wſzyſtkich kroleſtwách źiemie.

26. Y niech będźie trup twoy pokármem wſzy-

torum tuorum, fructu terræ tuæ, quam juravit Dominus patribus tuis, ut daret tibi.

12. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, Cœlum, ut tribuat pluviam terræ tuæ in tempore ſuo: benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis *a* gentibus multis, & ipſe a nullo fœnus *b* accipies.

13. Conſtituet te Dominus in caput, & non in caudam *c* & eris ſemper ſupra, & non ſubter: ſi tamen audieris mandata Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & cuſtodieris, & feceris,

14. Ac non declinaveris ab eis, nec ad dexteram *d*, nec ad ſiniſtram *e*, nec ſecutus fueris deos alienos, neque colueris eos.

15. Quod *f* ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut cuſtodias, & facias omnia mandata ejus & cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehendent te

16. Maledictus eris in civitate, maledictus in agro.

17. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ.

18. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum.

19. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.

20. Mittet Dominus ſuper te famem *g* & eſuriem, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies: donec conterat te, & perdat velociter, propter adinventiones tuas peſſimas, in quibus reliquiſti me.

21. Adjungat *h* tibi Dominus peſtilentiam, donec conſumat te de terra, ad quam ingredieris poſſidendam.

22. Percutiat te Dominus egeſtate, febri & frigore, ardorre & æſtu, & aere corrupto ac rubigine *i*, & perſequatur donec pereas.

23. Sit cœlum, quod ſupra te eſt, æneum *k*: & terra, quam calcas, ferrea *l*.

24. Det Dominus imbrem terræ tuæ pulverem, & de cœlo deſcendat *m* ſuper te cinis, donec conteraris.

25. Tradat te Dominus corruentem ante hoſtes tuos: per unam viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias, & diſpergaris per omnia regna terræ:

26. Sitque cadaver tuum in eſcam cunctis vola-

a Mutuum dabis.
b Sc. mutuum.
c Q. d. primum, non ultimum.
d i. amore felicitatis.
e Sc. timore calamitatis. Aug q. 48. in Deut.
f Lev. 26. 14. Thren 2. 17. Baruc. 1. 20. Mal. 2. 2.
g 70. egeſtatem.
h Pro, adjunget, ſic & in ſeq. ut patet ex Hebr.
i Conſumente ſegetes.
k Non dans pluviam.
l Non dans fructum.
m Sc. pro imbre.

volatilibus cœli, & beſtiis terræ, & non ſit, qui abigat.

27. Percutiat te Dominus ulcere Ægypti, & partem corporis, per quam ſtercora egeruntur, ſcabie quoque & prurigine *a*: ita ut curari nequeas.

a Hebr. Hæmorrhoidibus.

28. Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis,

29. Et palpes in maridie *b*, ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam ſuſtineas, & opprimaris violentia, nec habeas, qui liberet te.

b Ex illa mentis cæcitate.

30. Uxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea. Plantes vineam, & non vindemies eam.

31. Bos tuus immoletur *c* coram te, & non comedas ex eo. Aſinus tuus rapiatur in conſpectu tuo, & non reddatur tibi. Oves tuæ dentur inimicis tuis, & non ſit, qui te adjuvet.

c Immolatione profana.

32. Filii tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conſpectum eorum tota die, & non ſit fortitudo *d* in manu tua.

d Ad eos eripiendos.

33. Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos, comedat populus, quem ignoras: & ſis ſemper calumniam ſuſtinens, & oppreſſus cunctis diebus,

34. Et ſtupens ad terrorem eorum, quæ videbunt oculi tui,

35. Percutiat te Dominus ulcere peſſimo in genibus & in ſuris *e*, ſanarique non poſſis a planta pedis usque ad verticem tuum.

e ſeu tibiis Chald. coxis.

36. Ducet te Dominus, & regem tuum, quem conſtitueris ſuper te, in gentem, quam ignoras tu & patres tui: & ſervies ibi diis alienis, ligno, & lapidi.

37. Et eris perditus in proverbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus.

38. Sementem *f* multam jacies in terram, & modicum congregabis: quia locuſtæ devorabunt omnia.

f Mich. 6. 15. Aggæi. 1. 6.

39. Vineam plantabis, & fodies: & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vaſtabitur vermibus.

40. Olivas habebis in omnibus terminis tuis, & non ungeris oleo: quia defluent *g*, & peribunt.

g i. in nihilum.

41. Filios generabis & filias, & non frueris eis, quoniam ducentur in captivitatem.

42. Om-

wſzytkim ptakom powietrznym y źwierzom źiemnym, niech nie będźie, ktoby odpędzał.

27. Niechay ćię záráźi Pan wrzodem Ægyptſkim, y część ćiáłá, przez ktorą plugáſtwá wychodzą, kroſtámi y świerzbem: ták żebyś nie mogł bydź uleczon.

28. Niechay ćię ſkarze Pan odeſzćiem od rozumu y ślepotą, y ſzaleńſtwem,

29. Y mácay o południu, iáko zwykł mácáć ſlepy w ciemnośćiách, á nie proſtuy drog twoich. Y przez wſzytek czás odnoś potwarz, á bądź gwałtem potłumion, áni miey ktoby ćię wybáwił.

30. Poymi żonę, á drugi niechay z nią ſpi: dom zbuduy, á w nim nie mieſzkay: náſadź winnicę, á nie zbieray z niey winá.

31. Wołu twego niech zábiią przed tobą, á nie iedz z niego: oſłá twego niech porwą przed oczymá twymi, á niechći go nie wrocą: Owce twoie niech będą dáne nieprzyiaćiołom twoim, á niech nie będźie ktoby ć dopomogł.

32. Synowie twoi y corki twe niech będą dáne inſzemu narodowi, ná co będą pátrzáć oczy twoie, y uſtáwáć pátrząc ná nie przez cáły dźień: á niech nie będźie śiły w ręce twoie.

33. Owoce źiemie twey, y wſzyſtkie prace twoie, niechay poie lud, ktorego nie znaſz: á bądź záwſze potwarz ćierpiący y ućiśnion po wſzytkie dni,

34. Y zdumłáły od ſtráchu tych rzeczy, ktore bedą widźiáły oczy twoie.

35. Niech ćię záráźi Pan złym wrzodem ná koleniech y ná łyſtáck, y niech ćię nie mogą uleczyć, od ſtopy nogi áż do wierzchu twego.

36. Záwiedźie ćię Pan, y Krolá twego, ktorego uſtáwiſz nád ſobą, do narodu, ktorego nie znaſz ty y oycowie twoi, y będźieſz tám ſłużył bogom cudzym, drewnu y kámieniu.

37. Y będźieſz ſtrácony, przypowieśćią y baśnią wſzyſtkim narodom, do ktorych ćię Pan w prowádźi.

38. Siew wielki wrzućiſz w źiemię, á máło zbierzeſz: bo wſzytko pożrze ſzáráńcza.

39. Winnicę náſádźiſz y okopaſz: á winá pić nie będźieſz, y nic z niey nie zbierzeſz: bo ią robacy ſpuſtoſzą.

40. Oliwy mieć będźieſz we wſzech gránicách twoich, á oliwą ſię mázáć nie będźieſz: bo opadáią y zginą.

41. Synow y corek národźiſz, á niezáżyieſz ich: bo ie záwiodą w niewolą.

42. Wſzy

42. Wszystkie drzewá twoie, y owoce źiemie twoiey rdzá zniszczy.

43. Przychodźień, ktory mieszka z tobą, wstąpi ná ćię, y będźie wyszy: á ty zstąpisz, y będźiesz niższy.

44. On tobie pożyczáć będźie, á ty mu nie będźiesz pożyczał. On będźie głową, á ty ogonem.

45. Y przyidą ná ćię wszystkie te przeklęctwá, y goniąc poimáią ćię áż zginiesz: żeś nie słuchał głosu Páná Bogá twego, ániś chował przykazánia iego, y Cęremoniy, ktoreć roskazał.

46. Y będą ná tobie znáki y cudá, y ná plemieniu twoim áż ná wieki:

47. Przeto żeś nie służył Pánu Bogu twemu w weselu y w rádośći sercá, dla wszystkich rzeczy dostátku:

48. Będźiesz służył nieprzyiaćielowi twemu, ktorego Pan ná ćię przepuśći, w głodźie y w prágnieniu, y we wszelákim niedostátku: y włoży iárzmo żelázne ná szyię twoię, áż ćię zetrze.

49. Przywiedźie ná ćię Pan narod z dáleká y z ostátnich gránic źiemie, ná podobieństwo orłá z pędem lecącego: ktorego ięzyká nie będźiesz mogł rozumieć:

50. Narod bárzo wszeteczny, ktory nie uczći stárego, áni się ulituie nád máłym,

51. Y pożrze owoc bydłá twego, y pożytki źiemie twey: áz zginiesz, y nie zostáwić pszenice, winá y oliwy, stad krow, y trzod owiec: áż ćię wygubi,

52. Y zetrze we wszystkich miástách twoich, y obálą się mury twoie mocne y wysokie, ktorymeś dufał we wszytkiey źiemi twoiey. Będźiesz obleżon w mieśćiech twoich we wszystkiey źiemi twey, ktorąć da Pan Bog twoy:

53. Y będźiesz iadł owoc żywotá twego, y mięso synow twoich y corek twoich, ktoreć Pan Bog twoy da, w ućiśnieniu y spustoszeniu, ktorym ćię śćiśnie twoy nieprzyiaćiel.

54. Człowiek roskoszny y zbyteczny bárzo, będźie záyźrzał brátu swemu, y żenie ktora leży ná łonie iego,

55. Aby im nie dał mięsá synow swoich, ktore będźie iadł: przeto że nic inszego nie ma w obleżeniu y niedostátku, ktorym ćię spustoszą nieprzyiaćiele twoi, we wszytkich mieśćiech twoich.

42. Omnes arbores tuas, & fruges terræ tuæ rubigo consumet.

43. Advena, qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior: tu autem descendes, & eris inferior.

44. Ipse fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam.

45. Et venient super te omnes maledictiones istæ, & persequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec servasti mandata ejus & cæremonias, quas præcepit tibi.

46. Et erunt in te signa atque prodigia *a*, & in semine tuo usque in sempiternum:

47. Eo quod non servieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitia, propter rerum omnium abundantiam *b*.

48. Servies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame & siti, & nuditate, & omni penuria: & ponet jugum ferreum *c* super cervicem tuam, donec te conterat.

49. Adducet Dominus super te Gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ *d* cum impetu: cujus linguam intelligere non possis:

50. Gentem procacissimam *e*, quæ non deferat seni, nec misereatur parvuli,

51. Et devoret fructum jumentorum tuorum, ac fruges Terræ tuæ: donec intereas. & non relinquat tibi triticum, vinum & oleum, armenta boum, & greges ovium: donec te disperdat,

52. Et conterat in cunctis urbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni Terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni Terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus:

53. Et *f* comedes fructum uteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, in angustia & vastitate *g* qua opprimet te hostis tuus.

54. Homo delicatus in te, luxuriosus valde invidebit fratri suo, & uxori, quæ cubat in sinu suo,

55. Ne det eis de carnibus filiorum suorum, quas comedet: eo quod nihil aliud habeat in obsidione & penuria, qua vastaverint te inimici tui intra omnes portas tuas.

a Insignes & portentosæ calamitates.

b Datam a Deo.

c Grave & durissimum.

d Thren. 4. 19 Jerem. 4. 13. ubi de Chaldæis: forte etiam alludit ad Romanorum aquilas, a quibus Judæi horrenda passi sunt.

e Impudentia.

f Thren. 4. 10. Baruc. 2. 2. & 3.

g 70 afflictione.

56. Tenera mulier & delicata, quæ ſuper terram ingredi non valebat, nec pedis veſtigium figere, propter molitiem & teneritudinem nimiam, invidebit viro ſuo, qui cubat in ſinu ejus ſuper filii & filiæ carnibus,

a 70. inteſtinis, Chald. filiis parvulis.

57. Et illuvie ſecundarum *a*, quæ egrediuntur de medio feminum ejus, & ſuper liberis, qui eadem hora nati ſunt: comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam in obſidione & vaſtitate, qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas *b*.

b Urbis tuæ.

58. Niſi cuſtodieris & feceris omnia verba legis hujus, quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, & timueris nomen ejus glorioſum & terribile, hoc eſt, Dominum Deum tuum:

59. Augebit Dominus plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas magnas & perſeverantes, infirmitates peſſimas & perpetuas.

60. Et convertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuiſti, & adhærebunt tibi:

61. Inſuper & univerſos languores, & plagas, quæ non ſunt ſcriptæ in volumine legis hujus, inducet Dominus ſuper te, donec te conterat:

62. Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis ſicut aſtra cœli præ multitudine, quoniam non audiſti vocem Domini Dei tui.

63. Et ſicut ante lætatus eſt Dominus ſuper vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans: ſic lætabitur diſperdens vos atque ſubvertens ut auferamini de Terra, ad quam ingredieris poſſidendam.

64. Diſperget te Dominus in omnes populos a ſummitate *c* terræ usque ad terminos ejus: & ſervies ibi diis alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus.

c Extremitate.

65. In gentibus quoque illis non quieſces, neque erit requies veſtigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pavidum, & deficientes oculos, & animam conſumptam mœrore:

66. Et erit vita tua quaſi pendens *d* ante te. Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ.

d In periculo poſita & ſuſpenſa. Allegorice Chriſtus vita, id eſt, auctor vitæ tuæ pendebit ante te in cruce. SS. Aug. Leo.

67. Mane dices: Quis mihi det veſperum? & veſpere: Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis.

68. Reducet

56. Niewiáſtá pieſzona á roſkoſznicá, ktora po źiemi chodźić nie mogłá, áni ſtopy nog poſtáwić, od roſkoſzy y pieſczoty wielkiey, będźie zayźrzáłá mężowi ſwemu, ktory leży ná łonie iey dla mięſá ſyná y corki,

57. Y czepká, ktory wychodźi z pośrzod łoná iey, y dla dźiatek, ktore ſię teyże godźiny urodźiły. Bo ie będą ieść potáiemnie, dla niedoſtátku wſzech rzeczy w oblężeniu y ſpuſtoſzeniu, ktorym ćię śćiśnie twoy nieprzyiaćiel w mieśćiech twoich.

58. Ieſli nie będźieſz ſtrzegł y czynił wſzyſtki ſłowá zakonu tego, ktore w tych księgách ſą nápiſáne, á nie będźieſz ſię bał imieniá iego chwálebnego y ſtráſznego, to ieſt Páná Bogá twego:

59. Rozmnoży Pan plági twoie, y plági naśienia twego, plági wielkie y trwáłe, choroby złe y uſtáwiczne.

60. Y obroći ná ćię wſzyſtkie utrapienia Ægyptſkie, ktorycheś ſię lękał, y chwycą ſię ćiebie:

61. Nád to wſzyſtkie niemocy y plági, ktore nie ſą nápiſáne w księgách zakonu tego, przywiedźie Pan ná ćię, áż ćię zetrze:

62. Y zoſtániećie w máłey liczbie, ktoryśćie przed tym byli iáko gwiazdy niebieſkie prze mnoſtwo: przeto żeś nie ſłuchał głoſu Páná Bogá twego.

63. A iáko ſię przed tym rádował Pan nád wámi, czyniąc wam dobrze y rozmnażáiąc was: ták ſie będźie rádował trácąc was y wywracáiąc, żebyśćie znieśieni byli z źiemie, do ktorey wnidźieſz pośieść ią.

64. Rozproſzy ćię Pan miedzy wſzyſtkie narody od końcá źiemie, áż do gránic iey: y tám będźieſz ſłużył bogom cudzym, ktorych y ty nie znaſz y oycowie twoi, drewnom y kámieniom.

65. Miedzy narody też onemi nie uſpokoiſz ſię, áni będźie miáłá odpoczynku ſtopá nogi twoiey. Dać tám bowiem Pan ſerce lękliwe, y oczy uſtáiące, y duſzę żáłośćią utrapioną,

66. Y będźie żywot twoy iákoby wiſzący przed tobą. Będźieſz ſię bał w nocy y we dnie, á niebędźieſz wierzył żywotowi twemu.

67. Poránu będźieſz mowił: Kto mi da wieczor? á w wieczor: Kto mi da zaránie? dla ſtrwożenia ſercá twego, ktorym ſię ſtráchać będźieſz, y dla tego co widźieć będźieſz oczymá twymi.

68. Odwie-

68. Odwiedźie ćię Pan w okręćiech do Ægyptu tą drogą, o ktoreyći mowił, żebyś iey więcey nie widźiał. Tám będźiesz záprzedan nieprzyiaćiołom twoim zá niewolniki, y zá niewolnice, á nie będźie, ktoby kupował.

68. Reducet te Dominus classibus in Ægyptum per viam, de qua dixit tibi, ut eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in servos & ancillas, & non erit, qui emat.

ROZDZIAŁ XXIX.

Przymierze y przyśięgá ludu Izráelskiego z Pánem Bogiem, y groźbá tym, ktorzyby to Przymierze złamali.

1. TE są słowá przymierza, ktore Pan przykazał Moyżeszowi postánowić z synmi Izráelowymi w źiemi Moáb: oprocz onego przymierza, ktore z nim stánowił ná Horeb.

2. Y zwołał Moyżesz wszytkiego Izráelá, y rzekł do niego: Wyśćie widźieli wszytko, co czynił Pan przed wami w źiemi Ægyptskiey Pháráonowi, y wszytkim sługom iego, y wszytkiey źiemi iego:

3. Pokusy wielkie, ktore widźiáły oczy twoie, znáki one y cudá wielkie,

4. Y nie dał wam Pan sercá rozumnego, y oczu widzących, y uszu ktore mogą słyszec, áż do dniá dźiśieyszego.

5. Wiodł was przez czterdźieśći lat po puszczy: á nie wytárły śię száty wásze, áni boty nog wászych nie popsowáły śię od stárośći.

6. Chlebáśćie nie iedli, winá y sicery nie piliśćie: ábyśćie wiedźieli, żem ia iest Pan Bog wász.

7. Y przyszliśćie ná to mieysce: y wyiechał Sehon krol Hesebon, y Og krol Bázán, záieżdż á iąc nam ku bitwie. Y porázilismy ie:

8. Y wźięlismy źiemię ich, y dálismy ią w ośiádłość Rubenowi, y Gádowi, y połowicy pokolenia Mánásse.

9. A ták strzeżćie słow przymierza tego, y pełnićie ie: ábyśćie rozumieli wszystko, co czynićie.

10. Wy dźiśia stoićie wszyscy przed Pánem Bogiem wászym, Xiążętá wásze, y pokolenia y stárszy y náuczyćiele, y wszytek lud Izraelski,

11. Dźiatki y żony wásze, y przychodźień ktory z tobą mieszka w obozie, procz tych ktorzy drwá rąbią, y tych ktorzy wodę noszą:

12. Abyś przeszedł w przymierzu Páná Bogá twego, y w przyśiędze, ktorą dźiś Pan Bog twoy stánowi z tobą:

13. Aby ćię wystáwił sobie zá lud, á sam był

CAPUT XXIX.

Hortans ad servandum fœdus cum Domino, pollicetur, 1. Sed fœdifragis comminatur, 19.

1. HÆc sunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moysi, ut feriret cum filiis Israel in Terra Moab: præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb.

Eodem mense 11. & anno 2553.

2. Vocavitque Moyses omnem Israel, & dixit ad eos: *a* Vos vidistis universa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus servis ejus, universæque terræ illius:

a Exod. 19. 4.

3. Tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa, portentaque ingentia.

4. Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures, quæ possunt audire *b*, usque in præsentem diem.

b Sc. & obtemperare, ob vestram culpam. Aug. q. 51. in Deut.

5. Adduxit *c* vos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt.

c Sup. 8. 2.

6. Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis: ut sciretis, quia ego sum Dominus Deus vester *d*.

d Habens curam vestri.

7. Et venistis ad hunc locum: *e* egressusque est Sehon rex Hesebon, & Og rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam. Et percussimus eos,

e Sup. 3. 1.

8. Et tulimus terram eorum, ac tradidimus possidendam *f* Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse.

f Sup. 3. 15. Num. 32. Jos. 13. 8. & 22. 4.

9. Custodite ergo verba pacti hujus, & implete ea: ut intelligatis *g* universa, quæ facitis.

g i. prudenter agatis.

10. Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro *h* principes vestri, & tribus, ac majores natu, atque doctores, omnis populus Israel,

h seu coram Arca Domini vel Domino ubique præsente.

11. Liberi & uxores vestræ, & advena, qui tecum moratur in castris, exceptis *i* lignorum cæsoribus, & his, qui comportant aquas:

i i. præter q. d. etiam cæsores lignorum.

12. Ut transeas in fœdere *k* Domini Dei tui, & in jurejurando, quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum:

k sc. fœdus ineas.

13. Ut suscitet te sibi in populum, & ipse sit

ſit Deus tuus, ſicut locutus eſt tibi, & ſicut juravit patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Jacob.

14. Nec vobis ſolis ego hoc fœdus ferio, & hæc juramenta confirmo.

15 Sed cunctis præſentibus, & abſentibus *a*.

16. Vos enim noſtis, quomodo habitaverimus in terra Ægypti, & quo modo tranſierimus per medium nationum, quas tranſeuntes,

17. Vidiſtis abominationes, & ſordes, id eſt, idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum, quæ colebant.

18. Ne forte ſit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cujus cor averſum eſt hodie a Domino Deo noſtro: ut vadat, & ſerviat diis illarum Gentium: & ſit inter vos radix germinans fel *b*, & amaritudinem.

19. Cumque audierit verba juramenti hujus, benedicat *c* ſibi in corde ſuo, dicens: Pax erit mihi, & *d* ambulabo in pravitate cordis mei, & abſumat ebria *e* ſitientem *f*.

20. Et Dominus non ignoſcat ei: ſed tunc quam maxime furor ejus fumet, & zelus contra hominem illum, & ſedeant ſuper eum omnia maledicta, quæ ſcripta ſunt in hoc volumine: & deleat Dominus nomen ejus ſub cœlo.

21. Et conſumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Iſrael, juxta maledictiones, quæ in libro legis hujus ac fœderis continentur.

22. Dicetque ſequens generatio, & filii, qui naſcentur deinceps, & peregrini, qui de longe venerint, videntes plagas Terræ illius, & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus,

23. Sulphure & ſalis ardore comburens, ita ut ultra non ſeratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum *g* ſubverſionis Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamæ, & Seboim, quas ſubvertit Dominus in ira & furore ſuo.

24. Et dicent omnes Gentea: *h* Quare ſic fecit Dominus Terræ huic? quæ eſt hæc ira furoris ejus immenſa?

25. Et reſpondebunt: Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de Terra Ægypti:

26. Et ſervierunt diis alienis, & adoraverunt

a Futuris.

b Peccata gravia. Sa.

c Promittat proſpera.

d Q. d. etſi ambulavero.

e ſc. mens

f Cupiditatem, ut ſuccedat ſacietas.

g Gen. 19. 24.

h 3. Reg. 9. 8. Jer. 22. 8.

był Bogiem twoim, iákoć powiedźiał, y iáko przyśiągł oycom twoim, Abráhámowi, Izáákowi, y Iákobowi:

14. Ani wam ſámym ia to przymierze czynię, y te przyśięgi utwierdzam:

15. Ale wſzytkim ktorzy tu ſą, y ktorych niemáſz.

16. Wy bowiem wiećie, iákoſmy mieſzkáli w źiemi Ægyptſkiey, y iákoſmy przeſzli przez pośrzodek narodow, przez ktore idąc.

17. Widźieliśćie obrzydłośći y ſmrody, to ieſt bałwány ich, drewno y kámień, ſrebro y złoto ktore chwalili.

18. By ſnać nie był między wámi mąż, ábo niewiáſtá, dom ábo pokolenie, ktorego ſerce odwróciło ſię dźiś od Páná Bogá náſzego, żeby ſzedł y ſłużył bogom onych narodow: y byłby między wámi korzeń rodzący żołć y gorzkość.

19. A gdyby uſłyſzał ſłowá tey przyśięgi, błogoſłáwiłby ſobie w ſercu ſwoim mowiąc: Pokoy mi będźie, y będę chodźił w nieprawośći ſercá mego: á niech ſtrawi piiána prágnącą,

20. A Pan niech mu nieodpuśći: ále ná ten czás nawięcey niech ſię zápali gniew iego, y zapálczywość przećiw onemu człowiekowi, y niech uśiędą ná nim wſzytkie przeklęctwá, ktore w tych kśięgách ſą nápiſáne: y niech wymáze Pan imię iego z podniebios,

21. Y wyniſczy go ná zátrácenie ze wſzech pokoleni Izráelowych według przeklętw ktore ſię w kśięgách zakonu y tego przymierza zámykáią.

22. Y rzecze narod potomny, y ſynowie ktorzy ſię potym urodzą, y obcy ktorzy z dáleká przyiádą, widząc ſkaránia tey źiemie, y niemocy ktoremi ią Pan utrapił,

23. Siárką, y ſolną gorącośćią ſpaliwſzy, ták żeby iey potym nie śiano, áni nic żielonego nie rodźiłá, ná kſztałt wywrocenia Sodomy y Gomorrhy, Adámy y Seboim, ktore wywróćił Pan w gniewie y w zapálczywośći ſwoiey.

24. Y rzeką wſzyſzy narodowie: Czemu ták Pan uczynił tey źiemi? Coż to zá gniew zapálczywośći iego gwałtowny?

25. Y odpowiedzą: Iż opuśćili przymierze Páńſkie, ktore uczynił z oycy ich, kiedy ie wywiodł z źiemie Ægyptſkiey:

26. Y ſłużyli cudzym bogom, y kłániáli ſię

ſię tym, ktorych nieználi, y ktorym nie byli dáni:

27. Y dla tego ſię zápalił gniew páńſki ná tę źiemię, że przywiodł ná nię wſzytkie przeklęctwá, ktore w tych kśięgách ſą nápiſáne:

28. Y wyrzućił ie z źiemie ſwey w gniewie, y w zápálczywośći, y rozgniewániu wielkim, y porzućił ie w cudzą źiemię, iáko ſię dźiś pokázuie.

29. Táiemnice Pánu Bogu náſzemu: ktore ſą iáwne, nam y ſynom náſzym áż ná wieki, ábyſmy czynili wſzytkie słowá zakonu tego.

runt eos, quos neſciebant, & quibus non fuerant attributi *a*:

27. Idcirco iratus eſt furor Domini contra Terram iſtam, ut induceret ſuper eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine ſcripta ſunt:

28. Et ejecit eos de terra ſua in ira & in furore, & in indignatione maxima, projecitque in terram alienam, ſicut hodie comprobatur.

29. Abſcondita *b* Domino Deo noſtro, quæ manifeſta ſunt nobis & filiis noſtris usque in ſempiternum *c*, ut faciamus univerſa verba legis hujus.

a i dedicati, Chald. qui nequeunt benefacere.

b Sc. reſervantur puniendа.

c ad nos pertinet punire. Sa.

ROZDZIAŁ XXX.

Prawdźiwa pokutá Páná Bogá ubłaga: o bliſkośći Przykazánia Bożego: przekłáda Zydom złe y dobre, áby ſobie wybieráli co chćieli.

1. GGy tedy ná ćię przydą te wſzytkie mowy, błogoſłáwieńſtwo álbo przeklęctwo, ktorem przełożył przed oczy twoie: á ruſzony żalem ſercá twego między wſzytkiemi narody, do ktorych ćię rozproſzy Pan Bog twoy,

2. Y náwroćiſz ſię do niego, y uſłuchaſz roſkazánia iego, iáko ia dźiś przykázuię tobię, z ſynámi twemi, ze wſzytkiego ſercá twego, y ze wſzytkiey duſze twoiey:

3. Przywroći Pan Bog twoy poimánie twoie, y ſmiłuie ſię nád tobą, y zbierze ćię znowu ze wſzytkich narodow, między ktore ćię był pierwey rozproſzył.

4. Byś był y ná kráie niebá rozproſzony, ztámtąd ćię wyćiągnie Pan Bog twoy,

5. Y weźmie y wprowádźi do źiemie, ktorą pośiedli oycowie twoi, y otrzymaſz ią: á błogoſłáwiący ći rozmnoży ćię w więtſzą liczbę niż byli oycowie twoi.

6. Obrzeże Pan Bog twoy ſerce twe y ſerce naśienia twego: żebyś miłował Páná Bogá twego ze wſzytkiego ſercá twego, y ze wſzytkie duſze twoiey, ábyś mogł żyć.

7. A te wſzytkie przeklęctwá obroći ná nieprzyiaćioły twoie, y ná te, ktorzy ćię nienawidzą y przeſzláduią.

8. A ty ſię náwroćiſz, y uſłuchaſz głoſu Páná Bogá twego: y będźieſz czynił wſzytkie przykazánia iego, ktore ia dźiś roſkázuię tobie:

CAPUT XXX.

Vera pœnitentia Deum placat: ut pœnitentes liberet e captivitate, 1. Præceptum nobis datum, non longe a nobis ſeparatur. 11. Proponitur bonum & malum: ut ultro bonum eligentes, vivamus; & non pereamus, malo adhærentes. 15. Teſtes invocantur cœlum & terræ. 19.

1. CUm ergo venerint ſuper te omnes ſermones iſti, benedictio, ſive maledictio, quam propoſui in conſpectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in univerſis gentibus, in quas diſperſerit te Dominus Deus tuus,

2. Et reverſus fueris ad eum, & obedieris ejus imperiis, ſicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua:

3. Reducet Dominus Deus tuus captivitatem tuam, ac miſerebitur tui, & rurſum congregabit te de cunctis populis, in quos te ante diſperſit.

4. Si ad cardines cæli *d* fueris diſſipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus,

5. Et *e* aſſumet, atque introducet in Terram, quam poſſederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi, majoris numeri te eſſe faciet, quam fuerunt patres tui.

6. Circumcidet *f* Dominus Deus tuus cor tuum, & cor ſeminis tui: ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut poſſis vivere.

7. Omnes autem maledictiones has convertet ſuper inimicos tuos, & eos, qui oderunt te, & perſequuntur.

8. Tu autem reverteris *g*, & audies vocem Domini Dei tui: facieſque univerſa mandata, quæ ego præcipio tibi hodie:

Eodem menſe 11. & anno 2553.

d extremæ orbis.

e 2. Mac. 1. 29.

f Purificabit.

g ſeu Revertere.

9. Et abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole uteri tui, & in fructu jumentorum tuorum, in ubertate terræ tuæ, & in rerum omnium largitate. Revertetur *a* enim Dominus, ut gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gavisus est in patribus tuis:

a Sc. ab ira convertetur.

10. Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta ejus, & ceremonias, quæ in hac lege conscripta sunt: & revertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua.

11. Mandatum hoc *b*, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum,

b Contentum in Deuteronomio ad manum tibi est, & facile factu cum divina gratia. Rom. 1. 6.

12. Nec in cælo situm, ut possis dicere: Quis nostrum valet ad cælum ascendere, ut deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus?

13. Neque trans mare positum, ut causeris, & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire & facere, quod præceptum est?

14. Sed juxta te *c* est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum,

c In tua potestate: potes intelligere & facere.

15. Considera, quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & e contrario mortem & malum *d*:

d Eccl. 15. 17. Septuag. vitam & mortem, bonum & malum.

16. Ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & custodias mandata illius ac ceremonias atque judicia: & vivas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in Terra, ad quam ingredieris possidendam.

17. Si autem aversum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraveris deos alienos, & servieris eis:

18. Prædico tibi hodie, quod pereas, & parvo tempore moreris in Terra, ad quam, Jordane transmisso, ingredieris possidendam.

19. Testes invoco hodie cælum & terram, quod proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, ut & tu vivas & semen tuum:

20. Et diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci ejus, & illi adhæreas (ipse est enim vita tua *e*, & longitudo dierum tuorum) ut habites in Terra, pro qua juravit Dominus patribus tuis, Abraham, Isaac, & Jacob, ut daret eam illis.

e Efficiens & largiens vitam naturæ gratiæ & gloriæ.

CA-

9. Y uczyni Pan Bog twoy, że będźiesz obfitował we wszytkich spráwách rąk twoich, w płodźie żywotá twego, y w owocu bydłá twego, y w urodzáiu źiemie twoiey, y w żyznośći wszech rzeczy. Abowiem náwróći się Pan, áby śię weselił nád tobą we wszytkich dobrách, iáko się weselił nád oycy twemi:

10. Iesli iednák będźiesz słuchał głosu Páná Bogá twego, y strzegł przykazánia iego, y Ceremoniy, ktore w tym zakonie są nápisáne: y náwroćisz się do Páná Bogá twego, ze wszytkiego sercá twego, y ze wszytkiey dusze twoie.

11. Roskazánie to, ktore ia dźiś przykázuię tobie, nie ieśći nád tobą, áni dáleko odległe,

12. Ani położone ná niebie, żebyś mogł mowić: Ktoż z nas może wstąpić do niebá, áby ie znioſł do nas, y żebyśmy słyszeli y skutkiem pełnili?

13. Ani zá morzem leżące, ábyś przyczyny wynáydował, y rzekł: Kto z nas będźie mogł przepłynąć morze, á przyniesz ie áż do nas: ábyśmy słyszeli y czynili, co ieſt przykazano?

14. Ale bárzo blisko ćiebie ieſt mowá w uśćiech twoich, y w sercu twoim, ábyś ji czynił.

15. Uważ, żećiem dźiś położył przed oczy twoie, żywot y dobre, á z drugiey strony, śmierć y złe:

16. Abyś miłował Páná Bogá twego, á chodźił w drogách iego, y strzegł roskazánia iego, y Ceremoniy, y sądow: y ábyś żył, á żeby ćię rozmnożył y błogosłáwiłći w źiemi do ktorey wchodźisz pośieść ią.

17. Lecz iesli się odwroći serce twoie, y nie będźiesz chćiał słucháć, á błędem zwiedźiony pokłonisz się cudzym bogom, y będźiesz im służył:

18. Przepowiádamći dźiśia, że zginiesz, á máły czás będźiesz mieszkał w źiemi, do ktorey wnidźiesz przepráwiwszy się przez Jordan pośieść ią.

19. Wzywam świádkow dźiś Niebá y Ziemie, żem położył przed was żywot y śmierć, błogosłáwieństwo y przeklęctwo. Obierayże tedy żywot, ábyś y ty żył y naśienie twoie:

20. Y miłował Páná Bogá twego, y był posłuszny głosu iego, y stał przy nim (bo on ieſt żywotem twoim, y przedłużeniem dni twoich) ábyś mieszkał w źiemi, o ktorą przyśiągł Pan oycom twoim, Abráhámowi, Izáákowi, y Iákobowi, żeby ią dał im.

ROZ-

ROZDZIAŁ XXXI.

Moyżeſz ná ſwe mieyſce poſtánawia Jozue: Kśięgi drugiego zakonu każe piſáć, y w Arce Bożey chowáć.

1. SZedł tedy Moyżeſz, y mowił wſzyſtkie te słowá do wſzytkiego Izráelá,

2. Y rzekł do nich: Sto y dwá dźieśćiá lat mi dźiś, niemogę dáley wychodźić y wchodźić, á zwłaſcá że mi też Pan powiedźiał: Nie przeydźieſz tego Jordanu.

3. Pan Bog tedy twoy przeydźie przed tobą: on wygłádźi wſzytkie te narody przed oczymá twymi, y pośiędźieſz ie: á ten Jozue przeydźie przed tobą, iáko Pan mowił.

4. Y uczyni im Pan, iáko uczynił Sehon y Og Krolom Amorrheyczykow, y źiemi ich, y wygłádźi ie.

5. Gdy tedy y te wam podda, tákże im uczynićie, iákom wam roſkazał.

6. Mężnie czynćie á umocniayćie śię: nie boyćie śię, áni śię lękayćie ná uyźrzenie ich, ábowiem Pan Bog twoy ſam ieſt wodzem twoim, á nie opuśći, áni ćię odſtąpi.

7. Y záwołał Moyżeſz Jozuego, y rzekł mu przed wſzytkim Izráelem, Umacniay śię y bądź mężnym: ty bowiem wprowádźiſz ten lud do źiemie, ktorą Pan przyśiągł dáć oycom ich, y ty ią loſem podźieliſz.

8. A Pan ktory ieſt wodzem wáſzym, ten będźie z tobą: nie opuśći ćię áni odſtąpi: nie boy śię áni śię lękay.

9. Nápiſał tedy Moyżeſz ten zakon, y dał ji kápłanom ſynom Lewi, ktorzy nośili ſkrzynię przymierza Páńſkiego, y wſzyſtkim ſtárſzym Izráelſkim:

10. Y przykazał im, mowiąc: Po śiedmi lat, roku odpuſczenia, w święto Kuczek,

11. Gdy śię znidą wſzyſcy z Izráelá, áby śię pokazáli przed oczymá Páná Bogá twego ná mieyſcu, ktore obierze Pan, czytáć będźieſz słowá zakonu tego przed wſzyſtkim Izráelem, co oni ſłyſzeć będą,

12. Y w iedno wſzytek lud zebrawſzy ták męże iáko y niewiáſty, dźiatki y przychodnie, ktorzy ſą miedzy brámámi twemi, áby ſłuchaiąc uczyli śię, y bali śię Páná Bogá wáſzego, y ſtrzegli, y pełnili wſzytkie słowá zakonu tego.

13. Sy-

CAPUT XXXI.

Moyſes Joſue ſibi ſufficit in ducem, 1. Deuteronomium ſcribi jubet, & prælegi. 9. Deus Joſue ducem populi confirmat. 14. Jubet ſcribi Canticum Deuteronomii, de quo in ſequenti capite. 19. & Deuteronomium in arca ſervari. 26.

1. ABiit itaque Moyſes, & locutus eſt omnia verba hæc ad univerſum Iſrael.

2. Et dixit ad eos: Centum viginti annorum ſum hodie, non poſſum ultra egredi & ingredi, præſertim cum & Dominus dixerit mihi: * Non tranſibis Jordanem iſtum.

3. Dominus ergo Deus tuus tranſibit ante te: ipſe delebit omnes gentes has in conſpectu tuo, & poſſidebis eas *a*: & Joſue iſte tranſibit ante te, ſicut locutus eſt Dominus.

4. Facietque Dominus eis *b*, ſicut fecit Sehon Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorum, delebitque eos.

5. Cum ergo & hos tradiderit vobis *c*, ſimiliter facietis eis, ſicut præcepi vobis.

6. Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paveatis ad conſpectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipſe eſt ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te.

7. Vocavitque Moyſes Joſue, & dixit ei coram omni Iſrael: *d* Confortare, & eſto robuſtus *e*: tu enim introduces populum iſtum in terram, quam daturum ſe patribus eorum juravit Dominus, & tu eam ſorte divides.

8. Et Dominus, qui ductor eſt veſter, ipſe erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paveas.

9. Scripſit itaque Moyſes legem hanc *f*, & tradidit eam ſacerdotibus filiis Levi, qui portabant *g* arcam fœderis Domini, & cunctis ſenioribus Iſrael.

10. Præcepitque eis dicens: Poſt ſeptem annos *h*, anno remiſſionis, in ſolemnitate tabernaculorum,

11. Convenientibus cunctis ex Iſrael, ut appareant in conſpectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit Dominus, leges verba legis hujus coram omni Iſrael, audientibus eis,

12. Et in unum omni populo congregato, tam viris quam mulieribus, parvulis & advenis, qui ſunt intra portas tuas: ut audientes diſcant, & timeant Dominum Deum veſtrum, & cuſtodiant, impleantque omnes ſermones legis hujus.

13. Filii

Eodem mense 11. anni 40. ab exitu, orbe condito 2553.

* Sup. 3. 27 Num. 27. 13.

a i. earum terram

b Num. 21. 24.

c Sup. 7. 2.

d Joſ. 1. 6. 3. Reg. 2. 2.

e ſeu fortis animo.

f Sc. Deuteronomium.

g Sc. humeris, cum caſtra movebantur.

h Seu ſeptimo anno.

13. Filii quoque eorum, qui nunc ignorant: ut audire possint, & timeant Dominum Deum suum cunctis diebus, quibus versantur in Terra, ad quam vos, Jordane transmisso, pergitis obtinendam.

14. Et ait Dominus ad Moysen: Ecce prope sunt dies mortis tuæ, voca Josue, & state in tabernaculo *a* testimonii, ut præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Josue, & steterunt in tabernaculo testimonii:

15. Apparuitque Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi.

16. Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in Terra, ad quam ingreditur, ut habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo.

17. Et irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum, & abscondam faciem meam *b* ab eo, & erit in devorationem: invenient eum omnia mala & afflictiones, ita ut dicat in illo die: Vere quia non est Deus mecum, invenerunt me hæc mala.

18. Ego autem abscondam, & celabo faciem meam in die illo, propter omnia mala, quæ fecit, quia secutus est deos alienos.

19. Nunc itaque scribite vobis canticum istud *c*, & docete filios Israel: ut memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israel:

20. Introducam enim eum in Terram, pro qua juravi patribus ejus, lacte & melle manantem. Cumque comederint, & saturati, crassique fuerint, avertentur ad deos alienos, & servient eis: detrahentque *d* mihi, & irritum facient pactum meum.

21. Postquam invenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit oblivio ex ore seminis sui. Scio enim cogitationes ejus, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eũ in Terram, quam ei pollicitus sum.

22. Scripsit ergo Moyses canticum, & docuit filios Israel.

23. Præcepitque Dominus Josue filio Nun, & ait: confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in Terram, quam pollicitus sum, & ego ero tecum:

24. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine, atque complevit:

25. Præ-

a i. in atrio tabernaculi.

b Vultum beneficum, subtrahens meam protectionem & beneficentiam.

c De quo infra.

d seu spernent. Hebr. irritabunt me.

13. Synowie też ich, ktorzy teraz niewiedzą, áby mogli słucháć y bali się Páná Bogá swego, po wszytkie dni ktorych mieszkáią ná źiemi, do ktorey wy przepráwiwszy się przez Jordan idźiećie otrzymáć ią.

14. Y rzekł Pan do Moyżeszá: Oto blisko są dni śmierći twoiey: záwołáy Jozuego á stoyćie w przybytku świádectwá, że mu przykażę. Poszli tedy Moyżesz y Jozue, y stánęli w przybytku świádectwá:

15. Y ukazał się tám Pan w słupie obłokowym, ktory stánął w weszćiu przybytku.

16. Y rzekł Pan do Moyżeszá: Oto ty zásniesz z oycy twemi, á ten lud powstawszy będźie cudzołożył zá bogi cudzymi w źiemi, do ktorey idźie áby w niey mieszkał: tám mię odstąpi, y zgwałći przymierze, ktorem z nim postánowił.

17. Y rozgniewa się zapálczywość moiá przećiw iemu dniá onego, y opuszczę go, y skryię oblicze moie przed nim, y będźie ná pożarćie: naydźie go wszytko złe, y ućiski, ták iż rzecze w on dźień: Prawdźiwie iż nie iest Bog zemną, nálazły mię te złe.

18. A ia skryię y zátáię oblicze moie w on dźień, dla wszystkiego złego ktore czynił, iż się udał zá bogi cudzymi.

19. Teraz tedy nápiszćie sobie tę pieśń, á náuczćie syny Izráelowe: áby ná pámięć umieli y usty śpiewáli, y niech mi będźie tá pieśń ná świadectwo miedzy synmi Izráelá.

20. Wprowádzę go bowiem do źiemie, o ktorąm przyśiągł oycom iego, mlekiem y miodem płynącey. A gdy się náiedzą y násyeą, y utyią, odwrocą się do cudzych bogow, y będą im służyć: y uwłoczyć mi będą y zrzucą przymierze moie.

21. Gdy go naydźie wiele złego y ućiski: odpowie mu tá pieśń ná świádectwo, ktorey nie wymáże żadne zápámiętánie z ust naśienia twego. Bo ia wiem myśli iego, co będźie czynił dźiś, pierwey niż go w wiodę do źiemie ktorą mu obiecał.

22. Nápisał tedy Moyżesz pieśń, y náuczył syny Izráelowe.

23. Y przykazał Pan Jozuemu synowi Nun, y rzekł: Umacniay się y bądź duży, ty bowiem w wiedźiesz syny Izráelowe do źiemie, ktorąm obiecał, y ia będę z tobą.

24. Gdy tedy nápisał Moyżesz słowá zakonu tego w księgách, y dokonał;

25. Przy-

25. Przykazał Lewitom, ktorzy nośili ſkrzynię przymierza Páńſkiego, mowiąc:

26. Weźmićie te księgi, á położćie ie przy boku ſkrzynie przymierza Páná Bogá wáſzego: żeby tám były przećiw tobie ná świádectwo.

27. Znam ia bowiem upor twoy, y kárk twoy bárzo twárdy. Ieſcze gdym był żyw y chodźił zwámi, záwżdyśćie ſpornie czynili przećiw Pánu: iákoż dáleko więcey gdy umrę?

28. Zgromadźćieſz do mnie wſzyſtkie ſtárſze wedle pokoleni wáſzych, y náuczyćiele, y będę mowił słowá te w uſzy ich, y będę wzywał ná nie niebá y źiemie.

29. Wiem bowiem, że po śmierći moiey zle czynić będźiećie, y uſtąpićie prędko z drogi ktorą wam przykazał: y zábieżą wam złe oſtátniego czáſu, kiedy czynić będźiećie złość przed oblicznośćią Páńſką, ábyśćie go rozdráźnili robotámi rąk wáſzych.

30. Y mowił Moyżeſz, gdy słyſzáło wſzyſtko zgromádzenie Izráelſkie słowá pieśni tey, y áż do końcá wyprávił.

25. Præcepit Levitis *a* qui portabant arcam fœderis Domini, dicens:

26. Tollite librum iſtum, & ponite eum in latere arcæ *b* fœderis Domini Dei veſtri: ut ſit ibi contra te in teſtimonium.

27. Ego enim ſcio contentionem *c* tuam, & cervicem tuam duriſſimam *d*. Adhuc vivente me, & ingrediente vobiſcum, ſemper contentioſe egiſtis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero?

28. Congregate ad me omnes majores natu per tribus veſtras, atque doctores, & loquar audientibus eis ſermones iſtos, & invocabo contra eos cælum & terram.

29. Novi enim, quod poſt mortem meam inique agetis, & declinabitis cito de via, quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conſpectu Domini, ut irritetis eum per opera manuum veſtrarum.

30. Locutus eſt ergo Moyſes, audiente univerſo cœtu Iſrael, verba carminis hujus, & ad finem usque complevit.

ROZDZIAŁ XXXII.

Pieśń Moyżeſzowa o dobrodźieyſtwách Bożych, á niewdźięczności Zydow,

1. SLuchayćie niebioſá co mowię, niech słucha źiemiá słow uſt moich.

2. Niechay ſię zrośćie iáko deſcz nauká moiá, niechay płynie iáko rosá wymowá moiá, iáko deſcz ná źiele, á iáko krople ná trawę.

27. Y przyſzedł mąż Boży do Heli, y rzekł do niego: To mowi Pan: Zażem ſię nie iáwnie obiáwił domowi oycá twego, gdy byli w Ægyptćie w domu Pháráonowym?

28. Y obrałem go ze wſzech pokoleni Izráelowych ſobie zá kápłaná, żeby wſtępował do ołtarzá mego, y áby mi zápalał kádźidło, á nośił Ephod przedemną: y dałem domowi oycá twego wſzytkie ofiáry ſynom Izráelowych.

29. Przecześćie nogą odepchnęli ofiáry moie, y dáry moie, ktorem roſkazał áby ofiárowáne były w kośćiele: á więcyeś uczćił ſyny ſwoie niżli mnie, ábyśćie iedli pierwoćiny wſzytkich ofiar ludu moiego Izráelſkiego?

30. Przetoż mowi Pan Bog Izráelow: Mowiąc rzekłem, żeby dom twoy, y dom oycá twego ſłużył przed oczymá moimi áż ná wieki. Ale teraz mowi Pan: Niech to daleko będźie odemnie, ále ktokolwiek mię wielbić będźie, wielbic go będę: á ktorzy mną gárdzą, bezecni będą.

31. Oto dni przychodzą: y odetnę rámię twoie, y rámię domu oycá twego, iż nie będźie ſtárcá w domu twoim.

32. A będźieſz pátrzyć na przećiwniká twego w kośćiele, we wſzem ſczęśćiu Izráelowym: y nie będźie ſtárcá w domu twoim po wſzytkie dni.

33. Wſzákże nie wykorzenię do końcá mężá z ciebie od ołtarzá mego: ále áby uſtáły oczy twoie, y ſchłá duſzá twoiá: á wielka część domu twego zemrze, gdy do lat mężkich przyidźie.

34. A

22. Heli autem erat ſenex valde, & audivit omnia, quæ faciebant filii ſui univerſo Iſraeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obſervabant *a* ad oſtium tabernaculi *b*:

23. Et dixit eis: Quare facitis res hujuscemodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo?

24. Nolite filii mei: non enim eſt bona fama, quam ego audio, ut transgredi faciatis populum Domini.

25. Si peccaverit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris ſui: quia voluit Dominus occidere eos.

26. Puer autem Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Domino, quam hominibus.

27. Venit autem vir Dei *c* ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Numquid non aperte revelatus ſum *d* domui patris tui, cum eſſent in Ægypto in domo Pharaonis?

28. Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem, ut aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis *e* filiorum Iſrael.

29. Quare calce abjeciſtis victimam meam, & munera mea, quæ præcepi, ut offerentur in templo: & magis honoraſti filios tuos, quam me, ut comederetis primitias omnis ſacrificii Iſrael populi mei?

30. Propterea ait Dominus Deus Iſrael: *f* Loquens locutus ſum *g*, ut domus tua, & domus patris tui, miniſtraret in conſpectu meo, usque in ſempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Abſit hoc a me: ſed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles *h*.

31. Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum *i*, & brachium domus patris tui, ut non ſit ſenex in domo tua.

32. Et videbis *k* æmulum tuum in templo, in univerſis proſperis Iſrael: & non erit ſenex in domo tua omnibus diebus.

33. Verum tamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo, ſed ut deficiant oculi tui & tabeſcat anima tua: & pars magna domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatem venerit.

a Alii, excubabant ſcrutando
b i. atrii.
c i. quidam propheta.
d Innotui,
e partem de omnibus ſacrificiis.
f 3. Reg. 2. 27
g i. decreveram.
h i. contemptibiles.
i i. robur & dignitatem ſummi ſacerdotii.
k i. per poſteros tuos.

34 Hoc

34. Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni & Phinees: *a* in die uno morientur ambo.

a Infr. 4. 11.

35. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem *b*, qui juxta cor meum & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo *c* cunctis diebus.

b Sadoc.

c Salomone & aliis regibus.

36. Futurum est autem, ut quicumque remanserit in domo tua, veniat, ut oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque: Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.

34. A toć będźie ná znák, co przyjdźie ná dwu synow twoich, Ophni y Phinees: Dniá iednego obádwá umrą.

35. Y wzbudzę sobie kápłaná wiernego, ktory według sercá mego y wedle duszе moiey czynić będźie: y zbuduię mu dom wierny, y będźie chodźił przed pomázáńcem moim po wszytkie dni.

36. A przyjdźie do tego, że ktokolwiek pozostánie w domu twym, przyjdźie áby się zań modlono, á żeby ofiárował pieniądz srebrny, y bochenek chlebá, y rzekł: Przypuść mię, proszę, do iedney częśći kápłáńskiey, ábych iadł sztukę chlebá.

CAPUT III.

Samuel quater a domino vocatur, 1. Admonetur de malis domui Heli imminentibus, 10. Eadem illi refert: & Prohetis Israeli innotescit. 18.

1. Puer *autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus *d* in diebus illis, non erat visio manifesta.

*Anno M. 2861. Ætatis Samuel 12. exacto, Joseph.

d Q. d. rarus tunc propheta, & prophetia

2. Factum est ergo in die quadam, Heli jacebat in loco suo, & oculi ejus caligaverant, nec poterat videre:

3. Lucerna Dei antequam extingueretur *e*, Samuel dormiebat in templo *f* Domini, ubi erat arca Dei,

e Tum adhuc omnes lucernæ in candelabro lucerent.

f i. atrio prope tabernaculum.

4. Et vocavit Dominus Samuel. Qui respondens, ait: Ecce ego.

5. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego: vocasti enim me. Qui dixit: Non vocavi: revertere, & dormi. Et abiit, & dormivit.

6. Et adjecit Dominus rursum vocare Samuelem. Consurgensque Samuel, abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego: quia vocasti me. Qui respondit: Non vocavi te fili mi, revertere, & dormi.

7. Porro Samuel necdum sciebat Dominum, neque revelatus ei fuerat sermo *g* Domini,

g Chald. prophetia.

8. Et adjecit Dominus, & vocavit adhuc Samuelem tertio. Qui consurgens abiit ad Heli.

9. Et ait: Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit ergo Heli, quia Dominus vocaret puerum: & ait ad Samuelem: Vade, & dormi: & si deinceps vocaverit te, dices: Loquere Domine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormivit in loco suo *h*.

h Chald in atrio Levitarum.

10. Et venit Dominus & stetit *i*; & vocavit,

i Sc. apparens in forma visibili.

ROZDZIAŁ III.

Sámuelá Pan po cztery kroć wołał, y źidwił mu, co miáło Heli potkáć: co mu záś Sámuel opowiáda.

1. LEcz młodźieniaszek Samuel służył Pánu przed Heli, á słowo Páńskie było drogie w one dni, nie było widzenia iáwnego.

2. Stáło się tedy dniá niektorego, Heli leżał ná mieyscu swoim, á oczy iego zácmiły się były, y nie mogł widźieć.

3. Niż lámpá Boża byłá zagásżona, Sámuel spał w kośćiele Páńskim, gdźie byłá skrzyniá Boża.

4. Y záwołał Pan Sámuelá. Ktory odpowiádáiąc rzekł: Owom ia.

5. Y bieżał do Heli, y rzekł: Owom ia: boś mię wołał. Ktory rzekł: Nie wołałem: wroć śię, á spi. Y poszedł, á spał.

6. Y przydał Pan znowu záwołáć Sámuelá. A Sámuel wstawszy szedł do Heli, y rzekł: Owom ia: boś mię wołał. Ktory odpowiedźiał: Nie wołałem ćię synu moy: wroć śię, á spi.

7. A Sámuel iescze nie znał Páná, áni mu byłá obiáwiona mowá Páńska.

8. Y przydał Pan, y záwołał iescze Sámuelá trzeći kroć. Ktory wstawszy szedł do Heli,

9. Y rzekł: Owom ia, boś mię wołał. Do rozumiał się tedy Heli, iż Pan wołał młodźieńcá: y rzekł do Sámuelá: Idź á spi: á ieśli ćię potym záwoła, rzeczesz: Mow Pánie, bo słucha sługá twoy. Y szedł Sámuel, á spał ná mieyscu swoim.

10. Y przyszedł Pan, y stánął: y záwołał, iáko

iáko był zawołał powtore: Sámuel, Sámuel. Y rzekł Sámuel: Mow Pánie, bo słucha sługá twoy.

11. Y rzekł Pan do Sámuelá: Oto ia czynię słowo w Izráelu, ktore ktokolwiek usłyszy, zábrzmię obie uszy iego.

12. Dniá onego wzbudzę przećiw Heli wszytko, com mowił ná dom iego: pocznę y wykonam:

13. Bom mu odpowwiedźiał, żem miał sądźić dom iego ná wieki, dla niepráwośći, przeto iż wiedźiał że nieprzystoynie czynili synowie iego, á nie karał ich.

14. Y dla tego przyśiągłem domowi Heli, że się nie oczyśći niepráwość domu iego ofiárámi y dárámi áż ná wieki.

15. Y spał Sámuel áż do záránia, y otworzył drzwi domu Páńskiego. A Sámuel bał się oznaymić widzenia Heli.

16. Wezwał tedy Heli Sámuelá, y rzekł: Sámuelu synu moy? Ktory odpowiedáiąc rzekł: Owom ia.

17. Y zopytał go: Co iest zá mowá, ktorą mowił Pan do ćiebie? Proszę ćię, nie tay przedemną. Toć niechay Bog uczyni, y toć niech przyczyni, iesli zátáisz przedemną mowę ze wszytkich słow, ktoreć są rzeczone.

18. Oznaymił mu tedy Sámuel wszytkie mowy, y nie zátáił przed nim. A on odpowiedźiał: Pan ći iest: co dobre iest w oczách iego, niechay czyni.

19. Ale Sámuel rosł, á Pan był z nim, y nie upádło ze wszytkich słow iego ná źiemię.

20. Y poznał wszytek Izráel od Dán áż do Bersabee, że Sámuel był wierny prorok Páńskí.

21. Y przydał Pan że się ukazał w Silo, bo się był obiáwił Pan Sámuelowi w Silo według słowá Páńskiego. Y źiśćilá się mowá Sámuelowá wszemu Izráelowi.

vit, sicut vocaverat secundo: Samuel Samuel. Et ait Samuel: Loquere Domine, quia audit servus tuus,

11. Et dixit Dominus ad Samuelem: Ecce ego facio verbum in Israel: quod, quicunque audierit, tinnient *a* ambæ aures ejus.

12. In die illa suscitabo adversum Heli omnia, quæ locutus sum super domum ejus: incipiam, & complebo.

13. Prædixi enim ei, quod judicaturus *b* essem domum ejus in æternum, propter iniquitatem, eo quod noverat indigne agere filios suos, & non corripuerit *c* eos.

14. Idcirco juravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus ejus victimis & muneribus *d* usque in æternum.

15. Dormivit autem Samuel usque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

16. Vocavit ergo Heli Samuelem, & dixit: Samuel fili mi? Qui respondens, ait: Præsto sum.

17. Et interrogavit eum: Quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te? oro te, ne celaveris me. *e* Hæc faciat tibi Deus: & hæc addat, si absconderis a me sermonem, ex omnibus verbis, quæ dicta sunt tibi.

18. Indicavit itaque ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille respondit: Dominus est: quod bonum est in oculis suis, faciat,

19. Crevit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram *f*.

20. Et cognovit universus Israel a Dan *g*, usque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini.

21. Et addidit Dominus, ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, juxta verbum Domini. Et evenit sermo *h* Samuelis universo Israeli.

a Præ timore.
b Puniturus peccata.
c Sciut oportebat.
d i. oblationibus.
e Adjurabat eum imprecando mala.
f Nihil dixit inane,
g Urbe prius Lais dicta, postea Cæsarea Philippi.
h Juxta sermonem ejus.

ROZDZIAŁ IV.

Philistyni porázili lud Izráelski po dwá kroć, Archę Bożą wźięli, syny kápłaná Heli pobili; z stołká spadł, szyię złomił, Niewiástká iego przy porodzeniu umárłá.

1. Y Sstáło się w one dni, zebráli się Philisthynowie ná woynę: y wyszedł Izráel przećiwko Philisthynom ku bitwie, y położył się

CAPUT IV.

Cæduntur Israelitæ a Philisthæis 1. Adducta in castra arca rursus cæduntur, captaque arca duo filii Heli occiduntur; 4. Quibus auditis. Heli corruens occumbit, ac nurus ejus in partu moritur. 12.

1. ET * factum est in diebus illis, *i* convenerunt Philisthiim in pugnam: & egressus est Israel obviam Philisthiim in prælium, & ca-

* Anno M. 2888. Ant. Chr. 1116.
i Mortuo Samsone. Judic. 16. 31.

a Id nomen poſtea impoſitum.

&c caſtra metatus eſt juxta lapidem adjutorii *a*. Porro Philiſthiim venerunt in Aphec,

2. Et inſtruxerunt aciem contra Iſrael. Inito autem certamine, terga vertit Iſrael Philiſthæis: & cæſa ſunt in illo certamine paſſim per agros, quaſi quatuor millia virorum.

3 Et reverſus eſt populus ad caſtra: dixeruntque majores natu de Iſrael: Quare percuſſit nos Dominus *b* hodie coram Philiſthiim? afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium noſtri, ut ſalvet nos de manu inimicorum noſtrorum.

b Q. d. cum tamen ipſe mandaverit per Samuelem bellum contra Philiſthæos.

4. Miſit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum ſedentis ſuper Cherubim: erantque duo filii Heli cum arca fœderis Dei, Ophni & Phinees.

5. Cumque veniſſet arca fœderis Domini in caſtra, vociferatus eſt *c* omnis Iſrael clamore grandi, & perſonuit terra.

c Clamore jubilationis.

6. Et audierunt Philiſthiim vocem clamoris dixeruntque: Quænam eſt hæc vox clamoris magni in caſtris Hebræorum? Et cognoverunt, quod arca Domini veniſſet in caſtra.

7. Timueruntque Philiſthiim, dicentes: Venit Deus *d* in caſtra. Et ingemuerunt, dicentes:

d Judæorum.

8, Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius: væ nobis. Quis nos ſalvabit de manu Deorum ſublimium *e* iſtorum? hi ſunt Dii, qui parcuſſerunt Ægyptum omni plaga, in deſerto *f*.

e Hebr. fortium

f i. prope deſertum in mari rubro.

9. Confortamini, & eſtote viri, Philiſthiim: ne ſerviatis Hebræis, ſicut & illi ſervierunt vobis *g*: confortamini, & bellate.

g Per 40. annos. Judic. 11. 1.

10. Pugnaverunt ergo Philiſthiim, & cæſus eſt Iſrael, & fugit unusquisque in tabernaculum ſuum: & facta eſt plaga magna nimis: & ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum.

11. Et arca Dei capta eſt: duo quoque filii Heli mortui ſunt, Ophni & Phinees.

12. Currens autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo in die illa, ſciſſa veſte & conſperſus pulvere caput.

13. Cumque ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellam contra viam ſpectans *h*. Erat enim cor ejus pavens pro arca Dei. Vir autem ille poſtquam ingreſſus eſt, nuntiavit urbi: & ululavit omnis civitas.

h Hebr. ſpeculans Chald. proſpiciens.

14. Et audivit Heli ſonitum clamoris, dixit-

ſię obozem ú Kámieniá pomocy. A Philiſthynowie przyćiągnęli do Aphek.

2. Y zſzykowáli woyſko przećiw Izráelowi. A potkawſzy ſię tył podał Izráel Philiſthynowi, y pobito w onym potkániu wſzędźie po polách, iáko cztery tyśiące mężow.

3. Y wroćił ſię lud do obozu: y rzekli ſtárſzy z Izráel: Przecz nas dźiś Pan poráźił przed Philiſthyny? Przynieśmy do śiebie z Silo ſkrzynię przymierza Páńſkiego, á niech przyidźie między nas, że nas wybáwi z ręki nieprzyiáćioł náſzych.

4. Poſłał tedy lud do Silo, y wźięli ztámtąd ſkrzynię przymierza Páná zaſtępow śiedzącego ná Cherubiniech: á byli dwá ſynowie Heli z ſkrzynią przymierza Bożego, Ophni y Phinees.

5. A gdy przyſzłá ſkrzyniá przymierza Páńſkiego do obzu, krzyczał wſzytek Izráel głoſem wielkim, y rozlegáło ſię po źiemi.

6. Y uſłyſzeli Philiſthynowie głos wołánia, y rzekli: Co to zá głos krzyku wielkiego w obozie Hebreyſkim? y dowiedźieli ſię, że ſkrzyniá Páńſka przyſzłá do obozu.

7. Y zlękli ſię Philiſthynowie, rzekąc: Przyſzedł Bog do obozu. Y wzdycháli, mowiąc:

8. Biádaſz nam: bo nie byłá táka rádość wczorá y dźiś trzeći dźień. Biádá nam. Kto nas wybáwi z ręki tych bogow wyſokich? Ci ſą Bogowie, ktorzy poráźili Ægypt wſzelką plagą, ná puſczy.

9. Umacniayćie ſię, á bądźćie mężámi Philiſthynowie: ábyśćie nie ſłużyli Hebreyczykom, iáko y oni wam ſłużyli: Umacniayćie ſię, á biyćie ſię.

10. Zwiedli tedy bitwę Philiſthynowie, y porażon Izráel, y ućiekł káżdy do namiotu ſwego: y byłá porażká bárzo wielka: y poległo z Izráelá trzydźieśći tyśięcy pieſzych.

11. Y ſkrzynię Bożą wźięto: y dwá ſynowie Heli umárli, Ophni y Phinees.

12. A bieżąc mąż z Beniámin z woyſká, przyſzedł do Silo w on dźień, rozdárſzy ſzátę, á prochem głowę poſypawſzy.

13. A gdy on przyſzedł, Heli śiedźiał ná ſtołku pátrząc ku drodze. Bo ſię ſerce iego lękáło o ſkrzynię Bożą. A on mąż ſkoro wſzedł powiedźiał miáſtu: y płákáło wſzytko miáſto.

14. Y uſłyſzał Heli głos wołánia, y rzekł:

Co

Co to zá głos tey trwogi? A on pośpieſzył ſię y przyſzedł, y oznaymił Heli.

15. Lecz Heli iuż miał dźiewięćdźieśiąt y ośm lat, y oczy iego zácmiły ſię były, y nie mogł doyźrzeć.

16. Y rzekł do Heli: Iam ieſt, ktorym przyſzedł z bitwy, y iam ktorym dźiś ućiekł z woyſká. Ktoremu on rzekł: Coż ſię ſtáło ſynu moy?

17. Odpowiádáiąc on ktory oznaymiał: Ućiekł, pry, Izráel przed Philiſthynmi, y ſtał ſię wielki upadek w ludu, nád to y dwá ſynowie twoi umárli, Ophni y Phinees, y ſkrzyniá Boża wźięta ieſt.

18. A gdy on pomięnił ſkrzynię Bożą, ſpadł z ſtołká názad u drzwi, y złamawſzy ſzyię umárł. Bo był człowiek ſtáry y letni: á on ſądźił Izráelá czterdźieśći lat.

19. A niewiaſtká iego, żoná Phineeſá byłá brzemienną y bliſká porodzenia: y uſłyſzawſzy nowinę, że wźięta ſkrzyniá Boża, á iż umárł świekier iey, y mąż iey, náchyliłá ſię y porodźiłá: bo przypádły ná nię bole nagłe.

20. A w ſámym momenćie śmierći iey, rzekły ktore ſtały około niey: Nie boy ſię, boś urodźiłá ſyná. Ktora nie odpowiedźiáłá im, áni obaczyłá.

21. Y názwáłá dźiećię Ichábod, mowiąc: Odięta ieſt chwałá od Izráelá, bo wźięta ieſt ſkrzyniá Boża, y dla świekrá ſwego, y dla męża ſwego:

22. Y rzekłá: Odięta ieſt chwałá od Izráelá, dla tego że wźięta ieſt ſkrzyniá Boża.

xitque: Quis eſt hic ſonitus tumultus hujus? At ille feſtinavit, & venit, & nuntiavit Heli.

15. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi ejus caligaverant, & videre non poterat.

16. Et dixit ad Heli: Ego ſum, qui veni de prælio, & ego, qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum eſt fili mi?

17. Reſpondens autem ille, qui nuntiabat: Fugit, inquit, Iſrael coram Philiſthiim, & ruina magna facta eſt in populo: inſuper & duo filii tui mortui ſunt, Ophni & Phinees, & arca Dei capta eſt.

18. Cumque ille nominaſſet arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum juxta oſtium, & fractis cervicibus mortuus eſt *a*. Senex enim erat vir & grandævus: & ipſe judicavit Iſrael quadraginta annis *b*.

19. Nurus autem ejus, uxor Phinees, prægnans erat vicinaque partui: & audito nuntio, quod capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, & vir ſuus, incurvavit ſe, & peperit, irruerant enim in eam dolores ſubiti.

20. In ipſo autem momento mortis ejus, dixerunt ei, quæ ſtabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperiſti. Quæ non reſpondit eis, neque animadvertit.

21. Et vocavit puerum, Ichabod *c*, dicens: Tranſlata eſt gloria de Iſrael, quia capta eſt arca Dei, & pro ſocero ſuo & pro viro ſuo;

22. Et ait: Tranſlata eſt gloria ab Iſrael, eo quod capta eſſet arca Dei.

a Quia filios delinquentes non abjecerat.

b Exinde Samuel annos natus 39.

c i. ubi gloria. vide indicem Etym. in Manuali.

ROZDZIAŁ V.

Philiſtynowie Archę Bożą poſtáwili wedle báłwáná Dagon, tedy báłwan padł przed Archą, y połamał ſię; Pan Bog kárze Philiſtyny niemocámi, y myſzámi, y odeſłáli Archę Philiſtynowie.

1. LEcz Philiſtynowie wźięli ſkrzynię Bożą, y zánieśli ią od kámieniá pomocy do Azotu.

2. A Philiſtinowie wźięli ſkrzynię Bożą, y w nieśli ią do Zboru Dagon, y poſtáwili ią podle Dagoná.

3. A gdy ná świtániu wſtáli Azotczánie názáiutrz, oto Dagon leżał twarzą ná źiemi przed ſkrzynią Páńſką, y podnieśli Dagoná y poſtáwili go záś ná mieyſce iego.

4. Y záśię ráno názáiutrz wſtawſzy náleźli Da-

CAPUT V.

Dagon coram arca ſemel ac iterum corruit, abſciſſis in limine capite & manibus, 1. Philiſthæi quoque mariſcis & muribus percuſſi, 1. Arcam a ſe repellunt, 11.

1. PHiliſthiim autem tulerunt * arcam Dei, & aſportaverunt eam a Lapide adjutorii in Azotum.

2. Tuleruntque Philiſthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam juxta Dagon.

3. Cumque ſurrexiſſent diluculo Azotii altera die, ecce Dagon jacebat pronus *d* in terra ante arcam Domini *e*: & tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuum.

4. Rurſumque mane die altera conſurgentes,

* Eodem anno 2888.

d Sc. ſuper faciem.

e U intelligerent, quanto præſtantior eſſet Hebræorum Deus.

tes, invenerunt Dgaon jacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum ejus abſciſſæ erant ſuper limen:

a Sc. corpus ſine capite

5. Porro Dagon ſolus truncus *a* remanſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant ſacerdotes Dagon, & omnes, qui ingrediuntur templum ejus, ſuper limen Dagon in Azoto, usque in hodiernum diem.

b Pſ. 77. 66. *c* Hæmerrhodibus, mariſcis & tuberculis in ano. *d* Agris infeſti.

6. Aggravata eſt autem manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos; *b* & percuſſit in ſecretiori parte natium Azotum *c*, & fines ejus. Et ebulierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati ſunt mures *d*, & facta eſt confuſio mortis magnæ in civitate.

7. Videntes autem viri Azotii hujuscemodi plagam, dixerunt: Non maneat arca Dei Iſrael apud nos: quoniam dura eſt manus ejus ſuper nos, & ſuper Dagon deũ noſtrũ.

8. Et mittentes congregaverunt omnes ſatrapas Philiſthinorum ad ſe, & dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Iſrael? Reſponderuntque Gethæi: Circumducatur arca Dei Iſrael. Et circumduxerunt arcam Dei Iſrael.

e i. percuſſio, ſeu plaga. Diſce, irreverentiam & abuſum rerum ſacrarum terribiliter puniri.

9. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus *e* Domini per ſingulas civitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros uniuscujusque urbis, a parvo usque ad majorem & computreſcebant prominentes extales eorum. Inieruntque Gethæi conſilium; & fecerunt ſibi ſedes pelliceas.

10. Miſerunt ergo arcam Dei in Accaron. Cumque veniſſet arca Dei in Accaron, exclamaverunt Accaronitæ, dicentes: Adduxerunt ad nos arcam Dei Iſrael, ut interficiat nos & populum noſtrum.

11. Miſerunt itaque & congregaverunt omnes ſatrapas Philiſthinorum, qui dixerunt: Dimittite arcam Dei Iſrael, & revertatur in locum ſuum,, & non interficiat nos cum populo noſtro.

f Hebr. contritio. *g* Eſt hyperbole.

12. Fiebat enim pavor *f* mortis in ſingulis urbibus, & graviſſima valde manus Dei. Viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in ſecretiori parte natium: & aſcendebat ululatus uniuscujusq; civitatis in cælum *g*.

Dagoná leżącego twarzą ſwą ná źiemi przed ſkrzynią Páńſką: á głowá Dágonowá, y obie dłoni rąk iego ućięte były ná progu:

5. A Dagoná ſámego tułow zoſtał, á był ná ſwym mieyſcu. Dlá tey przyczyny ofiárownicy Dagon, y wſzyſcy ktorzy w chodzą do Zboru iego, nie depcą ná prog Dagon w Azoćie, áż do dniá dźiśieyſzego.

6. Lecz ręká Páńſká obćiążyłá ſię nád Azotczykámi y gubił ie: y zaráźił ná taiemnym mieyſcu zádnice Azotá y gránice iego. Y wykipiáły wśi y polá w pośrzodku oney kráiny, y národźiło ſię myſzy, y ſtáło ſię wielkie zámieſzánie śmierći wielkiey w mieśćie.

7. A widząc mężowie Azotczykowie tákową plagę, rzekli: Niech nie mieſzka u nas ſkrzyniá Bogá Izráelſkiego: bo twárda ieſt ręká iego ná nas, y ná Dágoná Bogá náſzego.

8. A poſławſzy zebráli wſzytkie kśiążętá Philiſtyńſkie do śiebie, y rzekli: Co mamy czynić z ſkrzynią Bogá Izráelowego? Y odpowiedźieli Getheyczykowie: Niech obwożą w koło ſkrzynię Bogá Izráelſkiego. Y obwoźili wkoło ſkrzynię Bogá Izráelſkiego.

9. A gdy ią oni obwoźili: ſtawáłá ſię ręká Páńſká w káżdym mieśćie porażki bárzo wielkiey, y záráżáłá męże káżdego miáſtá, od máłego áż do więtſzego, y gniły wychodzące zádnie ielitá ich. Y nárádźili ſię Geteyczycy y poczynili ſobie śiedzenia ſkorzáne.

10. Poſłáli tedy ſkrzynię Bożą do Akkároná. A gdy przyſzłá ſkrzyniá Boża do Akkáron, zawołáli Akkáronczycy, mowiąc: Przywieźli do nas ſkrzynię Bogá Izráelſkiego, áby nas pobiłá y lud náſz.

11. Poſłáli tedy y zebráli wſzyſtkie Kśiążętá Philiſtyńſkie; ktorzy rzekli: Puśćie ſkrzynię Bogá Izráelowego, á niech ſię wroći ná mieyſco ſwoie: á niechay nas nie zábiia y z ludem náſzym.

12. Bo był ſtrách śmierći w káżdym mieśćie, y barzo ćiężka ręká Boża. Mężowie też, ktorzy nie pomárli, záráżeni bywáli ná táiemnym mieyſcu zádnice: y wſtępował krzyk káżdego miáſta do niebá.

CAPUT VI.

Philiſthæi arcam cum muribus & anis aureis, a ſe remittunt usque Bethſames: 1. Ubi vaccas

ROZDZIAŁ VI.

Odeſłáno Archę z dáry, ná woźie nowym, krowy od ćieląt odiąwſzy, y przywieźioná do Beth-

Bethzámes, á Bethzámczykowie pomárli dla Arcky, y posłáli posty, áby ią wźiento do Cáryathyárym.

1. BYłá tedy skrzynia Páńska w źiemi Philistińskiey śiedm Mieśiący.

2. Y przyzwáli Philistynowie ofiárownikow y wieszczkow, mowiąc: Co uczynimy z skrzynią Páńską? Ukażćie nam iáko ią odesłáć mamy ná mieysce iey? Ktorzy powiedźieli:

3. Ieśli odsyłaćie skrzynię Bogá Izráelowego, nie odsyłayćiesz iey prozney, ále cośćie winni, oddayćie iey zá grzech, á tedy będźiećie uzdrowieni; y dowiećie śię, przecz nie odstępuie ręká iego od was.

4. Ktorzy rzekli: A coż iest, co iey zá występek oddáć mamy? Y odpowiedźieli oni:

5. Według liczby powiátow Philistińskich, pięć zádnic złotych spráwićie, y pięć myszy złotych: bo iedná plagá byłá na was wszystkie y ná Kśiążętá wásze. Y uczyńćie podobieństwa zádnic wászych y podobieństwá myszy, ktore pokáźiły źiemię wászę, y daćie Bogu Izráelowemu chwałę; áza snáć odeymie rękę swoię od was, y od bogow wászych, y od źiemie wászey.

6. Czemu oćiążaćie sercá wásze, iáko oćiążał Ægypt y Phárao serce swoie? Aza nie potym iáko skarány iest, dopiero wypuśćił ie, y wyszli?

7. Teraz tedy porwićie y uczyńćie woz ieden nowy, á dwie krowie ośielone, ná ktore nie kłádźiono iárzma, záprzężćie do wozá, á ćielętá ich pozáwieráyćie domá.

8. Y wezmiećie skrzynię Páńską y wstáwićie ná woz, y sztuki złote, kto reśćie mu oddáli zá grzech, wkłádźiećie w skrzynkę ná boku iey; á puśććie ią, że poydźie.

9. Y pátrzyć będźiećie; á ieśli drogą gránic swych poydźie ku Bethsames, on nam to wielkie złe uczynił; lecz ieśli nie, poznamy że nie iego ręká dotknęłá nas, ále śię z przygody sstáło.

10. Uczynili tedy tym sposobem: á wźiąwszy dwie krowie, ktore karmiły ćielętá, záprzęgli ie w woz, á ćielętá ich zamknęli domá.

11. Y wstáwili skrzynię Bożą ná woz, y skrzynkę, ktora miáłá myszy złote, y podobieństwá zádnic.

12. Poszły tedy krowy prosto drogą, ktora bieży ku Bethsames, á szły iedną drogą, bieżąc

cas super ligna plaustri Bethsamitæ immolant 21. Plurimi de populo ac plebe a Domino interimuntur, quod arcam Dei conspexissent 19.

1. FUit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus.

Anno M. 2888.

2. Et vocaverunt Philistiim sacerdotes *a* & divinos, dicentes: Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis, quomodo remittamus eam in locum suum? Qui dixerunt:

a Sc. Dagon.

3. Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed, quod debetis *b*, reddite ei pro peccato, tunc curabimini; & scietis, quare non recedat manus ejus a vobis.

b Sc. munus Hebr. hostiam Chald. oblationem expiationis.

4. Qui dixerunt: Quid est, quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi:

5. Juxta numerum provinciarum Philisthinorum, quinque anos aureos facietis, quinque mures aureos: quia plaga una fuit omnibus vobis, & satrapis *c* vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium, qui demoliti sunt terram. Et dabitis Deo Israel gloriam; si forte relevet manum suam a vobis, & a diis vestris, & a terra vestra.

c i. præfectis, vox est Persica.

6. Quare aggravatis corda vestra, sicut aggravavit Ægyptus, & Pharao cor suum? *d* nonne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt?

d Exod. 12. 31.

7. Nunc ergo arripite, & facite plaustrum novum unum, & duas vaccas fœtas *e*, quibus non est impositum jugum, jungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi.

e Hebr. & Chald. lactantes.

8. Tolletisque arcam Domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea *f*, quæ exolvistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus ejus; & dimittite eam, ut vadat

f Anos & mures aureos.

9. Et aspicietis; & si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande; sin autem, minime: sciemus, quia nequaquam manus ejus tetigit nos, sed casu accidit.

10. Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas, quæ lactabant vitulos, junxerunt ad plaustrum, vitulosque earum concluserunt domi.

11. Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, & capsellam, quæ habebat mures aureos, & similitudines anorum.

12. Ibant autem in directum vaccæ, per viam, quæ ducit Bethsames, & itinere uno gra-

gradiebantur, pergentes, & mugientes *a*: & non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram; sed & satrapæ Philisthiim sequebantur usque ad terminos Bethsames.

13. Porro Bethsamitæ metebant triticum *b* in valle: & elevantes oculos suos, viderunt arcam, & gavisi sunt, cum vidissent.

14. Et plaustrum venit in agrum Josue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino.

15. Levitæ autem deposuerunt arcam Dei, & capsellam, quæ erat juxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolaverunt victimas in die illa Domino.

16. Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, & reversi sunt in Accaron in die illa.

17. Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philisthiim pro delicto, Domino: Azotus unum, Gaza unum, Ascalon unum, Geth unum, Accaron unum:

17. Et mures aureos secundum numerum urbium Philisthiim, quinque provinciarum, ab urbe murata *c* usque ad villam, quæ erat absq; muro, & usque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam Domini, quæ erat usq; in illum diem in agro Josue Bethsamitis.

19. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini *d*; & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo, quod Dominus percussisset plebem plaga.

20. Et dixerunt viri Bethsamitæ: Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti hujus? & ad quem ascendet a nobis?

21. Miseruntque nuntios ad habitatores Cariathiarim, dicentes: Reduxerunt Philisthiim arcam Domini, descendite, & reducite eam ad vos.

a Sc. ob vitulos relictos.

b Quæ messis in illis regionibus fit mense Majo circa Pentecosten.

c Q. d. omnes contribuerunt ad illa munera.

d Sc. quod denudassent, & curiosius aspexissent, contra legem. Num. 4. 20.

CAPUT VII.

Reducitur arca in domum Abinadab in Gabaa, 1. Samuelis hortatu Israelitæ ad Dominum conversi, 3. Philisthæos vincunt, orante pro ipsis Samuele. 8.

1. VEnerunt *e* ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Abinadab *f* in Gabaa *g*: Eleazarum autem filium ejus sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini.

e Anno M. 2888.

f Adhuc tamen Tabernaculum in Silo permansit Judic. 18. 31 cum 1. Reg. 14. 3.

g 70. collem, qui sc. erat in urbe Cariathiarim.

2. Et

żąc á rycząc, á nie zstąpiły áni w práwo áni w lewo; lecz y Książętá Philistyńskie szły za nimi áż do granic Bethsameś.

13. A Bethsámczycy żęli pszenicę ná dolinie: á podniowszy oczy swe uyźrzeli skrzynię, y uradowáli się uyźrzawszy.

14. A woz przyszedł ná pole Jozuego Bethsámity, y tám stánął. A kámień tám był wielki, y zrąbáli drwá wozu, y włożyli krowy ná nie cáłopalenie Pánu.

15. A Lewitowie zstáwili skrzynię Bożą, y skrzynkę ktora byłá przy niey, w ktorey były sztuki złote, y postáwili ná kámieniu wielkim. A mężowie Bethsámitowie ofiárowáli całopalenie, y ofiárowali ofiáry Pánu dniá onego.

16. A pięć Książąt Philistyńskich pátrzyli, y wrocili się do Akkaron tego dniá.

17 Y te są żádnice złote, ktore oddáli Philisthynowie zá grzech Pánu: Azot iednę, Gázá iednę, Aszkálon iednę, Geth iednę, Akkáron iednę:

18. Y myszy złote według liczby miast Philistyńskich pięći powiátow, od miastá murowánego, áż do wśi, ktora bez muru byłá, y áż do Abel wielkiego, ná ktorym położyli skrzynię Páńską, ktora byłá áż do onego dniá na polu Jozuego Bethsámitczyká.

19. A pobił z mężow Betksámitczykow, przeto że widźieli skrzynię Páńską; y pobił z ludu śiedmdźieśiąt mężow, y pięćdźieśiąt tysięcy pospolstwá, y płákał lud dla tego, że Pan poráźił pospolstwo porażką wielką.

20. Y rzekli mężowie Bethsámitczykow: Ktoż się będźie mogł ostáć przed oczymá Páná Bogá świętego tego? Y do kogoż poydźie od nas?

21. Y posłáli posły do obywátelow Káriáthiárim mowiąc: Odwiedli Philistynowie skrzynię Páńską, zstąpćie á odwieźćie ią do śiebie.

ROZDZIAŁ VII.

Archá do Kárydthyárym przywieźiona do domu Aminádabowego; zá upomnieniem Sámuelowym lud Izráelski náwroćił się do Páná, y poráźili Philistyny zá modlitwą Sámuelową.

1. PRzyszli tedy mężowie Káriáthiárim, y odwieźli skrzynię Páńską, y wnieśli ią do domu Abinádáb w Gabáá: á Eleázara syná iego poświęcili, áby strzegł skrzynię Páńską.

2. Y

2. Y sstáło się, od ktorego dniá byłá skrzyniá Páńska w Káriathiárim, minęło dni wiele (bo iuż był rok dwudźiesty) y odpoczynął wszystek dom Izráelow zá Pánem.

3. Rzekł tedy Sámuel do wszystkiego domu Izráelowego mowiąc: Iesli się ze wszytkiego sercá wászego nawrácaćie do Páná, wyrzuććiesz bogi cudze z pośrzodku was, Báálim y Astároth: á przygotuyćie serca wásze Pánu, á służćie iemu sámemu, á wyrwie was z ręki Philistynow.

4. Odrzućili tedy synowie Izráelowi Báálim y Astároth, y służyli Pánu sámemu.

5. Y rzekł Sámuel: Zgromadźćie wszytkiego Izráelá do Másphát, że się będę modlił zá was do Páná.

6. Y zeszli się do Másphath, y czerpali wodę y wylewáli przed oczymá Páńskimi, y pośćili dniá onego, y mowili tám: Zgrzeszyliśmy. Y sądźił Sámuel syny Izráelowe w Másphath.

7. Y usłyszeli Philistynowie, że się zgromádźili synowie Izráelowi w Másphath, y przyiacháły Kśiążętá Philistyńskie do Izráelá. Co gdy usłyszeli synowie Izráelowi, zlękli się przed Philistynámi.

8. Y rzekł do Sámuelá: Nie przestaway zá námi wołáć do Páná Bogá nászego, áby nas wybáwił z ręki Philistynow.

9. Y wźiął Sámuel iágnię ssące iedno, y ofiárował ie cálopalenie zupełne Pánu; Y wołał Sámuel do Páná za Izráelem, y wysłuchał go Pan.

10. Y stáło się, gdy Sámuel ofiárował cálopalenie, że Philistynowie potkáli się z Izráelem; y zágrzmiał Pan grzmotem wielkim dniá onego nád Philistynámi, y przestrászył ie, y poráżeni są od obli za Izráel.

11. A wyszedszy mężowie Izráelowi z Másphath, gonili Philistyny, y bili ie áż do mieyscá, ktore było pod Bethchár.

12. Wźiął tedy Sámuel kámień ieden, y postáwił ji między Másphath, á między Sen, y názwał imię mieyscá onego: kámień pomocy. Y rzekł: Aż poty pomágał nam Pan.

13. Y uniżeni są Philistynowie, áni przydáli więcey, żeby przyieżdżáli ná gránice Izráelskie. Y stáłá się ręká Páńska ná Philistyny po wszystkie dni Sámuelowe.

14. Y przywrocone są miástá Izráelowi, ktore byli wźięli Philistynowie od Izráelá, od Ak-

2. Et factum est, ex qua die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippe jam annus vigesimus *a*) & requievit omnis domus Israel post Dominum *b*.

3. Ait autem Samuel ad universam domum Israel, dicens: *c* Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth *d*: & præparate corda vestra Domino, & servite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim.

4. Abstulerunt ergo filii Israel Baalim & Astaroth, & servierunt Domino soli.

5. Dixit autem Samuel: Congregate universum Israel in Masphat, ut orem pro vobis Dominum.

6. Et convenerunt in Masphath: hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini *e*; & jejunaverunt in die illa, atque dixerunt ibi: Peccavimus Domino. Judicavitque Samuel filios Israel in Masphath.

7. Et audierunt Philisthiim, quod congregati essent filii Israel in Masphath, & ascenderunt satrapæ Philisthinorum ad Israel. Quod cum audissent filii Israel, timuerunt a facie Philisthinorum.

8. Dixeruntque ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, ut salvet nos de manu Philisthinorum.

8. Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, & obtulit illum holocaustum integrum Domino; & clamavit Samuel ad Dominum pro Israel, & exaudivit eum Dominus.

10. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthiim iniere prælium contra Israel; *f* intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt a facie Israel.

11. Egressique *g* viri Israel de Masphath, persecuti sunt Philisthæos, & percusserunt eos, usque ad locum, qui erat subter Bethchar.

12. Tulit autem Samuel lapidem unum, & posuit eum inter Masphath & inter Sen: & vocavit nomen loci illius: Lapis adjutorii. Dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis Dominus.

13. Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposuerunt ultra *h*, ut venirent in terminos Israel. Facta est itaque manus Domini super Philisthæos, cunctis diebus Samuelis *i*,

14. Et redditæ sunt urbes, quas tulerant Philisthiim ab Israel, Israeli *k*, ab Accaro us-

a Ergo ann. 2908.
b i. sequendo Dominum.
c Deut. 6. 13. Matt. 4. 10.
d Q. d. deos & deas. Sa
e Designantes hoc ritu, ita a se abjici idolorum memoriam & antiquam impietatem.
f Confer. cum Josue 10. 10.
g Eccl. 46. 21.
h Longo tempore.
i I. ad regnum usque Saulis.
k Stationariis quibusdam militibus alicubi tantum relictis. Infr. 10. 5.

a i cum terminis Sa. ex Heb. *b* Sc. Philiſthæos ſeu Palæſtinos.

que Geth, & *a* terminos ſuos; liberavitque Iſrael de manu Philiſthinorum, eratque pax inter Iſrael & Amorrhæum *b*.

15. Judicabat quoque Samuel Iſraelem cunctis diebus vitæ ſuæ:

16. Et ibat per ſingulos annos circuiens Bethel & Galgala & Maſphath, & judicabat Iſraelem in ſupradictis locis.

17. Revartebaturque in Ramatha; ibi enim erat domus ejus, & ibi judicabat Iſraelem: ædificavit etiam ibi altare Domino.

CAPUT VIII.

Filii Samuelis ad avaritiam declinant; hinc petit populus ſibi regem, 1. Quod Samueli & Deo diſplicet. 6. Samuel; ubente Domino jus regis prædicit, ſed populus perſiſtit in petitione, 19.

* Anno M. 2908. Ant. Chr. 1096.

1. FActum eſt autem cum ſenuiſſet Samuel, poſuit * filios ſuos judices Iſrael.

2. Fuitque nomen filii ejus primogeniti Joel, & nomen ſecundi Abia, judicum in Berſabee.

c Muneribus & avaritia corrupti.

3. Et non ambulaverunt filii illius in viis ejus ſed declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntq; munera, & perverterunt judicium *c*.

d Anno M. 2909. ætatis Samuelis 60.

4. Congregati ergo univerſi majores natu Iſrael, venerunt ad Samuelem in Ramatha *d*.

e Oſee 13. 10. Act. 13 21.

5. Dixeruntque ei: Ecce tu ſenuiſti, & filii tui non ambulant in viis tuis; *e* conſtitue nobis regem, ut judicet nos, ſicut & univerſæ habent nationes.

6. Diſplicuit ſermo in oculis Samuelis, eo quod dixiſſent: Da nobis regem, ut judicet nos. Et oravit Samuel ad Dominum.

7. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi; Non enim te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.

8. Juxta omnia opera ſua, quæ fecerunt a die, qua eduxi eos de Ægypto usque ad diem hanc: ſicut dereliquerunt me, & ſervierunt diis alienis, ſic faciunt etiam tibi.

f Non ſolum juſtum ſed & injuſtum & uſurpatitium, quo uti ſolent qui nullis legibus frænari, ſed omnia pro libitu ſuo facere volunt.

9. Nunc ergo vocem eorum audi: verumtamen conteſtare eos, & prædic eis jus regis *f*, qui regnaturus eſt ſuper eos.

10. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat a ſe regem,

11 Et ait: Hoc erit jus regis, qui imperaturus eſt vobis: Filios veſtros tollet, & ponet

Akkáron, áż do Geth, y do gránice ich; y wyſwobodźił Izráel z ręki Philiſtynow, y był pokoy między Izráelem y Amorrheyczykiem.

15. Y ſądźił też Sámuel Izráelá po wſzyſtkie dni żywotá ſwego:

16. Y chodźił ná káżdy rok, obchodząc Bethel y Gálgálá y Máſphat, y ſądźił Izráelá ná pomienionych mieyſcách.

17. Y wracáł ſię do Rámátha; bo tám był dom iego, y tám ſądźił Izráelá: zbudował też tám ołtarz Pánu.

ROZDZIAŁ VIII.

Ze Synowie Sámuelowi byli łákomi, przeto lud prośił o Krolá; ktoremu Sámuel z roſkazánia Páńſkiego przekłáda Práwo Krolewſkie.

1. Y Stáło ſię, gdy ſię zſtárzał Sámuel, poſtánowił ſyny ſwe ſędźiámi nád Izráelem.

2. A imię ſyná iego pierworodnego było Joel, á imię wtorego Abia, ſędźiow w Berſabee.

3. Y nie chodźili ſynowie iego drogámi iego, ále ſię událi zá łákomſtwem, y bráli dáry, y ſąd wywrácáli.

4. Przeto zebrawſzy ſię wſzyſcy ſtárſzy Izráelowi, przyſzli do Sámuelá do Rámáthá.

5. Y rzekli mu: Otoś ſię ty zſtárzał, á ſynowie twoi nie chodzą drogámi twoimi; poſtánow nam Krolá, áby nas ſądźił, iáko y wſzytkie narody máią.

6. Nie podobáłá ſię mowá w oczách Sámuelá, przeto że mowili: Day nam Krolá, áby nas ſądźił. Y modlił ſię Sámuel do Páná.

7. Y rzekł Pan do Sámuelá: Słuchay głoſu ludu we wſzytkim o coć mowią; boć nie ćiebie odrzućili, ále mnie, żebych nie krolował nád nimi.

8. Według wſzytkich uczynkow ſwych, ktore czynili odedniá, ktoregom ie wywiodł z Ægyptu, áż do dniá tego: iáko mnie opuſzczáli, y ſłużyli bogom cudzym, tákżeć y tobie czynią.

9. Teraz tedy ſłuchay głoſu ich: á wſzákże oświadcz ſię przed nimi, á opowiedz im práwo Krolá, ktory ma krolowáć nád nimi.

10. Rzekł tedy Sámuel wſzytkie ſłowá Páńſkie do ludu, ktory był prośił Krolá u niego,

11. Y rzekł: To będźie práwo Krolá, ktory ma pánowáć nád wámi; Syny wáſze bráć będźie,

dźie, y poſtáwi ie ná woźiech ſwych, y uczyni ſobie iezdne, y ktorzy máią biegáć przed poczwornemi iego,

12. Y poczyni ſobie tyśiączniki, y ſetniki, y orace rol ſwoich, y żeńce zboża, y rzemieſlniki zbroy y wozow ſwoich.

13. Corki też wáſze uczyni ſobie áptekarki, y w kuchárki, y piekárki.

14. Polá też wáſze y winnice y oliwnice co nalepſze weźmie, y rozda ſługom ſwoim.

15. Ale y ze zboża wáſzego, y z dochodow winnic dźieśięćinę bráć będźie, áby dał rzezáńcom y ſłużebnikom ſwoim:

16. Sługi tákież wáſze y ſłużebnice, y młodźieńce co lepſze, y oſły bráć będźie, y obroći ná robotę ſwoie.

17. Z trzod też wáſzych będźie brał dźieśięćinę, á wy będźiećie mu niewolnikámi.

18. Y będźiećie wołáć w on dźień przed obliczem Krolá wáſzego, ktoregośćie ſobie obráli: á nie wyſłucha was Pan dniá onego, żeśćie ſobie prośili Krolá.

19. A niechćiał lud uſłucháć głoſu Sámuelowego, ále rzekli: Ináczey nic: Krol bowiem będźie nád námi.

20. A my też będźiemy iáko wſzytkie narody: á będźie nas krol náſz ſądźił, y będźie wychodźił przed námi, y będźie wiodł woyny náſze zá nas.

21. Y ſłuchał Sámuel wſzytkich ſłow ludu, y mowił ie w uſzách Páńſkich.

22. Y rzekł Pan do Sámuelá: Słuchay głoſu ich, á poſtánow nád nimi Krola. Y rzekł Sámuel do mężow Izráelſkich: Niech idźie káżdy do miáſtá ſwego.

net in curribus ſuis, facietque ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum,

12. Et conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruum ſuorum

13. Filias quoque veſtras faciet ſibi unguentarias, & focarias, & panificas.

14. Agros quoque veſtros, & vineas, & oliveta optima tollet, & dabit ſervis ſuis.

15. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis *a* & famulis ſuis.

16. Servos etiam veſtros, & ancillas, & juvenes optimos, & aſinos, auferet, & ponet in opere ſuo,

17. Greges quoque veſtros addecimabit, voſque eritis ei ſervi.

18. Et clamabitis in die illa a facie *b* regis veſtri, quem elegiſtis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis regem.

19. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, ſed dixerunt: Nequaquam: rex enim erit ſuper nos,

20. Et erimus nos quoque ſicut omnes gentes: & judicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.

21. Et audivit Samuel omnia verba populi: & locutus eſt ea in auribus Domini.

22. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, & conſtitue ſuper eos regem *c*. Et ait Samuel ad viros Iſrael: Vadat unuſquiſque in civitatem ſuam.

a Aulæ miniſtris: ſic vocabantur etiam non ſecti.

b i. pro injurias factas a rege.

c Vide Oſee 13. 11.

ROZDZIAŁ IX.

Saul ſzukáiąc oślic oycowych, przyſzedł do Sámuelá, á ſzyląt, żeby pomázány miał bydź na Krolestwo; á on go y ná obiad podeymował y ná noc zoſtáwił.

1. Y Był mąż z pokolenia Beniáminowego imieniem Cis ſyn Abiel, ſyná Seror, ſyná Bechoráth, ſyná Aphia, ſyná mężá Jemini, śiłą duży.

2. A miał ſyná imieniem Saulá, wybornego y dobrego: y nie było mężá z ſynow Izráelowych lepſzego nádeń. Od rámieniá y wyſſzey był wyſſzy niż wſzytek lud.

3. Y zginęły były oślice Cis oycá Saul: y rzekł

CAPUT IX.

Saul quærens patris aſinas pervenit ad Samuelem, 1 Audit, quod a Deo ſit electus in regem ſuper Iſrael. 15. Cum Samuele prandet, & pernoctat. 22.

1. ET erat vir de Benjamin nomine Cis, filius Abiel, filii Seror, filii Bechorath, filii Aphia, filii viri Jemini, fortis robore.

2. Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filiis Iſrael melior illo. Ab humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.

3. Perierant autem aſinæ Cis patris Saul: & dixit

*Eodem anno 2909. cum Samuel a mortuo Heli annos 21. cum dimidio præfuiſſet. Id ex cap. 6. [1. cum cap. 7. 2. & cap. 12. 17. colligere eſt.

a i. famulis.

b Hæc Geneſ. 14. dicitur, Bale & Segor.

c Prophetia & rebus geſtis ac judiciaria poteſtate.

d i. munus.

e Sc. ſicli

f Sc. hoſtiæ pacificæ.

g i. urbis. loco.

h Chald benedicit ſuper cibum.

i Act. 13. 21.

k Indicaverat.

& dixit * Cis ad Saul filium ſuum: Tolle tecum unum de *a* pueris, & conſurgens vade, & quære aſinas. Qui cum tranſiſſent per montem Ephraim,

4. Et per Terram Seliſa *b* & non inveniſſent, tranſierunt etiam per Terram Salim, & non erant: ſed & per Terram Jemini, & minime repererunt.

5. Cum autem veniſſent in Terram Suph, dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo: Veni, & revertamur, ne forte dimiſerit pater meus aſinas, & ſolicitus ſit pro nobis.

6. Qui ait ei: Ecce vir Dei eſt in civitate hac, vir nobilis *c*: omne, quod loquitur, ſine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, ſi forte indicet nobis de via noſtra, propter quam venimus.

7. Dixitque Saul ad puerum ſuum: Ecce ibimus, quid feremus ad virum Dei? panis defecit in ſitarciis noſtris; & ſportulam *d* non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud.

8. Rurſum puer reſpondit Sauli, & ait: Ecce inventa eſt in manu mea quarta pars ſtateris *e* argenti, demus homini Dei, ut indicet nobis viam noſtram.

9. (Olim in Iſrael ſic loquebatur unusquisque vadens conſulere Deum: Venite, & eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns,)

10. Et dixit Saul ad puerum ſuum: Optimus ſermo tuus. Veni, eamus. Et ierunt in civitatem, in qua erat vir Dei.

11. Cumque aſcenderent clivum civitatis, invenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis: Nũ hic eſt Videns?

12. Quæ reſpondentes, dixerunt illis: Hic eſt: ecce ante te, feſtina nunc: hodie enim venit in civitatem, quia ſacrificium *f* eſt hodie populi in excelſo *g*.

13. Ingredientes urbem, ſtatim invenietis eũ antequam aſcendat excelſum ad veſcendum. Neq; enim comeſurus eſt populus, donec ille veniat: Quia ipſe benedicit hoſtiæ *h*, & deinceps comedunt, qui vocati ſunt. Nunc ergo conſcendite, quia hodie reperietis eum.

15. Et aſcenderunt in civitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obviam eis, ut aſcenderet in excelſum.

15. Dominus *i* autem revelaverat auriculam *k* Samuelis ante unam diem, quam veniret Saul dicens:

16. Hac

rzekł Cis do Saulá ſyná ſwego: Weźmi z ſobą iednego z ſłużebnikow, á wſtawſzy idź y ſzukay oślic. Ktorzy gdy przeſzli przez gorę Ephraim,

4. Y przez źiemię Sáliſá, á nie náleźli, przeſzli też przez źiemię Sálim, á nie było ich: álić y przez źiemię Jeminego, y nie náleźli.

5. A gdy przyſzli do źiemie Suph, rzekł Saul do ſługi, ktory był z nim: Podź á wrоćmy ſię, by ſnadź oćiec moy nie zániechał oślic, á o nas ſię nie fráſował.

6. Ktory mu rzekł: Oto ieſt mąż Boży, w tym mieśćie, człowiek zacny: wſzytko, co on mowi, bez wątpliwości ſię ſtawa. Teraz tedy podźmy tám, owa nam powie o drodze náſzey, dla ktoreyeſmy przyſzli.

7. Y rzekł Saul do ſługi ſwego: Oto poydźiemy: Coż ponieśiemy do mężá Bożego? chlebá nie ſtáło w táiſtrách náſzych; á podárku niemamy, ktorybyſmy dáli człowiekowi Bożemu, áni czego inſzego.

8. Sługá záś odpowiedźiał Saulowi, y rzekł: Oto ſię nálázłá w ręce moiey czwarta część ſyklá ſrebrnego, dáymy człowiekowi Bożemu, áby nam oznaymił drogę náſzę.

9. (Przed tym w Izráelu ták mawiał káżdy, ktory ſzedł rádźić ſię Bogá: Przydźćie, á poydźiem do Widzącego. Ktorego bowiem dźiś prorokiem zowią, przed tym zwano Widzącym.)

10. Y rzekł Saul do ſługi ſwego: Bárzo dobra mowá twoiá, podź, idźwá. Y poſzli do miáſtá, w ktorym był mąż Boży.

11. A gdy wſtępowáli ná gorę miáſtá, náleźli dźiewki wychodzące ná czerpánie wody, y rzekli im: A ieſt tu Widzący?

12. Ktore odpowiádáiąc rzekły im: Tu ieſt: oto przed tobą, ſpieſz ſię teraz: bo dźiś przyſzedł do miáſta, dźiś bowiem ieſt ofiárá ludu ná wyżynie.

13. Wſzedſzy do miáſtá, wnet go záſtániećie pierwey niż poydźie ieść ná wyżynę: lud bowiem ieść nie będźie, áż on przydźie: ponieważ on błogoſłáwi ofierze, á zátym iedzą ći, ktorzy ſą wezwáni. A ták teraz wſtąpćie, bo go dźiś naydźiećie.

14. Y wſtąpili do miáſtá. A gdy oni chodźili w pośrzodku miáſtá, ukazał ſię Sámuel wychodząc przećiwko im, áby wſtąpił ná wyżynę.

15. A Pan obiáwił był ucho Sámuelowe dźień przed tym, niżli Saul przyſzedł, rzekąc:

16. O

16. O teyże godźinie, o ktorey teraz ieſt, iutro poślę do ćiebie męża z źiemie Beniámin, y pomáżeſz go zá wodzá nád ludem moim Izráelſkim: y wybáwi lud moy z ręki Philiſtynow, bom weyźrzał ná lud moy: przyſzło bowiem wołánie ich do mnie.

17. A gdy Sámuel weyźrzał ná Saulá, rzekł mu Pan: Oto mąż, o ktorymemći powiedał, ten będźie pánował nád ludem moim.

18. Y przyſtąpił Saul do Sámuelá w pośrzodku bramy, y rzekł: Ukaż mi, proſzę, gdźie ieſt dom Widzącego?

19. Y odpowiedźiał Sámuel Saulowi, mowiąc: Iam ieſt widzący. Idź przedemną ná wyżynę, ábyśćie iedli zemną dźiśia, á ráno ćię odpráwię: y wſzytko, co ieſt w ſercu twoim, oznaymię tobie.

20. A o oślice, ktoreś dźiś trzeći dźień ſtráćił, nie fráſuy ſię, bo ſię nálázły. A czyieſz będą co nalepſze rzeczy Izráelowe? Izáli nie twoie, y wſzytkiego domu oycá twego?

21. A odpowiedáiąc Saul rzekł: Azam ia nie ieſt ſyn Iemini, z namnieyſzego pokolenia Izráelowego, á rod moy napodleyſzy miedzy wſzytkimi domy pokolenia Beniámin? Przeczże tedy rzekłeś mi tę mowę?

22. Wźiąwſzy tedy Sámuel Saulá y ſługę iego, wwiodł ie ná ſalę, y dał im mieyſce ná przodku tych, ktorzy byli wezwáni. Bo ich było o trzydźieśći mężow.

23. Y rzekł Sámuel kuchárzowi: Day ſztukę, ktorąmći dał y roſkazał, żebyś odłożył oſobno u śiebie.

24. Y podnioſł kucharz łopátkę y położył przed Saulem. Y rzekł Sámuel: Oto co zoſtáło, weźmi przed ſię, á iedź: bo umyślnie dla ciebie ſchowano, kiedym wezwał ludu. Y iadł Saul z Sámuelem dniá onego.

25. Y zeſzli z wyżyny do miáſtá, y mowił z Saulem ná ſali: y poſłał Saulowi ná ſáli, y ſpał.

26. A gdy ráno wſtáli, y iuż dniáło, wezwał Sámuel Saulá ná ſali, mowiąc: Wſtań, y odpráwię ćie, y wſtał Saul: y wyſzli obá, to ieſt, on y Sámuel.

27. A gdy ſchodźili ná końcu miáſtá, Sámuel rzekł do Saulá: Rzecz ſłudze, że poydźie przed námi, y minie á ty pozoſtań trochę, żeć opowiem ſłowo Páńſkie.

16. Hac ipſa hora, quæ nunc eſt, cras mittam virum ad te de Terra Benjamin, & unges eum ducem ſuper populum meum Iſrael: & ſalvabit populum meum de manu Philiſthinorum: quia reſpexi populum meum, venit enim clamor eorum *a* ad me.

17. Cumque aſpexiſſet Samuel Saulem, Dominus, dixit ei: ecce vir, quem dixeram tibi, iſte dominabitur populo meo.

18. Acceſſit autem Saul ad Samuelem in medio portæ *b*, & ait: Indica, oro, mihi, ubi eſt domus Videntis?

19. Et reſpondit Samuel Sauli dicens: Ego ſum Videns. Aſcende ante me in excelſum, ut comedatis mecum hodie, & dimittam te mane: & omnia, quæ ſunt in corde tuo, indicabo tibi:

20. Et de aſinis, quas nudius tertius perdidiſti, ne ſolicitus ſis, quia inventæ ſunt. Et cujus erunt optima quæque Iſrael? nonne tibi, & omni domui patris tui?

21. Reſpondens autem Saul, ait: Numquid non filius Jemini *c* ego ſum, de minima tribu *d* Iſrael, & cognatio mea noviſſima inter omnes familias de trtbu Benjamin? quare ergo locutus es' mihi ſermonem iſtum?

22. Aſſumen, itaque Samuel Saulem, & puerum ejus, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant invitati. Erant enim quaſi triginta viri.

23. Dixitque Samuel coco: Da partem, quam dedi tibi, & præcepi, ut reponeres ſeorſum apud te.

24. Levavit autem cocus armum, & poſuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce, quod remanſit, pone ante te, & comede: quia de induſtria ſervatum eſt tibi *e*, quando populum vocavi. Et comedit Saul cũ Samuele in die illa.

25. Et deſcenderunt de excelſo in oppidum, & locutus eſt cum Saule in ſolario *f*: ſtravitque Saul in ſolario, & dormivit.

26. Cumq; mane ſurrexiſſent, & jam eluceſceret, vocavit Samuel Saulem in ſolario, dicens: Surge, & dimittam te. Et ſurrexit Saul: egreſſiq; ſunt ambo, ipſe videlicet, & Samuel.

27. Cumque deſcenderent in extrema parte civitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero, ut antecedat nos, & tranſeat: tu autem ſubſiſte paulisper, ut indicem tibi verbum Domini.

a Iſraelitarum.
b Sc. urbis.
c Benjamin.
d Numero capitum, imo pene exciſa propter infandum ſcelus. Jud. 20.
e Ut hoc ſymbolo intelligeret principis eſſe fulcire Remp.
f Tecto plano.

CAPUT X.

Ungitur Saul in regem a Samuele, datis, ac ſuccedentibus ſignis, 1. Prophetat inter prophetas, 10. Miſſis ſortibus a Samuele confirmatur in regem: lex regni in libro ſcripta, coram Domino reponitur. 17.

1. TUlit *a* autem Samuel lenticulam *b* olei, & effudit ſuper caput ejus, & deoſcultatus eſt eum, & ait: Ecce unxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuam in principem *c*, & liberabis populum ſuum de manibus inimicorum ejus, qui in circuitu ejus ſunt. Et hoc tibi ſignũ, quia unxit te Deus in principẽ.

2. Cum abieris hodie a me, invenies duos viros juxta ſepulchrum Rachel in finibus Benjamin, in Meridie *d*, dicentque tibi: Inventæ ſunt aſinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermiſſis pater tuus aſinis, ſolicitus eſt pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo?

3. Cumque abieris inde, & ultra tranſieris, & veneris ad quercum Thabor, invenient te ibi tres viri aſcendentes ad Deum *e* in Bethel, unus portans tres hædos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini.

4. Cumque te ſalutaverint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum.

5. Poſt hæc venies in collem *f* Dei, ubi eſt ſtatio *g* Philiſthinorum; & cum ingreſſus fueris ibi urbem, obvium habebis gregem Prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipſosque prophetantes.

6. Et inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis *h* cum eis, & mutaberis in virum alium.

7. Quando argo evenerint ſigna hæc omnia tibi, fac, quæcumque invenerit manus tua *i*, quia Dominus tecum eſt.

8. Et aſcendes ante me in Galgala, (ego quippe deſcendam ad te,) ut offeras *k* oblationem, & immoles victimas pacificas: ſeptem diebus expectabis, *l* donec veniam ad te, & oſtendam tibi, quid facias.

9. Itaque cum avertiſſet humerum ſuum, ut abiret a Samuele, immutavit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia ſigna hæc in die illa.

10. Veneruntque ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obvius ei: & inſiluit ſuper eum Spiritus Domini, & prophetavit in medio eorum.

11. Vi-

a Eodem ann. 2909
b Vaſculum ſeu phialam.
c Regnavit autem Saul annos 40. Actor. 13. 21.
d i. ad auſtrum Hebr. & Chald. in Selſach, quod erat nomen proprium loci.
e Sc. adorandum.
f Chald. ubi arca Domini.
g i. præſidium.
h Cantabis civinas laudes & perite tractabis muſica inſtrumenta. Tirinus.
i i quæ fieri res poſtulabit.
k i. ut cures offerri & immolari.
l Infr. 13. 8.

ROZDZIAŁ X.

Sámuel pomázał ná Kroleſtwo Sauld, odpowiedźiał mu znáki tey rzeczy, potym o iego potwierdzeniu ná Kroleſtwo.

1. Y Wźiął Sámuel báńkę oliwy, y wylał ná głowę iego, y pocáłował go, y rzekł: Oto ćię Pan pomázał zá kśiążę nád dźiedźictwem iego, y wyzwoliſz lud iego z rąk nieprzyiaćioł iego, ktorzy ſą około niego. A ten ći znák, że ćię Bog zá kśiążę pomázał.

2. Gdy odeydźieſz dźiśia odemnie, naydźieſz dwu mężow u grobu Ráchel, ná granicy Beniámin w Południe, y rzeką tobie: Nálázły ſię oślice, ktorycheś chodźił ſzukáć: á oćiec twoy zániechawſzy oślic, troſcze ſię o was, y mowi: Coż uczynię z ſtrony ſyná mego?

3. A gdy ztámtąd odeydźieſz, y dáley zaydźieſz, y prziydźieſz do dębu Thábor, potkaią ćię tám trzey mężowie idący do Bogá do Bethel, ieden nioſąc troie koźląt, á drugi trzy bochny chlebá, á ini nioſąc flaſzę winá.

4. A gdy ćię pozdrowią, dádząć dwoie chlebá, y weźmieſz z ręki ich.

5. Potym prziydźieſz ná págorek Boży, kędy ieſt ſtánowiſko Philiſthyńſkie; á gdy tám wnidźieſz do miáſtá, potkaſz gromádę prorokow zſtępuiących z wyżyny, á przed nimi árfá, y bęben, piſczałká, y lutniá, á oni prorokuią.

6. Y przypádnie ná ćię Duch Páńſki, y będźieſz prorokował z nimi, y odmięniſz ſię w męźá innego.

7. A ták gdyć ſię źiſczą te wſzytkie znáki, czyń cokolwiek znaydźie ręká twoiá: bo Pan ieſt z tobą.

8. Y znidźieſz przedemną do Gálgálu, (bo ia znidę do ćiebie) ábyś ofiárował obiátę, y ofiáry zapokoyne: śiedm dni poczekaſz áż prziydę do ćiebie, y ukazęć, co maſz czynić.

9. A ták gdy odwroćił rámię ſwe áby odſzedł od Sámuela, odmięnił mu Bog ſerce inſze, y ſpełniły ſię wſzytkie znáki dniá onego.

10. Y przyſzli ná págorek przerzeczony, álić oto gromádá prorokow przećiwko niemu: y przypadł nań Duch Páńſki, y prorokował między nimi.

11. A

11. A widząc wſzyſcy, ktorzy go ználi wczorá y dźiś trzeći dźień, że był między prorokámi y prorokował, rzekli ieden do drugiego: Coż ſię to ſtáło ſynowi Ciś? Azaż y Saul między prorokámi?

12. Y odpowiedźiał ieden drugiemu, rzekąc: A kto ieſt oćiec ich? Y ztądże weſzło w przypowieść: Azaż y Saul między proroki?

13. Y przeſtał prorokowáć, y przyſzedł ná wyżynę.

14. Y rzekł ſtriy Saulow do niego, y do ſługi iego: Gdźieśćie chodźili? Oni odpowiedźieli: Szukáć oślić; ktorych gdyſmy nie náleźli, przyſzliſmy do Sámuela:

15. Y rzekł mu ſtriy iego: Powiedz mi, coć mowił Sámuel.

16. A Saul rzekł do ſtryiá ſwego: Powiedźiał nam, że ſię nálázły oślice. Lecz o mowie kroleſtwá nie powiedźiał mu, ktorą mu Sámuel mowił.

17. Potym zezwał Sámuel lud do Páná w Máſphá:

18. Y rzekł do ſynow Izráelowych: To mowi Pan Bog Izráelow: Iam wywiodł Izráelá z Ægyptu, y wyrwałem was z ręki Ægyptiánow, y z ręki wſzytkich krolow, ktorzy was trapili.

19. A wyśćie dźiś porzućili Bogá wáſzego, ktory ſam wybáwił was ze wſzego złego, y z ućiſkow wáſzych: y rzekliśćie: Ináczey nic, ále krolá poſtánow nád námi. Teraz tedy ſtańcie przed Pánem według pokoleni wáſzych, y wedle domow.

20. Y przywiodł Sámuel wſzytkie pokolenia Izráel, y padł los pokolenia Beniámin.

21. Y przywiodł pokolenie Beniámin, y rody iego, y padł rod Metriego, y przyſzedł áż do Saulá ſyná Cis: ſzukáli go tedy y nie náleźiono go.

22. Y rádźili ſię potym Páná, ieſli miał tám przyśdź. A Pan odpowiedźiał: Oto ſię ſkrył domá.

23. Bieżeli tedy, y wźięli go z támtąd: y ſtánął w pośrzodku ludu, y był wyſſzy nád wſzyſtek lud od rámion y wyſſzey.

24. Y rzekł Sámuel do wſzytkiego ludu: Zaiſte widźićie, kogo Pan obrał, że mu nie máſz podobnego między wſzyſtkim ludem. Y záwołał wſzytek lud, y rzekł: Niech żywie krol.

11. Videntes autem omnes, qui noverant eum heri, & nudius tertius, quod eſſet cum prophetis, & prophetaret, dixerunt ad invicem: Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas *a*?

12. Reſponditque alius ad alterum: dicens: Et quis pater eorum? propterea verſum eſt in proverbium: *b* Num, & Saul inter prophetas?

13. Ceſſavit autem prophetare, & venit ad excelſum.

14. Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum ejus: Quo abiſtis? Qui reſponderunt: Quærere aſinas; quas cum non reperiſſemus, venimus ad Samuelem.

15. Et dixit ei patruus ſuus: Indica mihi, quid dixerit tibi Samuel.

16. Et ait Saul ad patruum ſuum: Indicavit nobis, quia inventæ eſſent aſinæ. De ſermone autem regni non indicavit ei, quem locutus fuerat ei Samuel.

17. Et convocavit Samuel populum ad Dominum in Maſpha *c*.

18. Et ait ad filios Iſrael: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ego eduxi Iſrael de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium regum, qui affligebant vos.

19. Vos autem hodie projeciſtis Deum veſtrum: qui ſolus ſalvavit vos de univerſis malis, & tribulationibus veſtris: & dixiſtis: *d* Nequaquam: ſed regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram Domino per tribus veſtras, & per familias *e*.

20. Et applicuit Samuel omnes tribus Iſrael, & cecidit ſors tribus Benjamin.

21. Et applicuit tribum Benjamin, & cognationes ejus, & cecidit cognatio Metri, & pervenit usque ad Saul filium Cis. Quæſierunt ergo eum, & non eſt inventus.

22. Et conſuluerunt poſt hæc Dominum utrumnam venturus eſſet illuc? Reſponditque Dominus: Ecce abſconditus eſt domi.

23. Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde: ſtetitque in medio populi, & altior fuit univerſo populo ab humero, & ſurſum.

24. Et ait Samuel ad omnem populum: Certe videtis, quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo. Et clamavit omnis populus, & ait: Vivat Rex.

a Muſicos & pſaltes, qui periti ſunt canendi divinas laudes.
b Infr. 19. 24.
c Erat in tribu Benjamin prope Gabaon.
d Supr. 8. 19.
e Chald. per millia ſeu chiliades veſtras.

25. Locutus eſt autem Samuel ad populum legem *a* regni, & ſcripſit in libro *b*, & repoſuit coram Domino *c*: & dimiſit Samuel omnem populum, ſingulos in domum ſuam.

26. Sed, & Saul abiit in domum ſuam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda.

27. Filii vero Belial *d* dixerunt: Num ſalvare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eum, & non attulerunt ei munera; ille vero diſſimulabat ſe audire.

a i. jus regi ſervandum. *b* Iſte liber periit Sa. *c* i. prope Arcam. *d* Improbi.

25. Y odpowiedźiał Sámuel przed ludem práwo krolewſkie, y ſpiſał ná kśięgách, y położył przed Pánem. Y roſpuśćił Sámuel wſzytek lud, káżdego do domu iego.

26. Lecz y Saul odſzedł do domu ſwego do Gabáá: y ſzłá z nim część woyſká, ktorych Bog ruſzył ſercá.

27. Ale ſynowie Beliál mowili: Izali nas ten wybáwić może? y wzárdźili im, á nie przynieśli mu dárow; ále on czynił, iákoby nie ſłyſzał.

CAPUT XI.

Naas oppugnat urbem Jabes, 1. Saul irruente in ipſum Spiritu Domini, populum ad bellum convocat, 5. Vincit Naas regem Ammonitarum, & regnum inſtaurat, 11.

1. ET factum eſt quaſi poſt menſem, aſcendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit * adverſum Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, & ſerviemus tibi.

2. Et reſpondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiſcum fœdus, ut eruam omnium veſtrum oculos dextros *e* ponamque vos opprobrium in univerſo Iſrael.

3. Et dixerunt ad eum ſeniores Jabes: Concede nobis ſeptem dies, ut mittamus nuntios ad univerſos terminos Iſrael; & ſi non fuerit, qui defendat nos, egrediemur ad te.

4. Venerunt ergo nuntii in Gabaa Saulis: & locuti ſunt verba hæc, audiente populo: & levavit omnis populus vocem ſuam, & flevit.

5. Et ecce Saul veniebat, ſequens boves de agro, & ait: Quid habet populus, quod plorat? Et narraverunt ei verba virorum Jabes.

6. Et inſilivit Spiritus Domini in Saul, cum audiſſet verba hæc, & iratus eſt furor ejus nimis.

7. Et aſſumens utrumque bovem, concidit in fruſta, miſitque in omnes terminos Iſrael per manum nuntiorum, dicens: Quicumque non exierit, & ſecutus fuerit Saul, & Samuel, ſic fiet bobus ejus. Invaſit ergo timor Domini populum, & egreſſi ſunt quaſi vir unus.

8. Et recenſuit eos in Bezech: fueruntque filiorum Iſrael trecenta millia: virorum autem Juda triginta millia.

*Eodem an. 2909. Ant. Chr. 1095.

e Ut faceret ineptos ad bellum: myſtice Naas ſerpens ſeu diabolus ſtudet eruere nobis oculum dextrum, ne cæleſtia intueamur, relinquens ſiniſtrum, quo carnalia & peritura ſpectemus. St. Gregor.

ROZDZIAŁ XI.

Iáko Saul rátował á bronił męże z Jábez Galáád, od Náázoná Krolá Ammońſkiego, á po tey porażce odnowiło ſię iego Kroleſtwo.

1. Y Stáło ſię iákoby po Mieśiącu, przyćiągnął Náás Amonitczyk, y począł walczyć przećiw Jábes Galáád. Y rzekli wſzyſcy mężowie Jábes do Náás: Miey nas z ſobą w przymierzu, á będźiemyć ſłużyć.

2. Odpowiedźiał im Náás Amonitczyk: W tym zwámi uczynię przymierze, że wyłupię wſzytkim wam práwe oká, á dam was ná pośmiewiſko we wſzytkim Izráelu.

3. Y rzekli do niego ſtárſzy Jábes: Pozwol nam śiedm dni, że wypráwiemy poſły po wſzytkich gránicách Izráelowych; á ieſli nie będźie, ktoby nas bronił, wynidźiemy do ćiebie.

4. Przyſzli tedy poſłowie do Gabáá Saulowego: y mowili te słowá, gdźie lud ſłyſzał, y podnióſł wſzyſtek lud ſwoy głoś, y płákał.

5. A oto Saul wrácał ſię idąc zá woły z polá, y rzekł: Co ma lud, że płácze? Y powiedźieli mu ſłowá mężow Jábes.

6. Y przypadł Duch Páńſki ná Saulá, gdy uſłyſzał te ſłowá, y rozgniewálá ſię zápálczywość iego bárzo.

7. Y wźiąwſzy obudwu wołow zrąbał w ſztuki, y rozeſłał po wſzytkich gránicách Izraelſkich przez ręce poſłow mowiąc: Ktokolwiek niewynidźie y nie poydźie zá Saulem y zá Sámuelem, ták ſię ſtánie wołom iego. Y padł ſtrách Páńſki ná lud, y wyſzli iáko mąż ieden.

8. Y policzył ie w Bezek: y było ſynow Izráelowych trzy ſtá tyśięcy: á mężow Judá trzy dźieśći tyśięcy.

9. Y rzekli poſłom, ktorzy byli przyſzli: Ták powiećie mężom, ktorzy ſą w Jábes Galáád: Iutro będźie wam wybáwienie, gdy ſię zágrzeie ſłońce. Y przyſzli poſłowie y oznaymili mężom Jábes: ktorzy ſię urádowáli.

10. Y rzekli: Iutro wynidźiemy do was, á uczyńićie nam wſzyſtko, co ſię wam podoba.

11. Y ſtáło ſię, gdy dźień iutrzeyſzy przyſzedł, rozſzykował Saul lud ná trzy częśći: y wtárgnął wpośrzod obozu wſtraż ráną, y poráźił Amorrheyczyki, áż ſię dźień zágrzał: á oſtátek ſię rozpierzchnął, ták że ſię nie zoſtáło z nich dwá poſpołu.

12. Y rzekł lud do Sámuelá: Kto to, co mowił: Izali Saul będźie krolował nád námi? Wydayćie męże y pozábiiamy ie.

13. Y rzekł Saul: Nie będźie nikt zábit dniá tego; bo dźiś Pan uczynił zbáwienie w Izráelu.

14. Y rzekł Sámuel do ludu: Podźćie, á idźmy do Galgálá, y odnowmy tam kroleſtwo.

15. Y poſzedł wſzyſtek lud do Galgálá, y uczynili tám Sáulá Krolem przed Pánem w Galgálá, y ofiárowáli tám ofiáry zapokoyne przed Pánem. Y weſelił ſię tám Saul y wſzyſcy mężowie Izráelſcy bárzo.

9. Et dixerunt nuntiis, qui venerant: Sic dicetis viris, qui ſunt in Jabes Galaad: Cras erit vobis ſalus, cum incaluerit ſol. Venerunt ergo nuntii, & annuntiaverunt viris Jabes: qui lætati ſunt.

10. Et dixerunt *a*: Mane exibimus ad vos: & facietis nobis omne, quod placuerit vobis.

a Sc. Ammonitis.

11. Et factum eſt, cum dies craſtinus veniſſet, conſtituit Saul populum in tres partes: & ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina *b* & percuſſit Ammon usque dum incaleſceret dies: reliqui autem diſperſi ſunt, ita ut non relinquerentur in eis duo pariter.

b Seu ultima.

12. Et ait populus ad Samuelem: *c* Quis eſt iſte, qui dixit: Saul num regnabit ſuper nos? Date viros: & interficiemus eos.

c Sup. 10. 27.

13. Et ait Saul: Non occidetur quisquam in die hac; quia hodie fecit Dominus ſalutem in Iſrael.

14. Dixit autem Samuel ad populum: Venite, & eamus in Galgala, & innovemus *d* ibi regnum.

d Confirmando electionem.

15. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, & immolaverunt ibi victimas pacificas coram Domino *e*. Et lætatus eſt ibi Saul, & cuncti viri Iſrael nimis.

e Sc. in altari Domini. Sa.

ROZDZIAŁ XII.

Sámuel dla dźiatek ſwych, okázuie ſię bydź Niewinnym we wſzym ludu Izráelſkiemu. Izráelá kárze z niewdźięczności, znáki z niebá ukazáne; upomina lud, áby ſię trzymał Páná Bogá ſwego.

1. Y Rzekł do wſzytkiego Izráelá: Otom uſłuchał głoſu wáſzego, według wſzytkiego, cośćie mowili do mnie, y poſtánowiłem nád wámi Krolá.

2. A teraz Krol chodźi przed wámi: á iam ſię zſtárzał y ośiwiałem; lecz ſynowie moi ſą z wámi: á ták ktorym obcowáł przed wámi od młodźieńſtwá mego áż do dniá tego, otom tu ieſt.

3. Mowćie o mnie przed Pánem y przed pomázáńcem iego, ieſlim wźiął czyiego wołu ábo oſłá, ieſlim ſpotwarzył kogo, ieſlim ućiſnął kogo, ieſlim z ręki czyiey wźiął dar: á wzgárdzę ji dźiś y wrocę wam.

4. Y rzekli: Nie potwarzałeś nas, áníś ućiſnął, áníś wźiął z ręki czyiey żadney rzeczy.

CAPUT XII.

Samuel populi judicio probatur innocens, & vitæ integræ, 1. Iſraelem ingratitudinis arguit, excitans ad obedientiam, 7. Datis e cœlo ſignis, hortatur, ut Domino adhæreant, non ceſſans pro ipſis orare, 16.

1. Dixit* autem Samuel ad univerſum Iſrael: Ecce audivi vocem veſtram, juxta omnia, quæ locuti eſtis ad me, & conſtitui ſuper vos regem.

* Eodem an. 2909.

2. Et nunc rex graditur ante vos: ego autem ſenui, & incanui; porro filii mei vobiſcũ ſunt: itaq; converſatus coram vobis ab adoleſcentia mea usque ad hanc diem, ecce præſto ſum *f*.

f Ut de me rationem reddam.

3. Loquimini *g* de me coram Domino, & coram Chriſto *h* ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum *i*, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujusquam munus accepi: & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis.

g Eccli. 46. 22

h i. rege.

i Ut per calumniam ſpoliarem.

4. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicujus quippiam,

5. Dixitque ad eos: Teſtis eſt Dominus adverſum vos, & teſtis Chriſtus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Teſtis.

a Sc. teſtis eſt.

6. Et ait Samuel ad populum: Dominus *a*, qui fecit Moyſen & Aaron, & eduxit patres noſtros de Terra Ægypti.

7. Nunc ergo ſtate, ut judicio contendam adverſum vos *b* coram Domino, de omnibus miſericordiis Domini, quas fecit vobiſcum, & cum patribus veſtris.

b Chald. diſceptabo vobiſcum.

8. Quo modo *c* Jacob ingreſſus eſt in Ægyptum, & clamaverunt patres veſtri ad Dominum: & miſit Dominus Moyſen & Aaron, & eduxit patres veſtros de Æpypto: & collocavit eos in loco hoc.

c Gen. 56.5.

9. Qui obliti ſunt Domini Dei ſui, *d* & tradidit eos in manu Siſaræ magiſtri militiæ Haſor: & in manu Philiſthinorum, & in manu regis Moab, & pugnaverunt adverſum eos.

d Judic. 4. 2.

10. Poſtea autem clamaverunt ad Dominum, & dixerunt: Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, & ſervivimus Baalim & Aſtaroth; nunc ergo erue nos de manu inimicorum noſtrorum, & ſerviemus tibi.

11. Et *e* miſit Dominus Jerobaal, & Badan *f*, & Jephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum veſtrorum per circuitum, & habitaſtis confidenter.

e Judic. 6.14.
f Hebr. Bedan, ſeu filius Dan, h. e. Samſon. 70. habent Barac.

12. Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon veniſſet adverſum vos, dixiſtis mihi: *g* Nequaquam, ſed rex imperabit nobis: cum Dominus Deus veſter regnaret in vobis.

g Sup. 8. 19. & 10. 19.

13. Nunc ergo præſto eſt rex veſter, quem elegiſtis & petiſtis: ecce dedit vobis Dominus regem.

14. Si timueritis Dominum, & ſervieritis ei, & audieritis vocem ejus, & non exaſperaveritis *h* os Domini: eritis & vos, & rex qui imperat vobis, ſequentes Dominum Deum veſtrum.

h Rebellando vel reſiſtendo verbo, vel legi.

15. Si autem non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaveritis ſermones ejus, erit manus Domini ſuper vos, & ſuper patres veſtros.

16. Sed & nunc ſtate, & videte rem iſtam grandem, quam facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro.

17. Numquid non meſſis tritici eſt hodie? invocabo Dominum, & dabit voces *i* & pluvias: & ſcietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis *k* in conſpectu Domini, petentes ſuper vos regem.

i i. tonitrua ſonora.
k In veſtram perniciem.

18. Et

5. Y rzekł do nich: Swiádek ieſt Pan ná was, y świádek pomázániec iego dniá tego, żeśćie nic nie náleźli w ręce moiey. Y rzekli: Swiádek.

6. Y rzekł Sámuel do ludu: Pan ktory uczynił Moyżeſzá y Aaroná, y wywiodł oyce náſze z źiemie Ægyptſkiey.

7. Teraz tedy ſtoyćie, że ſię roſpieráć będę ſądem przećiw wam przed Pánem, o wſzytkie miłośierdźia Páńſkie, ktore uczynił z wámi y z oycy wáſzemi:

8. Iáko Iákob wſzedł do Ægyptu, y wołáli oycowie wáſzy do Páná: y poſłał Pan Moyżeſzá y Aaroná, y wywiodł oyce wáſze z Ægyptu: y poſádźił ie ná tym mieyſcu.

9. Ktorzy zápomnieli Páná Bogá ſwego, y dał ie w rękę Siſáry hetmáná woyſká Háſor, y w rękę Philiſtynow, y w rękę Krola Moáb, y walczyli przećiw nim.

10. Potym wołáli do Páná, y mowili: Zgrzeſzyliſmy, żeſmy opuśćili Páná, á ſłużyliſmy Báálim y Aſtároth: teraz tedy wyrwi nas z ręki nieprzyiáćioł náſzych, á będźiemyć ſłużyć.

11. Y poſłał Pan Jerobáálá y Badána, y Jephtego, y Sámuelá, y wyrwał was z ręki nieprzyiaćioł wáſzych po okoliczy, y mieſzkáliśćie przeſpiecznie.

12. A uyźrzawſzy że Náás Krol ſynom Ammonowych przyſzedł ná was, rzekliśćie mi: Zadnym ſpoſobem: ále Krol będźie nam roſkázował: gdyż Pan Bog wáſz krolował nád wámi.

13. Teraz tedy oto ieſt Krol wáſz, ktoregośćie obráli y żądáli: oto wam dał Pan Krolá.

14. Ieſli ſię będźiećie bać Páná, á ſłużyć mu ſłucháć głoſu iego, á nie rozdraźnićie uſt Páńſkich: będźiećie y wy y Krol, ktory wam roſkázuie, chodzący zá Pánem Bogiem wáſzym.

15. Ale ieſli nie będźiećie ſłucháć głoſu Páńſkiego, ále rozdraźnićie mowy iego: będźie ręká Páńſká na was, y ná oyce wáſze.

16. Ale y teraz ſtoyćie, á obáczćie tę rzecz wielką, ktorą uczyni Pan przed oczymá wáſzemi.

17. Azaż dźiś nie pſzeniczne żniwá? będę wzywał Páná, á da gromy y deſzcze: á poznaćie y uyźrzyćie, żeśćie bárzo źle ſobie uczynili przed oczymá Páńſkimi, proſząc nád ſobą Krolá.

18. Y

18. Y wołał Sámuel do Páná, y dał Pan gromy y deſcze dniá onego.

19. Y zlękł ſię bárzo wſzytek lud Páná y Sámuela. Y rzekł wſzytek lud do Sámuela: Modl ſię zá ſługámi twemi do Páná Bogá twego, żebyſmy nie pomárli, boſmy przydáli do wſzytkich grzechow naſzych złość, żeſmy ſobie prośili Krolá.

20. Y rzekł Sámuel do ludu: Nie boyćie ſię: Wyśćie uczynili to wſzytko złe; wſzák że nie odſtępuyćie od tyłu Páná, ále ſłużćie Pánu że wſzyſtkiego ſercá wáſzego.

21. A nie udawayćie ſię zá nikczemnośćiámi, ktore wam nie pomogą, áni was wyrwą, bo nikczemne ſą.

22. A nie opuśći Pan ludu ſwego dla imienia ſwego wielkiego: bo przyśiągł Pan uczynić was ſobie ludem.

23. A mnie nie day Boże tego ſię grzechu dopuśćić przećiw Pánu, ábych miał przeſtáć modlić ſię zá wámi, y náuczę was drogi dobrey á proſtey.

24. A ták boyćie ſię Páná, á ſłużćie mu w prawdźie y ze wſzyſtkiego ſercá wáſzego, bośćie widźieli wielkie rzeczy, ktore czynił między wámi.

25. Lecz ieſli we złośći trwáć będźiećie; y wy y Krol wáſz poſpołu zginiećie.

18. Et clamavit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluvias in illa die.

19. Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem, & dixit univerſus populus ad Samuelem: Ora pro ſervis tuis ad Dominum Deum tuum *a*, ut non moriamur. Addidimus enim univerſis peccatis noſtris malum, ut peteremus nobis regem.

a Non dicunt noſtrum, quia offenderant.

20. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, vos feciſtis univerſum malum hoc; verumtamen nolite recedere a tergo Domini, ſed ſervite Domino in omni corde veſtro.

21. Et nolite declinare poſt vana *b*, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana ſunt.

b Idola & vanos deos.

22. Et non derelinquet Dominus populum ſuum propter nomen ſuum *c* magnum: quia juravit Dominus facere vos ſibi populum.

c Honorem & famam.

23. Abſit autem a me hoc peccatum in Dominum, ut ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam.

24. Igitur timete Dominum, & ſervite ei in veritate, & ex toto corde veſtro. Vidiſtis enim magnifica, quæ in vobis geſſerit.

25. Quod ſi perſeveraveritis in malitia: & vos & rex veſter pariter peribitis.

ROZDZIAŁ XIII.

Jonátás ſyn Saulow poráźił Philiſtyny; Saul nieczekaiąc Sámuelá, ofiáry ofiárowal, za co od Bogá odrzucony. Fortel ktorym podeſzli Philiſtynowie lud Izráelſki.

1. SYn iednego roku był Saul, gdy począł krolowáć, á dwie lećie krolował nád Izráelem.

2. Y wybrał ſobie Saul trzy tyśiące z Izráelá: y były przy Saulu dwá tyśiącá w Máchmás, y ná gorze Bethel, á tyśiąc był z Jonáthą w Gabáá Beniámin; lecz inſzy lud odeſłał káżdego do przybytku iego.

3. Y pobił Jonáthas ſtraż Philiſthyńſką, ktora byłá w Gabáá. Co gdy uſłyſzeli Philiſthynowie, Saul zátrąbił w trąbę po wſzytkiey źiemi, rzekąc: Niech uſłyſzą Hebreowie.

4. A wſzyſtek Izráel uſłyſzał tę wieść, pobił Saul ſtraż Philiſthyńſką: y podnioſł ſię Izráel

CAPUT XIII.

Victi a Saule Philiſthæi maximo apparatu adverſus Iſrael armantur; territi Hebræi in antris latitant; 6. Saul quia non expectato Samuel obtulit holocauſtum, reprobatur a Domino, 9. De cautela Philiſthæorum ut Iſraelitæ armis ſpolientur. 17.

1. Filius unius anni erat *d* Saul cum regnare cœpiſſet, duobus autem annis *e* regnavit ſuper Iſrael.

d Sicut parvulus unius anni innocens & ſine culpa fuit; vel ſimplicius primum regni ſui annum egit.

e Id eſt, liber a jugo Philiſthinorum, qui ab hoc an. 2911. totum Iſrael gravi ſervitute oppreſſerant.

2. Et elegit ſibi Saul tria millia de Iſrael: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Jonatha in Gabaa Benjamin. Porro cæterum populum remiſit unumquemque in tabernacula ſua.

3. Et percuſſit Jonathas ſtationem *f* Philiſthinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cum audiſſent Philiſthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi,

f Præſidium.

4. Et univerſus Iſrael audivit hujuſcemodi famam: Percuſſit Saul ſtationem Philiſthinorum:

norum: & erexit ſe Iſrael adverſus Philiſthiim. Clamavit *a* ergo populus poſt Saul in Galgala.

a Convenit congregatus.

5. Et Philiſthiim congregati ſunt ad prælian-dum contra Iſrael, triginta millia curruum, & ſex millia equitum, & reliquum vulgus, ſicut arena, quæ eſt in littore maris plurima. Et aſcendentes caſtra metati ſunt in Mach-mas ad Orientem Bethaven.

6. Quod cum vidiſſent viri Iſrael ſe in ar-cto poſitos (afflictus enim erat populus) ab-ſconderunt ſe in ſpeluncis, & in abditis *b*, in petris quoque & in antris, & in ciſternis.

b Chald munitionibus.

7. Hebræi autem tranſierunt Jordanem in Terram Gad & Galaad. Cumque adhuc eſ-ſet Saul in Galgala, univerſus populus per-territus eſt, qui ſequebatur eum.

8. Et expectavit ſeptem diebus juxta pla-citum Samuelis *c*; & non venit Samuel in Galgala, dilapſusque eſt populus ab eo.

c Præſcriptum tempus Sup. 10. 8.

9. Ait ergo Saul: Afferte mihi holocau-ſtum, & pacifica. Et obtulit holocauſtum.

10. Cumque compleſſet offerens holocau-ſtum, ecce Samuel veniebat: & egreſſus eſt Saul obviam ei, ut ſalutaret eum.

11. Locutusque eſt ad eum Samuel: Quid feciſti? Reſpondit Saul: Quia vidi, quod po-pulus dilaberetur a me, & tu non veneras juxta placitos dies; porro Philiſthiim congre-gati fuerant in Machmas,

12. Dixi: Nunc deſcendent Philiſthiim ad me in Galgala, & faciem Domini non pla-cavi. Neceſſitate compulſus, obtuli ho-locauſtum.

13. Dixitque Samuel ad Saul: *d* Stulte egi-ſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non feciſſes, jam nunc præparaſſet *e* Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum *f*.

d Infr. 15. 22.

e Hebr. & Chald. firmaſſet

f In longum tempus.

14. Sed nequaquam regnum tuum ultra conſurget. Quæſivit Dominus *g* ſibi virum juxta cor ſuum: & præcepit ei Dominus, ut eſſet dux ſuper populum ſuum, eo quod non ſervaveris, quæ præcepit Dominus.

g Act. 13. 22. Hæc de Davide dicta videntur eodem an. M. 2911. atque adeo annis 8. antequam naſceretur. Vid. Infr. 16. 1.

15. Surrexit autem Samuel, & aſcendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui po-puli aſcenderunt poſt Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recenſuit Saul populum, qui inventi fuerant cum eo, quaſi ſexcentos viros.

16. Et Saul & Jonathas filius ejus, popu-lusque,

Izráel przećiwko Philiſthynom. Wołał tedy lud zá Saulem w Gálgálá.

5. Philiſtynowie też zgromádźili ſię áby walczyli ná Izráela, trzydźieśći tyśięcy wo-zow, y ſześć tyśięcy iezdnych, á oſtátek ludu poſpolitego ták wiele, iáko piaſku, ktory ieſt ná brzegu morſkim bárzo wielki. Y wy-ćiągnąwſzy położyli ſię obozem w Máchmás ná wſchod Betháwem.

6. Co uyźrzawſzy mężowie Izráelſcy że w ćieśniey byli, (bo był lud utrapiony) pokryli ſię w iáſkiniách, y w ſkrytych mieyſcách, y w ſkáłách też y w jámách, y w ſtudniách.

7. A Hebreowie przeſzli zá Jordan do źie-mie Gad y Galáád. A gdy ieſcze Saul był w Galgálá, przeląkł ſię wſzytek lud, ktory ſzedł zá nim.

8. Y czekał śiedm dni według woley Sá-muelowey; lecz Sámuel nie przyſzedł do Gál-galu, y rozbieżał ſię lud od niego.

9. Rzekł tedy Saul: Przynieśćie mi cálopa-lenie y zápokoyne. Y ofiárował całopalenie.

10. A gdy ſkończył ofiárowáć cálopalenie, oto Sámuel przychodźił: y wyſzedł Saul prze-ćiwko iemu, áby go przywitał.

11. Y rzekł do niego Sámuel: Coś uczynił? Odpowiedźiał Saul: Bom widźiał, iż ſię lud ro-zchodźił odemnie, á tyś nie przyſzedł wedle dni namowionych; á Philiſtynowie zgromá-dźili ſię byli w Máchmás.

12. Rzekłem: Teraz źiádą Philiſtynowie do mnie do Galgálá, á nie ubłagałem oblicza Páń-ſkiego. Potrzebą przyćiśniony, ofiárowałem cálopalenie.

13. Y rzekł Sámuel do Saulá: Głupieś uczy-nił, ániś ſtrzegł przykazánia Páná Bogá twego, ktoreć przykazał. Czego byś był nie uczy-nił, teraz by iuż był Pán nágotował kroleſtwo twoie nád Izráelem ná wieki.

14. Ale żadną miárą kroleſtwo twoie wię-cey nie powſtánie. Szukał ſobie Pan męża według ſercá ſwego: y roſkazał mu Pan, áby był kśiążęćiem nád ludem iego, przeto żeś nie záchował, coć Pan roſkazał.

15. Y wſtał Sámuel, poſzedł z Galgálow do Gabáá Beniámin. A inny lud poſzedł zá Sau-lem przećiwko ludu, ktory walczył ná nie idące z Galgálá do Gabáá, ná pagorku Beniá-minowym. Y policzył Saul lud, ktory ſię nálazł przy nim, około ſześći ſet mężow.

16. A Saul y Jonáthás ſyn iego, y lud, kto-ry

ry ſię náłazł z nimi, byli w Gabaá Beniámin, á Philiſtynowie położyli ſię byli w Máchmás.

17. Y wyſzli ná łupienie z obozu Philiſtyńſkiego, trzy uſce. Ieden uſiec udał ſię przećiw drodze Ephrá do źiemie Saul:

18. A drugi ćiągnął drogą Bethoron; á trzeći obroćił ſię ku drodze gránice przyległey dolinie Soboim ku puſczy.

19. Ale kowal nie náydował ſię we wſzytkie źiemi Izráelſkiey. Bo opátrzyli byli Philiſtynowie, áby ſnać Hebreyczycy nie uczynili mieczá ábo oſczepu.

20. Przeto chodźił wſzytek Izráel do Philiſtynow, áby záoſtrzał káżdy lemieſz ſwoy, y motykę, y śiekierę, y rydel.

21. A ták zátępiáły były oſtrzá lemieſzow, y motyk, y wideł, y śiekier, áż do ośćienia, poprâwy potrzebuiącego.

22. A gdy przyſzedł dźień bitwy, nie náłazł ſię miecz y oſczep w ręku wſzytkiego ludu, ktory był z Saulem y z Jonátą, oprocz Saulá y Jonathy ſyná iego.

23. Wyſzła tedy ſtraż Philiſtyńſka, áby przeſzłá do Máchmas.

lusque, qui inventus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin: porro Philiſthiim conſederant in Machmas.

17. Et egreſſi ſunt ad prædandum de caſtris Philiſthinorum tres cunei. Unus cuneus pergebat contra viam Ephra *a* ad Terram Sual *b*.

18. Porro alius ingrediebatur per viam Beth-Horon; tertius autem verterat ſe ad iter termini imminentis valli Seboim contra deſertū.

19. Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni Terra Iſrael. Caverant enim Philiſthiim, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam.

20. Deſcendebat ergo omnis Iſrael ad Philiſthiim, ut exacueret unusquispue vomerem ſuum, & ligonem, & ſecurim, & ſarculum.

21. Retuſæ itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & ſecurium, usque ad ſtimulum corrigendum *c*.

22. Cumque veniſſet dies prælii, non eſt inventus enſis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Jonatha, excepto Saul & Jonatha filio ejus.

23. Egreſſa eſt autem ſtatio Philiſthiim, ut tranſcenderet in Machmas.

a 70. & Chald. Ophra.
b Chald. auſtralem.
c i. acuendum & reficiendum.

ROZDZIAŁ XIV.

Jonáthás ſyn Saulow z ſwym Kopiennikiem porážił Woyſko Philiſtyńſkie; ále po zwyćięſtwie, że przećiw przyśiędze, o ktoreye niewiedąć, oycowſkiey miodu ſkoſztował, záledwie zá przyczyną ludu śmierći uſzedł.

1. Y Przydáło ſię dniá iednego, że Jonathás ſyn Saulow rzekł do pácholká giermká ſwego: Podź, á przeydźmy do ſtraży Philiſtyńſkiey, ktora ieſt zá onym mieyſcem. A oycu ſwemu tego nie powiedźiał.

2. Lecz Saul mieſzkał ná końcu Gabáá pod Malogránatem, ktory był w Magron: á było z nim ludu około ſześći ſet mężow.

3. A Achiás ſyn Achitoba bráta Ichâboda ſyna Phineeſa, ktory poſzedł był z Heli kápłana Páńſkiego w Silo, nośił Ephod. Ale y lud niewiedźiał, gdźie był poſzedł Jonathas.

4. A były miedzy gorámi, przez ktore uśiłował Jonáthas przebydz do ſtrażey Philiſtyńſkiey, wyſokie ſkáły z obu ſtron, á ná ſpoſob zębow ſkáły, ztąd y zowąd záwieśiſte, imię iedney Boſes, á drugiey imię Sene,

CAPUT XIV.

Jonathas Domino fidens, cum armigero ſuo Philiſthæos diſpergit, 1. Saul eos perſequitur, populumque adjurat ad abſtinendum omni cibo, 24. Jonathas ignorans patris prohibitionem, mel deguſtat, & ob patris juramentum mortem vix evadit, 27. Saulis proles, bellidux & militia, 49.

1. ET accidit quadam die, ut diceret Jonathas filius Saul ad adoleſcentem armigerum ſuum: Veni, & tranſeamus ad ſtationem Philiſthinorum, quæ eſt trans locum illum. Patri autem ſuo hoc ipſum non indicavit.

2. Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa, ſub malogranato, quæ erat in Magron: & erat populus cū eo quaſi ſexcentorū virorū.

3. Et Achias *d* filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, *e* qui ortus fuerat ex Heli ſacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed & populus ignorabat, quo iſſet Jonathas.

4. Erant autem inter aſcenſus, per quos nitebatur Jonathas tranſire ad ſtationem Philiſthinorum, eminentes petræ ex utraq; parte, & quaſi in modum dentium ſcopuli hinc & inde prærupti, nomen uni Boſes *f*, & nomen alteri Sene *g*:

d Qui & Achimelech Infr. 21.
e Sup. 4. 21.
f Quæ vox ſignificat flos in eo.
g Rubum ſignificat.

5. Ská- 5. Unus

5. Unus ſcopulus prominens ad Aquilonem ex adverſo Machmas, & alter ad Meridiem contra Gabaa.

6. Dixit autem Jonathas ad adoleſcentem armigerum ſuum: Veni, tranſeamus *a* ad ſtationem incircumciſorum horum, ſi forte faciat Dominus pro nobis: quia non eſt Domino difficile ſalvare vel in multis, vel in paucis.

7. Dixitque ei armiger ſuus: Fac omnia, quæ placent animo tuo: perge, quo cupis, & ero tecum, ubicumque volueris.

8. Et ait Jonathas: Ecce nos tranſimus ad viros iſtos. Cumque apparuerimus eis,

9. Si taliter locuti fuerint ad nos: Manete, donec veniamus ad vos: ſtemus in loco noſtro, nec aſcendamus ad eos.

10. Si autem dixerint: Aſcendite ad nos; aſcendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris; hoc erit nobis ſignum.

11. Apparuit igitur uterque ſtationi Philiſthinorum; dixeruntque Philiſthiim: En Hebræi egrediuntur de cavernis, in quibus abſconditi fuerant.

12. Et locuti ſunt viri de ſtatione ad Jonatham, & ad armigarum ejus, dixeruntque: Aſcendite ad nos, & oſtendemus vobis rem. *b* Et ait Jonathas ad armigerum ſuum: Aſcendamus, ſequere me: *c* tradidit enim Dominus eos in manus Iſrael.

13. Aſcendit autem Jonathas manibus & pedibus reptans, & armiger ejus poſt eum. Itaque alii cadebant *d* ante Jonatham, alios armiger ejus interficiebat ſequens eum.

14. Et facta eſt plaga prima, qua percuſſit Jonathas & armiger ejus, quaſi viginti virorum in media parte jugeri, quam par boum in die arare conſuevit.

15. Et factum eſt miraculum *e* in caſtris, per agros: ſed & omnis populus ſtationis *f* eorum, qui ierant ad prædandum, obſtupuit, & conturbata eſt terra: & accidit, quaſi miraculum a Deo.

16. Et reſpexerunt ſpeculatores Saul, qui erant in Gabaa Benjamin, & ecce multitudo proſtrata *g*, & huc illucque diffugiens.

17. Et ait Saul populo, qui erat cum eo: Requirite, & videte, quis abierit ex nobis. Cumque requiſiſſent, repertum eſt non adeſſe Jonatham, & armigerum ejus.

18. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam Dei *h* (Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Iſrael.)

a Sc. ex inſpiratione divina, ſecus fuiſſet temeritas.

b i. aliquid indicabimus

c 1. Mac. 4. 30.

d Sc. cæſi.

e Hebr. conturbatio, 70 ſtupor.

f Præſidiarii Philiſthinorum.

g 70. conturbata

h Adhibe præſidium, quod arca fœderis ſubminiſtrat, q d. indue Ephod, quod juxta arcam adſervatur & per Urim & Tummim coram arca conſule Dominum.

5. Skáłá iedna wynioſłá ſię ku połnocy przeciw Machmas, á druga ku południu przeciw Gabáá.

6. Y rzekł Jonáthás do młodźieńcá giermká ſwego: Podz, przeydźiewá do ſtrażey tych nieobrzezáńcow: ieſli ſnadź Pan będźie czynił zá námi: boć nie trudno Pánu wybáwić ábo w wielu ábo w troſze.

7. rzekł mu giermek iego: Czyń wſzytko, co ſię podoba ſercu twemu, idź kędy chceſz, á ztobą będę, gdźiekolwiek záchceſz.

8. Y rzekł Jonathás: Oto my idźiemy do tych mężow. A gdy ſię im ukażemy,

9. Ieſli ták rzeką do nas: poczekayćie, áż przíydźiem do was: ſtoymy ná ſwym mieyſcu, á nie chodzmy do nich.

10. A ieſli rzeką: Wſtąpćie do nas: wſtąpmy; bo ie Pan dał w ręce náſze; to nam będźie zá znák.

11. Y ukazáli ſię obá ſtrażey Philiſtyńſkiey; y rzekli Philiſtynowie: Ono Hebreowie wychodzą z iáſkiń, w ktorych ſię byli pokryli.

12. Y mowili mężowie z oney ſtraży do Jonáthy, y do giermká iego, y rzekli: Wſtąpćie do nas, á ukażemy wam coś. Y rzekł Jonathás do giermká ſwego: Wſtąpmy, podź zá mną: bo ie Pan dał w ręce Izráelowi.

13. A ták wſtępował Jonathás pnąc ſię ná rękách y ná nogách, y giermek iego zá nim. Tedy iedni padáli przed Jonathą, á drugich giermek iego zábiiał idąc zá nim.

14. A byłá pierwſza porażká, ktorą poráźił Jonathás y giermek iego, około dwudźieſtu mężow ná połowicy ſtáia, ktore zwykło pará wołow ná dźień zoráć.

15. Y ſtał ſię dźiw w obożie, po polách: ále y wſzytek lud ſtrażey ich, ktorzy byli wyiacháli dla łupu, zdumiał ſię, y ſtrwożyłá ſię źiemiá, y ſtał ſię iáko dźiw od Bogá:

16. Y wyiźrzeli ſtrożowie Saulowi, ktorzy byli w Gabáá Beniámin, á ono moc porážonych, y tám y ſám uciekáiących.

17. Y rzekł Saul do ludu, ktory był znim: Poſzukayćie á obaczćie, ktoli z nas odſzedł. A gdy ſię dowiádowáli, náleźiono że niemáſz Jonáthy y giermká iego.

18. Y rzekł Saul do Achiam: Przyſtaw ſkrzynię Bożą (bo tám byłá ſkrzyniá Bożá w on dźień z ſynmi Izráelowymi.)

19. Cum- 19. A

19. A gdy Saul mowił do kápłaná, trwoga wielka wſczęłá ſię w obozie Philiſtyńſkim; y pomáłu ſię wzmagálá, y głośniey ſię rozlegálá. Y rzekł Saul do kápłaná: Wćiągni ręki twoiey.

20. Záwołał tedy Saul y wſzytek lud, ktory był z nim, y przyſzli áż ná mieyſce bitwy: áno káżdego miecz był obrocon ná towárzyſzá iego, á porażká bárzo wielká.

21. Lecz y Hebreowie, ktorzy z Philiſtynámi byli wczorá, y dźiś trzeći dźień, y przyiácháli byli znimi w obozie, wroćili ſię, áby byli z Izráelem, ktorzy byli z Saulem y z Jonathą.

22. Wſzyſcy też Izráelczycy, ktorzy ſię byli pokryli ná gorze Ephráim, uſłyſzawſzy, że ućiekáli Philiſtynowie, złączyli ſię z ſwymi w bitwie. Y było z Saulem około dźieśiąći tyśięcy mężow.

23. Y wybáwił Pan dniá onego Izráela. A bitwá oná záſzłá áż do Betháwen.

24. A mężowie Izráelſcy złączyli ſię z ſobą dniá onego; á Saul poprzyśiągł lud, mowiąc: Przeklęty mąż, ktoryby iadł chleb áż do wieczorá, áż ſie pomſczę nád nieprzyiaćioły memi.. Y nie iadł wſzytek lud chlebá.

25. Y wſzyſtko poſpolſtwo źiemie przyſzło do láſá, w ktorym był miod ná polu.

26. Y wſzedł lud do láſá, y uyźrzał miod płynący, ále żaden nie przytknął ręki do uſt ſwoich, bo ſię bał lud przyśięgi.

27. Ale Jonáthás nie ſłyſzał, gdy oćiec iego lud poprzyśięgał; y śćiągnął konice laſki, ktorą miał w ręce, y omoczył ji w plaſtrze miodu, y obroćił ręką ſwą do uſt ſwoich, y oświećiły ſię oczy iego.

28. Y odpowiedáiąc ieden z ludu, rzekł: Przyśięgą záwiązał lud oćiec twoy, mowiąc: Przeklęty mąż, ktoryby iadł chleb dźiśia (á lud był uſtał:)

29. Y rzekł Jonáthás: Strworzył oćiec moy źiemię: widźieliśćie ſámi, że ſię oświećiły oczy moie, dla tego żem ukuśił trochę miodu tego.

30. Iáko dáleko więcey, gdyby ſię lud był náiadł korzyśći nieprzyiaćioł ſwych, ktorą nálazł; ázaby nie więtſza byłá porażká w Philiſtynách?

31. Bili tedy dniá onego Philiſtyny od Máchmás áż do Aiálon. Y ſprácował ſię lud bárzo:

32. A

19. Cumque loqueretur Saul ad ſacerdotem, tumultus magnus exortus eſt in caſtris Philiſthinorum; creſcebatque paulatim, & clarius reſonabat. Et ait Saul ad ſacerdotem: Contrahe manum tuam.

20. Conclamavit ergo Saul, & omnis populus, qui erat cum eo, & venerunt usque ad locum certaminis: & ecce, verſus fuerat gladius uniuscujusque ad proximum ſuum, & cædes magna nimis.

21. Sed & Hebræi, qui fuerant cum Philiſthiim heri & nudius tertius, aſcenderantque cum eis in caſtris, reverſi ſunt, ut eſſent cum Iſrael, qui erant cum Saul & Jonatha.

22. Et omnes quoque Iſraelitæ, qui ſe abſconderant in monte Ephraim, audientes, quod fugiſſent Philiſthæi, ſociaverunt ſe cum ſuis in prælio. Et erant cum Saul, quaſi decem millia virorum.

23. Et ſalvavit Dominus in die illa Iſrael. Pugna autem pervenit usque ad Bethaven.

24. Et viri Iſrael ſociati ſunt ſibi in die illa; adjuravit autem Saul populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem usque ad veſperam, donec ulciſcar de inimicis meis: Et non manducavit univerſus populus panem.

25. Omneque terræ vulgus venit in ſaltum *a*, in quo erat mel ſuper faciem agri.

26. Ingreſſus eſt itaque populus ſaltum, & apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os ſuum. Timebat enim populus juramentum.

27. Porro Jonathas non audierat, cum adjuraret pater ejus populum; extenditque ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in favum mellis, & convertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi ejus *b*.

28. Reſpondensque unus de populo, ait: Jurejurando conſtrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem hodie (defecerat autem populus)

29. Dixitque Jonathas: Turbavit pater meus terram *c*: vidiſtis ipſi, quia illuminati ſunt oculi mei, eo quod guſtaverim paululum de melle iſto:

30. Quanto magis ſi comediſſet populus de præda inimicorum ſuorum, quam reperit: nonne major plaga facta fuiſſet in Philiſthiim?

31. Percuſſerunt ergo in die illa Philiſthæos a Machmis usque in Ajalon. Defatigatus eſt autem populus nimis:

a i. ſylvam.

b Longa fame & labore debilitati. Sic oculi mentis per favum mellis ſeu uſum SS. Euchariſtiæ illuminantur.

c Chald. populum terræ.

32. Et verſus ad prædam, tulit oves, & boves, & vitulos, & mactaverunt in terra; comeditque populus cum ſanguine *a*.

a Præ fame non expectabant, dum efflueret.

33. Nuntiaverunt autem Sauli dicentes, quod populus peccaſſet Domino, comedens cum ſanguine. Qui ait: Prævaricati eſtis; volvite ad me jam nunc ſaxum grande.

34. Et dixit Saul: Diſpergimini in vulgus, & dicite eis, ut adducat ad me unusquisque bovem ſuum, & arietem, & occidite ſuper iſtud, & veſcimini, & non peccabitis Domino comedentes cum ſanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisq; bovem in manu ſua usque ad noctem, & occiderunt ibi.

35. Ædificavit autem Saul altare *b* Domino; tuncque primum cœpit ædificare altare Domino.

b In monumentum victoriæ & ad ſacrificia pacifica.

36. Et dixit Saul: Irruamus ſuper Philiſthæos nocte, & vaſtemus eos usquedum illuceſcat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitque populus: Omne, quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait ſacerdos *c*: Accedamus huc ad Deum.

c Summus.

37. Et conſuluit Saul Dominum: Num perſequar Philiſthiim? ſi trades eos in manus Iſrael? Et non reſpondit ei in die illa.

38. Dixitque Saul: Applicate huc univerſos angulos *d* populi: & ſcitote, & videte, per quem acciderit peccatum hoc hodie.

d i. principes & capita.

39. Vivit Dominus ſalvator Iſrael, quia ſi per Jonatham filium meum factum *e* eſt, absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo.

e ſc. peccatum.

40. Et ait ad univerſum Iſrael: Separamini vos in partem unam, & ego cum Jonatha filio meo ero in parte altera. Reſponditque populus ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis, fac.

41. Et dixit Saul ad Dominum Deum Iſrael: Domine Deus Iſrael da indicium: quid eſt, quod non reſponderis ſervo tuo hodie? Si in me, aut in Jonatha filio meo, eſt iniquitas hæc, da oſtenſionem; aut ſi hæc iniquitas eſt in populo tuo, da ſanctitatem. Et deprehenſus eſt Jonathas, & Saul, populus autem exivit *f*.

f Fuit abſolutus a ſortibus.

42. Et ait Saul: Mittite ſortem inter me, & inter Jonatham filium meum. Et captus eſt Jonathas.

43. Dixit autem Saul ad Jonatham: Indica mihi, quid feceris. Et indicavit ei Jonathas, & ait: Guſtans guſtavi in ſummitate virgæ,

32. A obróciwſzy ſię do łupow, pobrał owce y woły y ćielce, y rzezali ná źiemi y iadł lud ze krwią.

33. Y powiedźieli Saulowi mowiąc: że lud zgrzeſzył Pánu, iedząc ze krwią. Ktory rzekł: Zgrzeſzyliśćie: przytoczćie do mnie iuż teraz kámień wielki.

34. Y rzekł Saul: Rozbieżćie ſię między lud, á rzeczcie im, áby przywiodł do mnie káżdy wołu ſwego y báráná zábiyćie ná nim, á iedźćie, á nie zgrzeſzyćie Pánu, iedząc ze krwią. A ták przywiodł wſzytek lud káżdy wołu w ręce ſwoiey áż do nocy: y zábiiáli tám.

35 Y zbudował Saul ołtarz Pánu: á tedy naprzod począł budowáć ołtarz Pánu.

36. Y rzekł Saul: Przypádnimy ná Philiſtyny w nocy, á burzmy ie, áż obiáśnieie zaránek, y niezoſtawmy z nich męża. A lud odpowiedźiał: Czyń wſzytko, co ſię zda bydź dobrze w oczách twoich. Y rzekł kápłan: Przyſtąpmy ſam do Bogá.

37. Y rádźił ſię Saul Pána: Mámli gonić Philiſtyny? Daſzli ie w ręce Izráelowi? Y nie odpowiedźiał mu dniá onego.

38. Y rzekł Saul: Przywiedźćie tu wſzytkie węgły ludu: á dowiáduyćie ſię, y pátrzćie, przez kogo ſtał ſię grzech ten dźiś.

39. Żywie Pan zbáwićiel Izráelſki, iż ieſli przez Jonáthę ſyná mego ſię ſtał, bez żadnego odmienienia umrze. Ná co mu ſię żaden ze wſzytkiego ludu nie ſprzećiwił.

40. Y rzekł do wſzego Izráelá: Odſtąpćie wy ná iednę ſtronę, á ia z Jonáthą ſynem moim będę ná drugiey ſtronie. Y odpowiedźiał lud Saulowi: Co ieſt dobrego w oczách twoich, uczyń.

41. Y rzekł Saul do Pána Bogá Izráelowego: Pánie Boże Izráelow day znák: Co ieſt, żeś nie odpowiedźiał ſłudze twemu dźiśia? Ieſli ná mnie ábo ná Jonáćie ſynu moim ieſt tá nieprawość, day pokazánie; ábo ieſli tá nieprawość ieſt ná ludu twoim, day poświącenie. Y náleźion ieſt Jonáthás y Saul, á lud wyſzedł.

42. Y rzekł Saul: Rzuććie los między mną á między Jonáthą ſynem moim. Y padł los ná Jonáthę.

43. Y rzekł Saul do Jonáthy: Powiedz mi, coś uczynił. Y powiedźiał mu Jonáthás y rzekł: Koſztuiąc ſkoſztowałem końcem laſki,

ktora byłá w ręce moiey, trochę miodu, á oto ia umieram.

44. Y rzekł Saul: To mi niech uczyni Bog, y to niech przyczyni, że śmierćią umrzeſz Jonáthá.

45. Y rzekł lud do Saulá: A więc Jonáthás umrze, ktory uczynił zbáwienie to wielkie w Izráelu? To nieſłuſzna: żywie Pan, ieſli ſpádnie włos z głowy iego ná źiemię, bo z Bogiem czynił dźiśia. Wybáwił tedy lud Jonáthę, że nie umárł.

46. Y odiáchał Saul, á nie gonił Phyliſtynow; á Philiſtynowie też poſzli ná mieyſcá ſwoie.

47. A Saul potwierdźiwſzy kroleſtwo nád Izráelem, walczył w około przećiw wſzytkim nieprzyiaćiołom iego przećiw Moáb, y ſynom Ammon, y Edom, y Krolem Sobá, y Philiſtynem, á gdźieśiekolwiek obroćił, wygrawał.

48. Y zebrawſzy woyſko poráźił Amáleká, y wyrwał Izráelá z ręki puſtoſzących go.

49. A ſynowie Saulowi byli Jonáthás y Jeſſui, y Melchiſua: á imioná dwu corek iego, imię pierworodney Merob, á imię młodſzey Michol.

50. A imię żony Saulowey Achinoám corká Achimáás: á imię hetmána woyſká iego Abner, ſyn Ner, brát ſtryieczny Saulow.

51. A Cis był oćiec Saulow, á Ner oćiec Abnerow ſyn Abielow.

52. A walká przećiw Philiſtynom byłá tęga po wſzytkie dni Saulowe. Bo kogokolwiek uyźrzał Saul mężá śilnego y ſpoſobnego ná woynę, przyimował go do śiebie.

ROZDZIAŁ XV.

Sámuel z roſkazánia Bożego Saulowi Amálechity roſkazał wygubić. Ale on to przeſtąpiwſzy, y Krolá Agág, y co lepſze plony záchował: przeco Sámuel go karze, przekłádáiąc poſłuſzeńſtwo nad ofiáry. Potym ſam Sámuel zábił Agág, á Saula od Páná porzuconego żáłuie.

1. Y Rzekł Sámuel do Saulá: Mnie poſłał Pan ábym ćię pomázał ná kroleſtwo, nád ludem iego Izráelſkim: á ták teraz ſłuchay głoſu Páńſkiego:

2. To mowi Pan záſtępow: Obliczyłem, cokolwiek uczynił Amálek Izráelowi, iáko ſię mu záſtáwił ná drodze, gdy wychodźił z Ægyptu.

3. Prze-

quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior.

44. Et ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Jonatha.

45. Dixitque populus ad Saul: Ergone Jonathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſrael? hoc nefas eſt *a*: vivit Dominus, ſi ceciderit capillus de capite ejus in terram, quia cum Deo *b* operatus eſt hodie. Liberavit ergo populus Jonatham, ut non moreretur.

46. Receſſitque Saul, nec perſecutus eſt Philiſthiim; Porro Philiſthiim abierunt in loca ſua.

47. Et Saul, confirmato *c* regno ſuper Iſrael, pugnabat per circuitum adverſum omnes inimicos ejus *d*, contra Moab & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philiſthæos: & quocumque ſe verterat, ſuperabat.

48. Congregatoque exercitu percuſſit Amalec *e*. Et eruit Iſrael de manu vaſtatorum ejus.

49. Fuerunt autem filii Saul: Jonathas, & Jeſſui *f*, & Mechiſua: & nomina duarum filiarum ejus, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol.

50. Et nomen uxoris Saul Achinoam, filia Achimaas; & nomen principis militiæ ejus Abner, filius Ner, patruelis *g* Saul.

17. Dixitque Saul ad Michol: Quare ſic illuſiſti mihi, & dimiſiſti inimicum meum, ut fugeret? Et reſpondit Michol ad Saul: Quia ipſe locutus eſt mihi: Dimitte me, alioquin interficiam te.

18. David autem fugiens, ſalvatus eſt, & venit ad Samuel in Ramatha, & nuntiavit ei omnia, quæ fecerat ſibi Saul; & abierunt ipſe, & Samuel, & morati ſunt in Najoth *c*.

19. Nuntiatum eſt autem Sauli a dicentibus: Ecce David in Najoth in Ramatha.

20. Miſit ergo Saul lictores, ut raperent David; qui cum vidiſſent cuneum prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos *d*, factus eſt etiam Spiritus Domini in illis, & prophetare *e* cœperunt etiam ipſi.

21. Quod cum nuntiatum eſſet Sauli, miſit & alios nuntios; prophetaverunt autem & illi. Et rurſum miſit Saul tertios nuntios; qui & ipſi prophetaverunt. Et iratus iracundia Saul.

22. Abiit etiam ipſe in Ramatha, & venit usque ad ciſternam magnam, quæ eſt in Socho, & interrogavit, & dixit: In quo loco ſunt Samuel, & David? Dictumque eſt ei: Ecce in Najoth ſunt in Ramatha.

23. Et abiit in Najoth in Ramatha, & factus eſt etiam ſuper eum Spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat usquedum veniret in Najoth in Ramatha.

24. Et expoliavit etiam ipſe ſe veſtimentis ſuis *f*, & prophetavit cum cæteris coram Samuele *g*, & cecidit nudus tota die illa, & nocte. Unde, & exivit proverbium: *h* Num & Saul inter prophetas?

a Chald. ſimulacrum.

b 70. nuntios.

c Chald. domo doctrinæ.

d Choro prophetantium præpoſitum & præſidentem

e I. Deum laudare.

f Regiis & exterioribus nudatus

g Qui tamen illum tunc nec inviſit nec allocutus eſt.

h Sup. 10. 12.

CA-

no. Co gdy Dawidowi powiedźiáłá Michol żoná iego, mowiąc: Ieſli ſię tey nocy nie ſchroniſz, iutro umrzeſz:

12. Spuśćiłá go oknem: á on uſzedł y ućiekł, y záchowan ieſt.

13. Y wźięłá Michol podobieńſtwo człowiecze, y położyłá ji ná łożu, á ſkorę śierśćiſtą kożią położyłá u głowy iego, y przykryłá ji ſzátámi.

14. A Saul poſłał ſługi, áby porwáli Dawidá: y odpowiedźiáno że choruie.

15. Y záśię poſłał Saul poſły, áby oglądáli Dawidá mowiąc: Przynieśćie go do mnie ná łożu, áby był zábit.

16. A gdy poſłowie przyſzli, náleźiono podobieńſtwo ná łożu, á ſkorá kożia u głowy iego.

17. Y rzekł Saul do Michol: Czemuś mię ták oſzukáłá, y wypuśćiłáś nieprzyiáćielá mego áby ućiekł? Y odpowiedźiáłá Michol Saulowi: Iż on mowił mi: Puść mię, ináczey zábiię ćię.

18. A Dawid ućiekſzy záchowan ieſt, y przyſzedł do Sámuelá do Rámáthá, y oznaymił mu wſzyſtko co mu uczynił Saul; y poſzli on y Sámuel, y mieſzkáli w Náioth.

19. Y powiedźiáno Saulowi od mowiących: Oto Dawid w Náioth w Rámátha.

20. Y poſłał Saul ſługi, áby porwáli Dawidá; ktorzy gdy uyźrzeli gromádę Prorokow prorokuiących, y Sámuelá ſtoiącego nád nimi, przyſzedł też ná nie Duch Páńſki, y ięli też ſámi prorokowáć.

21. Co gdy powiedźiáno Saulowi, poſłał y drugie poſłáńce; y oni też prorokowáli. Y znowu poſłał Saul trzećie poſłáńce, ktorzy też ſámi prorokowáli. Y rozgniewány gniewem Saul,

22. Poſzedł też ſam do Rámátha, y przyſzedł áż do ſtudnie wielkiey, ktora ieſt w Socho, y ſpytał ſię y rzekł: Ná ktorym mieyſcu ſą Sámuel y Dawid? Y powiedźiano mu: Oto ſą w Náioth w Rámátha.

23. Y ſzedł do Náioth w Rámáthá, y przyſzedł też nań Duch Páńſki, á ſzedł idąc y prorokował, áż przyſzedł do Náioth w Rámátha.

24. Y zewlokł też y ſam ſzáty ſwe, y prorokował z drugimi przed Sámuelem, y padał nági przez cáły on dźień y noc, ſkąd y wyſzłá przypowieść: Azaż y Saul między Proroki?

ROZ

ROZDZIAŁ XX.

Jonáthás powtorzywszy przymierze z Dawidem, uśiluie u Oycá przeiednáć gniew Dawidowi, lecz prozno: przedśię go iednák z ręku iego znákiem trzech strzał wyswobodźił.

1. ALe Dawid ućiekł z Náioth, ktora ieſt w Rámátha, y przyszedszy mowił przed Jonáthą: Cożem uczynił? co zá nieprawość moiá, á co zá grzech moy przećiw oycu twemu, że szuka duſze moiey?

2. Ktory muj rzekł: Uchoway Boże, nie umrzesz; bo nie uczyni oćiec moy nie wielkiego ábo máłego, áż mi pierwey oznáymi: tey tedy tylko mowy oćiec moy zátáił przedemną? żadną miárą to nie będźie.

3. Y záśię przyśiągł Dawidowi. A on rzekł: Wie zaiſte oćiec twoy, żem nálazł łáſkę w oczy twoich, y rzecze: Niech o tym niewie Jonáthas, by ſię ſnać niefrásował. Y owszem żywie Pan, y żywie duszá twoiá, że iednym tylko, że ták rzekę, ſtopniem ia y śmierć dźielimy ſię.

4. Y rzekł Jonáthás do Dawidá: Cokolwiek mi rzecze duszá twoiá, uczynię tobie.

5. Y rzekł Dawid do Jonáthy: Oto iutro ieſt now Mieśiącá, á ia wedle obyczáiu zwykłem śiedźieć podle Królá, abym iadł; puść mię tedy że ſię ſkryię ná polu áż do wieczorá dniá trzećiego.

6. Ieſli pátrząc oćiec twoy będźie ſię pytał o mnie, odpowiesz mu: Prośił mie Dawid, áby szedł prędko do Bethlehem miáſtá swego: bo tám ſą ofiáry uroczyſte wszytkim z pokolenia iego.

7. Ieſli rzecz: Dobrze; pokoy będźie ſłudze twemu. Ale ieſli ſię rozgneiwa, wiedz iż ſię dopełniłá złość iego.

8. A ták uczyń miłośierdźie nád ſługą twym; gdyżeś chćiał, ábych przymierze Páńſkie, ia ſługá twoy, z tobą uczynił. Ale ieſli iáka nieprawość ieſt we mnie, ty mię zábiy, á do oycá twego nie wodź mię.

9. Y rzekł Jonáthas: Boże ćię tego uchoway; áni bowiem bydź może, żebychći, ieſli pewnie poznam, że ſię dopełniłá złość oycá mego przećiw tobie, nie oznáymił.

10. Y odpowiedźiał Dawid do Jonáthy: Ktoż mi odnieśie, ieſlibyć ſnać odpowiedźiał oćiec twoy o mnie co przykro?

CAPUT XX.

Jonathas poſt repetitum cum David fœdus, 1. Ipſum cum patre reconciliare conatur, 25. Illum e manibus ejus trium ſagittarum ſigno liberat, complectitur & lacrymans dimittit, 35.

1. FUgit * autem David de Naioth *a*, quæ eſt in Ramatha, veniensque locutus eſt coram Jonatha: Quid feci? quæ eſt iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam?

2. Qui dixit ei: Abſit, non morieris; neque enim faciet pater meus quidquam grande vel parvum, niſi prius indicaverit mihi: hunc ergo celavit me pater meus ſermonem tantummodo? nequaquam erit iſtud.

3. Et juravit rurſum Davidi. Et ille ait: Scit profecto pater tuus, quia inveni gratiam in oculis tuis, & dicet: Neſciat hoc Jonathas, ne forte triſtetur. Quinimmo vivit Dominus, & vivit anima tua, quia uno tantum (ut ita dicam) gradu, ego morsque dividimur.

4. Et ait Jonathas ad David: Quodcumque dixerit mihi anima tua, faciam tibi.

5. Dixit autem David ad Jonathan: Ecce calendæ *b* ſunt craſtino, & ego ex more ſedere ſoleo juxta regem ad veſcendum; dimitte ergo me, ut abſcondar in agro usque ad veſperam diei tertiæ.

6. Si reſpiciens requiſierit me pater tuus, reſpondebis ei: Rogavit me David, ut iret celeriter in Bethlehem *c* civitatem ſuam: quia victimæ *d* ſolemnes ibi ſunt univerſis contribulibus ſuis.

7. Si dixerit: Bene; pax erit ſervo tuo. Si autem fuerit iratus, ſcito, quia completa eſt malitia ejus *e*.

8. Fac ergo miſericordiam *f* in ſervum tuum; quia fœdus Domini *g* me famulum tuum tecum inire feciſti. Si autem eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me.

9. Et ait Jonathas: Abſit hoc a te; neque enim fieri poteſt, ut, ſi certe cognovero completam eſſe patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi.

10. Reſponditque David ad Jonathan: Quis renuntiabit mihi, ſi quid forte reſponderit tibi pater tuus dure de me?

* Eodem ann. 2944. Ant. Chr. 1160.
a i. domo doctrinæ.
b Chald. & 70. initium menſis.
c Luc. 2. 4.
d Q. d. convivium ex victimis.
e Q. d. decrevit me perdere.
f Confer. beneficium.
g Coram Domino, vel ex Domini voluntate.

11. Et ait Jonathas ad David: Veni, & egrediamur foras in agrum. Cumque exiſſent ambo in agrum,

12. Ait Jonathas ad David: Domine Deus Iſrael, ſi inveſtigavero ſententiam patris mei craſtino, vel perendie; & aliquid boni fuerit ſuper David, & non ſtatim miſero ad te, & notum tibi fecero,

13. Hæc faciat Dominus Jonathæ, & hæc addat. Si autem perſeveraverit patris mei malitia adverſum te, revelabo aurem tuam *a*, & dimittam te, ut vadas in pace, & ſit Dominus tecum, ſicus fuit cum patre meo.

14. Et ſi vixero, facies mihi miſericordiam Domini; ſi vero mortuus fuero,

15. Non auferes miſericordiam tuam a domo mea usque in ſempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra: auferat Jonathan de domo ſua *b*, & requirat Dominus de manu inimicorum David.

16. Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David; & *c* requiſivit *d* Dominus de manu inimicorum David.

17. Et addidit Jonathas dejerare *e* David, eo quod diligeret illum; ſicut enim animam ſuam, ita diligebat eum.

18. Dixitque ad eum Jonathas: Cras calendæ ſunt, & requireris:

19. Requiretur enim ſeſſio tua usque perendie. Deſcendes ergo feſtinus, & venies in locum, ubi celandus es in die, qua operare licet, & ſedebis juxta lapidem, cui nomen eſt Ezel.

20. Et ego tres ſagittas mittam juxta eum, jaciam quaſi exercens me ad ſignum.

21. Mittam quoque, & puerum, dicens ei: Vade, & affer mihi ſagittas.

22. Si dixero puero: Ecce ſagittæ intra *f* te ſunt, tolle eas; tu veni ad me, quia pax tibi eſt, & nihil eſt mali, vivit Dominus. Si autem ſic locutus fuero puero: Ecce ſagittæ ultra te ſunt; vade in pace, quia dimiſit te Dominus.

23. De verbo autem, quod locuti ſumus ego, & tu, ſit Dominus *g* inter me, & te usque in ſempiternum.

24. Abſconditus eſt ergo David in agro, & venerunt calendæ, & ſedit rex ad comedendum panem.

23. Cumque ſediſſet rex ſuper cathedram ſuam (ſecundum conſuetudinem) quæ erat

juxta

a Indicabo tibi.

b Q. d. Deus perdat me, ut inimicum David, ſi fœdus violavero.

c Sc. dixit.

d i. requiret.

e Sc. juramento firmare.

f i. Circa.

g Sc. teſtis.

11. Y rzekł Jonáthas do Dawidá: Podź, á wynidźmy precz w pole. A gdy wyſzli obá w pole,

12. Rzekł Jonáthas do Dawidá: Pánie Boże Izráelow, ieſli ſię wywiem woley oycá mego iutro, ábo po iutrze; á będźie co dobrego o Dawidźie, á nie poślę zárázem do ćiebie, á nie oznáymię,

13. To niech uczyni Pan Jonáćie, y to niech przyczyni. Ale ieſliby złość oycá mego przećię trwáłá przećiw tobie, odkryię ucho twoie, y puſzczę cię, że poydźieſz z pokoiem, á Pan będźie z tobą, iáko był z oycem moim.

14. A będęli żyw, uczyniſz nádemną miłośierdźie Páńſkie; á ieſli umrę,

15. Nie oddaliſz miłośierdźia twego od domu mego áż na wieki, kiedy wykorzeni Pan nieprzyiáćioły Dawidowe káżdego z źiemie, niech zgłádźi Jonáthę z domu iego, á niech Pan ſzuka z ręki nieprzyiaćiol Dawidowych.

* 16. Y uczynił Jonáthas przymierze z domem Dawidowym; Y ſzukał Pan z ręki nieprzyiaćiol Dawidá.

17. Y przydał Jonáthás przyśiądz Dawidowi, przeto że go miłował: bo iáko duſzę ſwoię, ták go miłował.

18. Y rzekł mu Jonáthas: Iutro ieſt now kśiężycá, á będą ſię o tobie pytáć:

19. Bo o mieyſcu twoim będą ſię pytáć áż do dniá trzećiego. A ták poydźieſz prędko, y przyidźieſz ná mieyſce, gdźie ſię ſkryć maſz w dźień, ktorego ſię godźi robić, á będźieſz śiedźiał u kámieniá, ktoremu imię Ezel.

20. A ia wyſtrzelę trzy ſtrzały podle niego, á ſtrzelę iákoby ćwicząc ſię do celu.

21. Poślę też y chłopcá, mowiąc mu: Idź, á przynieś mi ſtrzały.

22. Ieſli rzekę chłopcu: Oto ſtrzały przed tobą ſą, weźmi ie; ty przydź do mnie, bo ieſt pokoy tobie, á nić niemáſz złego, żywie Pan. Lecz ieſli ták rzekę chłopcu: Oto ſtrzały zá tobą ſą: idź w pokoiu, bo ćię Pan wypuśćił.

23. A o ſłowie, ktoreſmy mowili ia y ty, niechay będźie Pan między mnę á tobą, áż ná wieki.

24. Skrył ſię tedy Dawid ná polu, y przyſzedł now kśiężycá, y śiadł krol do ſtołu, áby iadł chleb.

25. A gdy uśiadł krol ná ſtolicy ſwey, (według obyczáiu) ktora byłá przyśćienie, po-

witał

wſtał Jonáthas, y śiadł Abner z boku Saulowi, y zoſtáło prozne mieyſce Dawidowe.

26. Y nie rzekł Saul nic onego dniá; bo myślił, że mu ſię podobno przydáło nie bydź czyſtym, áni oczyśćionym.

27. A gdy przyſzedł wtory dźień po nowiu, záś zoſtáło prozne mieyſce Dawidowe. Y rzekł Saul do Jonáthy ſyná ſwego: Czemu nie przyſzedł ſyn Izai áni wczorá ani dźiś ieść?

28. Odpowiedźiał Jonáthas Saulowi: Prośił mię uśilnie, áby ſzedł do Bethlehem.

29. Y rzekł: Puść mię, bo ofiárá uroczyſta ieſt w mieśćie, ieden z bráćiey moiey wezwał mię; á ták teraz ieſlim nálazł łáſkę w oczy twoich, poydę prędko, á oglądam bráćią moię. Dla tey przyczyny nie przyſzedł do ſtołu krolewſkiego.

30. Y rozgniewawſzy ſię Saul ná Jonáthę, rzekł mu: Synu niewiáſty chłopá do śiebie ćiągnącey, á zaniewiem, że miłuieſz ſyná Izai ná háńbę twoię, y ná háńbę ſromotney mátki twoiey?

31. Bo przez wſzytek czás, poki ſyn Izai będźie żył ná źiemi, nie umocniſz ſię ty, áni kroleſtwo twoie. A ták iuż teraz pośli, á przywiedź go do mnie; bo ieſt ſynem śmierći.

32. A odpowiádaiąc Jonáthas Saulowi oycu ſwemu, rzekł: Przecz ma umrzec? co uczynił?

33. Y porwał Saul oſczep, áby go przebił. Y zrozumiał Jonáthas że poſtánowiono było od oycá iego, áby zábił Dawidá.

34. Wſtał tedy Jonáthas od ſtołu w gniewie zápalczywośći, y nie iadł chlebá wtorego dniá nowego kśiężycá. Bo ſię fraſował o Dawidá, dla tego, że go był záwſtydźił oćiec iego.

35. A gdy było ráno, przyſzedł Jonáthas ná pole według woley Dawidowey, y chłopiec máły z nim.

36. Y rzekł do chłopcá ſwego: Idź, á przynieś mi ſtrzały, ktore wyſtrzelam. A gdy chłopiec bieżał, wyſtrzelił drugą ſtrzałę zá chłopcá.

37. Przyſzedł tedy chłopiec ná mieyſce ſtrzały, ktorą był wyſtrzelił Jonáthas: y záwołał Jonáthas zá chłopcem, y rzekł: Oto tám dáley zá tobą ieſt ſtrzalá.

38. Y zás záwołał Jonáthas zá chłopięćiem, mowiąc: Spieſz ſię rychło, nie ſtoy. Tedy pozbierało chłopię Jonáthy ſtrzały, y przyniosło do pána ſwego;

juxta parietem, ſurrexit *a* Jonathas, & ſedit Abner ex latere Saul, vacuusque apparuit locus David.

26. Et non eſt Saul locutus, quidquam in die illa: cogitabat enim, quod forte eveniſſet ei, ut non eſſet mundus, nec purificatus.

27. Cumque illuxiſſet dies ſecunda poſt calendas, rurſus apparuit vacuus locus David. Dixitque Saul ad Jonathan filium ſuum: Cur non venit filius Iſai, nec heri, nec hodie, ad veſcendum?

28. Reſponditque Jonathas Sauli: Rogavit me obnixe, ut iret in Bethlehem.

29. Et ait: Dimitte me, quoniam ſacrificium ſolemne eſt in civitate, unus de fratribus meis *b* accerſivit me: nunc ergo ſi inveni gratiam in oculis tuis, vadam cito, & videbo fratres meos. Ob hanc cauſam non venit ad menſam regis.

30. Iratus autem Saul adverſum Jonathan, dixit ei: Fili mulieris virum ultro rapientis, *c* numquid ignoro, quia diligis filium Iſai, in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ?

31. Omnibus enim diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque jam nunc mitte, & adduc eum ad me; quia filius mortis eſt *d*.

32. Reſpondens autem Jonathas Sauli patri ſuo, ait: Quare morietur? quid fecit?

33. Et arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum. Et intellexit Jonathas, quod definitum eſſet a patre ſuo, ut interficeret David.

34. Surrexit ergo Jonathas a menſa in ira furoris, & non comedit in die calendarum ſecunda panem. Contriſtatus eſt enim ſuper David, & quod confudiſſet *e* eum *f* pater ſuus.

35. Cumque illuxiſſet mane, venit Jonathas in agrum juxta placitum *g* David, & puer parvulus cum eo,

36. Et ait ad puerum ſuum: Vade, & affer mihi ſagittas: quas ego jacio. Cumque puer cucurriſſet, jecit aliam ſagittam trans puerum.

37. Venit itaque puer ad locum jaculi, quod miſerat Jonathas; & clamavit Jonathas poſt tergum pueri, & ait: Ecce ibi eſt ſagitta porro ultra te.

38. Clamavitque iterum Jonathas poſt tergum pueri, dicens: Feſtina velociter, ne ſteteris. Collegit autem puer Jonatæ ſagittas, & attulit ad dominum ſuum;

a i. aſſurrexit ſc. Abner venienti.

b Nota, minores fratres parebant majoribus

c Q. d. adulteræ.

d i. dignus morte.

e Contumelia affeciſſet.

f i. Davidem.

g tempus conſtitutum.

39. Et quid ageretur, penitus ignorabat; tantummodo enim Jonathas & David rem noverant.

40. Dedit ergo Jonathas arma sua puero, & dixit ei: Vade, & defer in civitatem.

41. Cumque abiisset puer, surrexit David de loco, qui vergebat ad Austrum, & cadens pronus in terram, adoravit tertio *a*; & osculantes se alterutrum, fleverunt pariter, David autem amplius.

42. Dixit ergo Jonathas ad David: Vade in pace; quæcumque juravimus ambo *b* in nomine Domini, dicentes: Dominus sit inter me & te, & inter semen meum & semen tuum usque in sempiternum.

43. Et surrexit David, & abiit; sed & Jonathas ingressus est civitatem.

a i. ter.

b Eclipsis est: subintellige, firma sint.

39. A co się dźiało, zgoła niewiedźiał. Bo tylko Jonáthas á Dawid rzecz wiedźieli.

40. Dał tedy Jonáthas oręże swe chłopcu, y rzekł mu: Idź, á zánieś do miástá.

41. A gdy odszedł chłopiec, wstał Dawid z mieyscá, ktore pátrzyło ná południe; y padszy twarzą ná źiemię, pokłonił się trzećikroć; y pocáłowawszy ieden drugiego, płákáli pospołu, á więcey Dawid.

42. Y rzekł Jonáthas do Dawidá: Idź w pokoiu; cosmy przyśięgli obá ná imię Páńskie, mowiąc: Pan niech będźie między mną y tobą, y między naśieniem moim y naśieniem twoim áż ná wieki.

43. Y wstał Dawid, y odszedł; ále y Jonáthas wszedł do miásta.

CAPUT XXI.

Profugus David in Nobe, fame compulsus panes sanctificatos comedit coram Doeg Idumæo, 1. Goliathi gladium accipit, 8. Apud Achis regem Geth dementiam simulans periculum evadit, 11.

1. VEnit *autem David in Nobe ad Achimelech sacerdotem; & obstupuit Achimelech *c*, eo quod venisset David. Et dixit ei: Quare tu solus, & nullus est tecum?

2. Et ait David ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem *d*, & dixit: Nemo sciat rem, propter quam missus es a me, & cujusmodi præcepta tibi dederim; nam & pueris condixi in illum & illum locum.

3. Nunc ergo, si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inveneris.

4. Et respondens sacerdos ad David, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum; si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus?

5. Et respondit David sacerdoti, & dixit ei: Equidem, si de mulieribus agitur; continuimus nos ab heri & nudius tertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa *e* puerorum sancta. Porro via hæc polluta est *f*, sed ipsa hodie sanctificabitur in vasis.

6. Dedit *g* ergo ei sacerdos sanctificatum panem. Neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sublati fuerant a facie Domini, ut ponerentur panes calidi.

7. Erat

*Eodem ann. 2944.

c Aderat & Abiathar filius ejus, v. Marc. 2.

d i. rem seu negotium.

e Corpora eorum sancta sunt, nimirum ea sanctitate, quam sacrificata requirunt in comedente.

f Videtur pollura, quod ad Philisthiim tendamus, sed sanctificabitur in vasis seu talibus personis, quæ bona intentione, imo coacti ad Philisthinos tutandi se causa confugiunt.

g Matth. 12. 3. & 4.

ROZDZIAŁ XXI.

Dawid uchodząc Saulowi, przyszedł do Nobe. A będąc głodny, chleb poświęcony iadł, ktory mu dał Kápłan Achimelech; y miecz Goliászow. Potym uciekł do Achis Krolá Getheyskiego, gdźie się zmyślił bydź szalonym.

1. Y Dawid przyszedł do Nobe do Achimelechá kápłaná; y zdumiał się Achimelech, dla tego, że przyszedł Dawid. Y rzekł mu: Czemuś ty sam á nikogo nie masz z sobą?

2. Y rzekł Dawid do Achimelechá kápłaná. Krol mi przykazał mowę, y rzekł. Záden niech niewie rzeczy, dla ktoryś posłány odemnię, y iákiemći dał przykazánie, bo y z sługámi zmowiłem się ná ono y ná ono mieysce.

3. A ták teraz masz li co do ręku áby z pięćioro chlebá, day mi, ábo cokolwiek naydźiesz.

4. A odpowiedáiąc kápłan Dawidowi, rzekł mu: Niemam chlebá pospolitego do ręki, iedno tylko chleb święty; iesli czyśći są służebnicy, á zwłasczá od niewiást?

5. Y odpowiedźiał Dawid kápłanowi, y rzekł mu: Záiste, iesli idźie o niewiásty; strzymáliśmy się od wczoráyszego y dźiś trzećiego dniá, kiedyśmy wychodźili, y były naczenia służebnikow święte, áleć tá drogá zmazána iest, wszákże y tá dźiśia poświęconá będźie w naczeniách.

6. A ták dał mu kápłan chleb poświęcony; bo nie było tám chlebá, iedno tylko chleby pokládne, ktore były wźięte od oblicznośći Páńskiey, áby położono chleby ciepłe.

7. A

7. A był tám ieden mąż z ſług Saulowych onego dniá we wnątrz przybytku Páńſkim: á imię iego Doeg Idumeyczyk, namożnieyſzy z páſterzow Saulowych.

8. Y rzekł Dawid do Achimelechá: Maſzli tu ná doręḋźiu ołczep ábo miecz? bo mieczá mego, y oręża mego nie wźiąłem z ſobą; Bo mowa Krolewſka przynaglálá.

9. Y rzekł kápłan: Oto tu miecz Goliathá Philiſtyná, ktoregoś zábił w Dolinie Therebinthu, uwiniony w płáſcz zá Ephod, chceſzli ten wźiąć weźmi; bo procz tego niemáſz tu innego. Y rzekł Dawid: Nie maſz drugiego podobnego temu, day mi go.

10. Wſtał tedy Dawid, y ućiekł onego dniá przed Saulem; y przyſzedł do Achis Krolá Geth.

11. Y rzekli ſłudzy Achis do niego, gdy uyźrzeli Dawidá: Aza nie ten ieſt Dawid Krol źiemie? Azaz nie temu ſpiewano w tańcach, mowiąc: Poráźił Saul tyśiąc, á Dawid dźieśięć tyśięcy?

12. Y wźiął Dawid mowy one w ſerce ſwe, y zlękł ſię bárzo od oblicza Achis Krolá Geth.

13. Y odmienił uſtá ſwoie przed nimi, y upadał między rękomá ich; y tłukł ſię o drzwi u forty; y z śćiekáły śliny iego ná brodę.

14. Y rzekł Achis do ſług ſwoich: Widźieliśćie człowieká ſzalonego; czemużeśćie go do mnie przywiedli?

15. Czyli nam ſchodźi ná ſzalonych, żeśćie przywiedli áby ſzálał przedemną? á więc ten ma wniść do domu mego?

7. Erat autem ibi vir quidam de ſervis Saul in die illa, intus in tabernaculo *a* Domini; & nomen ejus Doeg Idumæus *b*, potentiſſimus paſtorum Saul.

8. Dixit autem David ad Achimelech: Si habes hic ad manum haſtam, aut gladium? quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum; ſermo *c* enim regis urgebat.

9. Et dixit ſacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philiſthæi, quem percuſſiſti in Valle terebinthi *d*, eſt involutus pallio *e* poſt Ephod; ſi *f* iſtum vis tollere, tolle. Neque enim hic eſt alius absque eo. Et ait David: Non eſt huic alter ſimilis, da mihi eum.

10. Surrexit itaque David, & fugit in die illa a facie Saul; & venit ad Achis regem Geth.

11. Dixeruntque ſervi Achis ad eum, cum vidiſſent David: Numquid non iſte eſt David rex terræ *g*? nonne huic cantabant per choros, dicentes: *h* Percuſſit Saul mille, & David decem millia?

12. Poſuit autem David ſermones iſtos in corde ſuo, & extimuit valde a facie Achis regis Geth.

13. Et immutavit os *i* ſuum coram eis, & collabebatur *k* inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ, defluebantque ſalivæ ejus in barbam.

14. Et ait Achis ad ſervos ſuos: Vidiſtis hominem inſanum; quare adduxiſtis eum ad me?

15. An deſunt nobis furioſi, quod introduxiſtis iſtum, ut fureret me præſente? hiccine ingredietur domum meam?

a i. tentorio. *b* ſc. origine. *c* i. mandatum. *d* Alii, quercus. *e* i. tegumento. *f* ſc. locum, ubi repoſitum eſt Ephod. *g* ſc. Judææ. *h* Sup. 18. 7. Eccli. 47. 7. *i* i. vultum & ſermonem. *k* Hebr. finxit ſe inſanum.

ROZDZIAŁ XXII.

Dawid przyiąwſzy ku ſobie ludźi nie mało, w iáſkini Odollá, z tąd ſię wyprawił do Krolá Moábſkiego; z tąd zá rádą Proroká Gad wroćił ſię do źiemie Judſkiey; á Saul wſzyſtkie Kápłany przez Doegá kazał wybyć, procz Abiátárá, ktory ućiekł do Dawidá.

1. POſzedł tedy Dawid z onąd, y uſzedł do iáſkinie Odollam. Co uſłyſzawſzy brácia iego, y wſzyſtek dom oycá iego, przyſzli tám do niego.

2. Y zeſzli ſię do niego wſzyſcy, ktorzy byli utrapieni, y ktorzy ſię byli zádłużyli, y w gorzkośći ſercá; y zoſtał ich kśiążęciem, á było

CAPUT XXII.

David confugientes ad ſe in ſpeluncam Odollam ſuſcipit, inde ad regem Moab proficiſcitur, ſed conſilio Gad prophetæ in terram Juda revertitur, 1. Doeg accuſat ſacerdotem Achimelech, 6. Ergo Saul omnes ſacerdotes Nobe, præter Abiathar, qui ad David confugit, jubet interimi, 11.

1. ABiit * ergo David inde, & fugit in ſpeluncam Odollam. Quod cum audiſſent fratres ejus, & omnis domus patris ejus, deſcenderunt ad eum illuc.

2. Et convenerunt ad eum omnes, qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo; & factus eſt eorum princeps,

* Eodem ann. 2944.

ceps, fueruntque cum eo, quaſi quadringenti viri.

3. Et profectus eſt David inde in Maſpha, quæ eſt Moab; & dixit ad regem Moab: Maneat, oro, pater meus & mater mea vobiſcum, donec ſciam, quid faciat mihi Deus.

4. Et reliquit *a* eos ante faciem regis Moab; manſeruntque apud eum cunctis diebus, quibus David fuit in præſidio *b*.

5. Dixitque Gad propheta ad David: Noli manere in præſidio, proficiſcere, & vade in Terram Juda. Et profectus eſt David, & venit in ſaltum Haret.

6. Et audivit Saul, quod apparuiſſet David, & viri, qui erant cum eo. Saul autem cum maneret in Gabaa, & eſſet in nemore, quod eſt in Rama, haſtam manu tenens, cunctique ſervi ejus circumſtarent eum:

7. Ait ad ſervos ſuos, qui aſſiſtebant ei: Audite nunc filii Jemini *c*; numquid omnibus vobis dabit filius Iſai agros & vineas, & univerſos vos faciet tribunos, & centuriones:

8. Quoniam conjuraſtis omnes adverſum me, & non eſt qui mihi renuntiet, maxime cum & filius meus fœdus *d* inierit cum filio Iſai? Non eſt qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi; eo quod ſuſcitaverit filius meus ſervum meum adverſum me, inſidiantem mihi usque hodie.

9. Reſpondens autem Doeg Idumæus, qui aſſiſtebat, & erat primus inter ſervos *e* Saul: Vidi, inquit, filium Iſai in Nobe apud Achimelech filium Achitob ſacerdotem,

10. Qui conſuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei; ſed & gladium Goliath Philiſthæi dedit illi.

11. Miſit ergo rex ad accerſendum Achimelech ſacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris ejus, ſacerdotum, qui erant in Nobe, qui univerſi venerunt ad regem.

12. Et ait Saul ad Achimelech: Audi fili Achitob *f*. Qui reſpondit: Præſto ſum domine.

13. Dixitque ad eum Saul: Quare conjuraſtis adverſum me, tu & filius Iſai, & dediſti ei panes & gladium, & conſuluiſti pro eo Deum, ut conſurgeret adverſum me, inſidiator usque hodie permanens?

14. Reſpondensque Achimelech regi, ait: Et quis in omnibus ſervis tuis, ſicut David fidelis,

a i. ut illic manerent.

b ſc. ſuorum militum vel arce.

c i. de tribu Benjamin.

d Ex ſuſpicione divinavit.

e 70. Super multos.

f Contumeliæ cauſa ſic vocat, ſicut ſupra Davidem filium Iſai.

á było ich przy nim około czterzech ſet mężow.

3. Y poſzedł Dawid z onąd do Máſphá, ktora ieſt Moáb; y rzekł do Krolá Moáb: Niechay pomieſzka, proſzę, oćiec moy y mátká moiá zwámi, áż ſię dowiem, co zemną Bog uczyni.

4. Y zoſtáwił ie przed obliczem Krolá Moáb, y mieſzkáli u niego po wſzytkie dni, ktorych Dawid był ná zamku.

5. Y rzekł Gad prorok do Dawidá: Nie mieſzkay ná zamku, iedź á ćiągni do źiemie Judá. Y iáchał Dawid, y przyſzedł do łáſá Háreth.

6. Y uſłyſzał Saul, że ſię ukazał Dawid y mężowie, ktorzy znim byli. A Saul gdy mieſzkał w Gabáá, y był w gáiu, ktory ieſt w Rámá, trzymáiąc oſczep w ręce, á wſzyſcy ſłudzy iego ſtali około niego:

7. Rzekł do ſług ſwych, ktorzy przy nim ſtali: Słuchayćie teraz ſynowie Jemini; izali wſzytkim wam da ſyn Izai polá y winnice; y wſzyſtkich was poczyni tyśiączniki y ſetniki:

8. Sećie ſię wſzyſcy ſprzyśięgli przećiwko mnie, á niemáſz tego, ktoby mi oznaymił, zwłaſczá gdyż y ſyn moy przymierze uczynił z ſynem Izai? Niemaſz, ktoby ſię mnie z was użalił, áni ktoby mi oznaymił; przeto że pogburzył ſyn moy ſługę mego przećiwko mnie, ktory czyhá ná mię áż po dźiś dźień.

9. A odpowiádáiąc Doeg Idumeyczyk, ktory ſtał, á był pierwſzy miedzy ſługámi Saulowymi: Widźiałem, pry, ſyná Izai w Nobe u Achimelechá ſyná Achitob kápłaná,

10. Ktory ſię rádźił zá nim Páná, y dał mu ſtráwy; ále y miecz Goliathá Philiſtyńczyká dał mu

11. Poſłał tedy Krol, áby przyzwano Achimelechá kápłaná ſyná Achitob, y wſzytek dom oycá iego, kápłanow ktorzy byli w Nobe, ktorzy wſzyſcy przyſzli do Krolá.

12. Y rzekł Saul do Achimelechá: Słuchay ſynu Achitob. A on odpowiedźiał: Owom ia pánie.

13. Y rzekł do niego Saul: Czemuśćie ſię ſprzyśięgli ná mię, ty y ſyn Izai, y dałeś mu chlebá y miecz, y rádźiłeś ſię zá nim Bogá, áby powſtał ná mię zdraycą będąc áż do dniá dźiśieyſzego?

14. Y odpowiedáiąc Achimelech Krolowi, rzekł: A ktoż ze wſzech ſług twoich wierny iáko

iáko Dawid, y źięć Krolewſki, y idący ná roſkazánie twoie, y zacny w domu twoim?

15. Azam dźiś począł rádźić ſię oń Bogá? Uchoway mię Boże: Niech ſię nie domniemawa Krol ná ſługę ſwego tákowey rzeczy we wſzytkim domu oycá mego; bo niewiedźiał ſługá twoy o tey ſpráwie nic, ábo máłego ábo wielkiego.

16. Y rzekł Krol: Smierćią umrzeſz Achimelechu ty, y wſzytek dom oycá twego.

17. Y rzekł Krol ſługom, ktorzy ſtali około niego: Obroććie ſię, á pobiyćie kápłany Páńſkie; bo ręká ich ieſt z Dawidem; wiedząc że ućiekał á nie, oznaymili mi. Lecz niechćieli ſłudzy krolewſcy rąk ſwoich podnieść ná kápłany Páńſkie.

18. Y rzekł Krol Doegowi: Obroć ſię ty, á rzuć ſię ná kápłany. Y obroćiwſzy ſię Doeg Idumeyczyk tárgnął ſię ná kápłany, y zámordował dniá onego ośmdźieśiąt y pięć mężow ubránych w ephod lniány.

19. A Nobe miáſto kápłáńſkie poráźił páſzczeką mieczá, męże y niewiáſty, y dźiatki, y sſące, y wołu, y oſłá, y owcę páſzczeką mieczá.

20. Lecz uſzedſzy ieden ſyn Achimelechá ſyná Achitob, ktoremu imię było Abiáthár, ućiekł do Dawidá,

21. Y oznaymił mu, że Saul pobił kápłany Páńſkie.

22. Y rzekł Dawid Abiáthárowi: Wiedźiałem onego dniá, gdy tám był Doeg Idumeyczyk, że pewnie miał powiedźieć Saulowi; Iam ieſt winien śmierći wſzyſtkich duſz oycá twego.

23. Mieſzkay ze mną, nieboy ſię; Ieſli kto będźie ſzukał duſze moiey, będźie ſzukał, y duſze twoiey, y będźieſz przy mnie záchowan.

fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & glorioſus in domo tua?

15. Num hodie cœpi pro eo conſulere Deum? abſit hoc a me; ne ſuſpicetur rex adverſus ſervum ſuum rem hujuſcemodi, in univerſa domo patris mei; non enim ſcivit ſervus tuus quidquam ſuper hoc negotio, vel modicum vel grande.

16. Dixitque rex: Morte morieris Achimelech, tu, & omnis domus patris tui.

17. Et ait rex emiſſariis *a*, qui circumſtabant eum: Convertimini, & interficite ſacerdotes Domini; nam manus eorum cum David eſt; ſcientes quod fugiſſet, & non indicaverunt mihi. Noluerunt autem ſervi regis extendere manus ſuas in ſacerdotes Domini.

18. Et ait rex ad Doeg: Convertere tu, & irrue in ſacerdotes. Converſusque Doeg Idumæus, irruit in ſacerdotes, & trucidavit in die illa octaginta quinque viros *b* veſtitos *c* Ephod lineo,

19. Nobe autem civitatem ſacerdotum percuſſit in ore gladii, viros & mulieres, & parvulos, & lactentes, bovemque & aſinum, & ovem in ore gladii.

20. Evadens autem unus filius Achimelech, filii Achitob, cujus nomen erat Abiathar, fugit ad David *d*.

21. Et annuntiavit ei, quod occidiſſet Saul ſacerdotes Domini.

22. Et ait David ad Abiathar: Sciebam in die illa, quod, cum ibi eſſet Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli; ego ſum reus *e* omnium animarum patris tui.

23. Mane mecum, ne timeas; ſi quis quæſierit animam meam *f* quæret & animam tuam, mecumque ſervaberis.

a Satellitibus.
b Sic pro Chriſto vero Davide cæduntur Martyres velut victimæ.
c Sc. ſolitos veſtiri.
d Manentem in Ceila.
e 70. ſum cauſa.
f Vitam meam.

ROZDZIAŁ XXIII.

Iáko Dawid rátował miáſtá Ceylu, ále Saul go przedśię ſzukał: on ućiekł do puſczy Zyph; od Zypheyczykow przez radzon, Bog go wybáwił z oblężenia, przepuśćiwſzy Philiſtyny ná Saulá.

1. Y Powiedźiano Dawidowi, mowiąc: Oto Philiſtynowie dobywáią Ceilę, y plondruią gumná.

2. Rádźił ſię tedy Dawid Páná, mowiąc: Mamli iśdź á poráźić te Philiſtyny? Y rzekł Pan do Dawidá: Idź, á poráźiſz Philiſtyny, y Ceilę wybáwiſz.

CAPUT XXIII.

David Ceilam a Philiſthæis liberat. 1. ne in manus Saul a viris Ceilæ traderetur, profugit in deſertum Ziph. 7. Proditus a Zipheis, ex manibus Saul propter Philiſthæorum irruptionem liberatur, 19

1. ET annuntiaverunt David: dicentes Ecce Philiſthiim oppugnant Ceilam *g*, & diripiunt areas.

2. Conſuluit ergo David Dominum, dicens: Num vadam, & percutiam Philiſthæos iſtos? ait Dominus ad David: Vade, & percuties Philiſthæos, & Ceilam ſalvabis.

Anno M. 2945. Ant. Chr. 1059
g Sc. urbem in tribu Juda.

3. Et dixerunt viri, qui erant cum David, ad eum: Ecce nos hic in Judæa conſiſtentes timemus; quanto magis ſi ierimus in Ceilam adverſum agmina Philiſthinorum?

4. Rurſum ergo David conſuluit Dominum. Qui reſpondens, ait ei: Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philiſthæos in manu tua.

5. Abiit ergo David, & viri ejus in Ceilam, & pugnavit adverſum Philiſthæos, & abegit jumenta *a* eorum, & percuſſit eos plaga magna; & ſalvavit David habitatores Ceilæ.

6. Porro eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilam, ephod ſecum habens deſcenderat.

7. Nuntiatum eſt autem Sauli, quod veniſſet David in Ceilam; & ait Saul: Tradidit eum Deus in manus meas, concluſusque eſt ingreſſus urbem, in qua portæ & ſeræ *b* ſunt.

8. Et præcepit Saul omni populo, ut ad pugnam deſcenderet in Ceilam; & obſideret David, & viros ejus.

9. Quod cum David reſciſſet, quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar ſacerdotem: Applica *c* ephod.

10. Et ait David: Domine Deus Iſrael, audivit famam ſervus tuus, quod diſponat Saul venire in Ceilam, ut evertat urbē propter me;

11. Si tradent me viri Ceilæ in manus ejus? & ſi deſcendet Saul, ſicut audivit ſervus tuus? Domine Deus Iſrael indica ſervo tuo. Et ait Dominus: Deſcendet *d*.

12. Dixitque David: Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui ſunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus: Tradent *e*.

13. Surrexit ergo David & viri ejus quaſi ſexcenti, & egreſſi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti, nuntiatumque eſt Sauli, quod fugiſſet David de Ceila, & ſalvatus eſſet; quam ob rem diſſimulavit exire.

14. Morabatur autem David in deſerto in locis firmiſſimis *f*, manſitque in monte ſolitudinis Ziph, in monte opaco; quærebat eum tamen Saul cunctis diebus; & non tradidit eum Deus in manus ejus.

15. Et vidit David, quod egreſſus eſſet Saul, ut quæreret animam ejus. Porro David erat in deſerto Ziph in ſilva.

16. Et ſurrexit Jonathas filius Saul, & abiit ad David in ſilvam, & confortavit manus ejus in Deo *g*: dixitque ei:

17. Ne

a Sc. pecora adducta pro alendo milite.
b i. vectes.
c i. Indue ut Dominum conſulas.
d Sc. ſi hic manſeris.
e Supple: niſi inde exceſſeris.
f i. munitiſſimis.
g Juſſit bono animo eſſe ob Dei favorem.

3. Y rzekli mężowie, ktorzy byli z Dawidem, do niego: Oto my tu w Judzkiey źiemi będąc, boimy ſię; á coż więcey ieſli poydźiem do Ceile ku woyſkom Philiſtyńſkim?

4. Znowu tedy Dawid rádźił ſię Páná. Ktory odpowiádáiąc, rzekł mu: Wſtań, á idź do Ceile, bo ia dam Philiſtyny w rękę twoię.

5. Poſzedł tedy Dawid, y mężowie iego do Ceili, y walczył z Philiſtyny, y zápędźił bydłá ich, y poráźił ie porażką wielką; y wybáwił Dawid mieſczány Ceile.

6. Lecz ná on czás, gdy ućiekał Abiáthár ſyn Achimelechow do Dawidá do Ceile, przyſzedł był máiąc z ſobą Ephod.

7. Y powiedźiano Saulowi że Dawid wſzedł do Ceile; y rzekł Saul: Dał go Bog w ręce moie, y záwárty ieſt wſzedſzy do miáſtá, w ktorym ſą bramy y zamki.

8. Y przykazał Saul wſzytkiemu ludu, áby ſzli ná woynę do Ceile; y oblegli Dawidá y lud iego.

9. Czego gdy ſię Dawid dowiedźiał, iż mu Saul potáiemnie złe gotował, rzekł do Abiáthárá kápłaná: Przyłoż ephod.

10. Y rzekł Dawid: Pánie Boże Izráelow, ſłyſzał tę wieść ſługá twoy, że Saul gotuie ſię przyśdź do Ceile, áby zburzył miáſto dla mnie;

11. Wydádząli mnie mężowie Ceili w ręce iego? á przyiedźieli Saul, iáko ſłyſzał ſługá twoy? Pánie Boże Izráelow oznáymi ſłudze twemu. Y rzekł Pan: Przyiedźie.

12. Y rzekł Dawid: Wydádząli mię mężowie Ceili y męże, ktorzy zemną ſą w ręce Saulowe? Y rzekł Pan: Wydádzą.

13. Wſtał tedy Dawid y mężowie iego około ſześći ſet, y wyſzedſzy z Ceile, y tu y owdźie ſię tułali niepewni, y powiedźiano Saulowi, że ućiekł Dawid z Ceile, y uſzedł; przetoż zániechał wyiácháć.

14. A Dawid mieſzkał ná puſczy po mieyſcách mocnych, y mieſzkał ná gorze puſczy Ziph ná gorze ćiemniey; wſzákże go Saul ſzukał po wſzytkie dni; y nie dał go Bog w ręce iego.

15. Y uyźrzał Dawid, że wyſzedł Saul ſzukáć duſze iego. A Dawid był ná puſczy Zipb w leśie.

16. Y wſtał Jonáthas ſyn Saulow, y ſzedł do Dawidá do láſá, y pośilił ręce iego w Bogu, y rzekł mu;

17. Nie-

17. Nieboy śię; bo ćie nie naydźie ręká Saulá oycá mego, á ty krolowáć będźieſz nád Izráelem, á ia będę wtory po tobie; lecz y Saul oćiec moy o tym wie.

18. A ták poſtánowili obą przymierze przed Pánem; y mieſzkał Dawid w leśie, á Jonáthas wroćił śię do domu ſwego.

19. Y wſtąpili Zypheyczycy do Saula w Gábáá, mowiąc: Azá oto Dawid nie kryie śię u nas po mieyſcách beſpiecznych láſu ná págorku Háchilá, ktora ieſt po práwey ſtronie puſczy?

20. A ták teraz iáko prágnęłá duſzá twoiá, żebyś źiáchał, źiedź, á náſzá będźie podáć go w ręce krolewſkie.

21. Y rzekł Saul: Błogoſłáwieniśćie wy od Pána, iżeśćie śię mnie użalili.

22. A ták idźćie, proſzę, á gotuyćie pilniey, y czyńćie dworniey, y wyſzpieguyćie mieyſce, gdźie ieſt nogá iego, ábo kto go tám widźiał; bo myśli o mnie, że nań chytrze śię záſadzam.

23. Wypátrzćieſz á obaczćie wſzytkie iámy iego, w ktorych śię tái; á wroććie śię do mnie ná pewną rzecz, że poydę zwámi; á choćby śię też ſkrył w źiemię, będę go ſzukał we wſzytkich tyśiącách Judzkich.

24. A oni wſtawſzy, poſzli do Ziph przed Saulem; á Dawid y mężowie iego byli ná puſczy Máon ná polách po práwey Jeſimon.

25. Jáchał tedy Saul y towárzyſze iego ſzukáć go; lecz dano znáć Dawidowi, y nátychmiaſt ſtąpił ná ſkáłę, y mieſzkał w puſczy Máon; Co gdy uſłyſzał Saul, gonił Dawidá ná puſczy Máon.

26. Y iáchał Saul po boku gory z iedney ſtrony; á Dawid y mężowie iego byli z boku gory po drugiey ſtronie; y iuż był Dawid zwątpił, żeby mogł uyśdź przed obliczem Saulá; A ták Saul y mężowie iego ná kſztałt wieńcá obtoczyli Dawidá y męże iego, áby ie poimáli.

27. Y przybieżał poſeł do Saula, mowiąc: Poſpieſz śię, á przyiedź, bo Philiſtynowie wtárgnęli w źiemię.

28. A ták wroćił śię Saul przeſtawſzy gonić Dawidá, y ćiągnął przećiw Philiſtynom, y dla tego názwáli ono mieyſce: Skáłą rozłączáiącą.

17. Ne timeas: neque enim inveniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis ſuper Iſrael, & ego ero tibi ſecundus; ſed & Saul pater meus ſcit hoc.

18. Percuſſit ergo uterque fœdus coram Domino *a*; manſitque David in ſilva; Jonathas autem reverſus eſt in domum ſuam.

a Deo teſte.

19. Aſcenderunt *b* autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes; Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutiſſimis ſilvæ, in Colle Hachila, quæ eſt ad dexteram deſerti?

b Inf. 26. 1.

20. Nunc ergo, ſicut deſideravit anima tua, ut deſcenderes, deſcende; noſtrum autem erit, ut tradamus eum in manus regis.

21. Dixitque Saul: Benedicti vos a Domino, quia doluiſtis vicem meam.

22. Abite ergo, oro, & diligentius præparate, & curioſius agite, & conſiderate locum, ubi ſit pes ejus, vel quis viderit eum ibi: recogitat enim de me, quod callide inſidier ei,

23. Conſiderate, & videte omnia latibula ejus, in quibus abſconditur; & revertimini ad me ad rem certam *c*, ut vadam vobiſcum. Quod ſi etiam in terram ſe abſtruſerit, perſcrutabor eum in cunctis millibus *d* Juda.

c i. re bene comperta.

d Cum omnibus copiis.

24. At illi ſurgentes abierunt in Ziph ante Saul: David autem, & viri ejus erant in deſerto Maon, in campeſtribus ad dexteram Jeſimon.

25. Ivit ergo Saul, & ſocii ejus ad quærendum eum; & nuntiatum eſt David, ſtatimque deſcendit ad petram, & verſabatur in deſerto Maon. Quod cum audiſſet Saul, perſecutus eſt David in deſerto Maon.

26. Et ibat Saul ad latus montis ex parte una; David autem, & viri ejus erant in latere montis ex parte altera; porro David deſperabat ſe poſſe evadere a facie Saul; itaque Saul, & viri ejus, in modum coronæ cingebant David, & viros ejus, ut caperent eos.

27. Et nuntius venit ad Saul, dicens: Feſtina, & veni, quoniam infuderunt ſe Philiſthiim ſuper terram *e*.

e Iſrael, ut omnia populentur.

28. Reverſus eſt ergo Saul deſiſtens perſequi David, & perrexit in occurſum Philiſthinorum, propter hoc vocaverunt locum illum: Petram dividentem.

CAPUT XXIV.

David in spelunca Engaddi latitans, oram chlamydis Saul persequentis abscindens prohibet, ne occideretur, 1. Ostensa chlamydis ora suam illi declarat innocentiam, 9. Saul culpam agnoscit, & sciens David regnaturum, suscepto ab ipso juramento ei reconciliatur. 17.

*Anno M. 2946. Ant. Chr. 1058.

1. ASCendit * ergo David inde: & habitavit in locis tutissimis Engaddi.

2. Cumque reversus esset Saul, postquam persecutus est Philisthæos, nuntiaverunt ei, dicentes: Ecce, David in deserto est Engaddi.

3. Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad investigandum David, & viros ejus, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus *a* perviæ sunt.

a Capris sylvestribus.

4. Et venit ad caulas ovium *b*, quæ se offerebant vianti. Eratque spelunca, quam ingressus est Saul, ut purgaret ventrem; porro David, & viri ejus in interiore parte speluncæ latebant.

b Videntur caulæ istæ fuisse speluncæ, in quas pastores turbida tempestate sua pecora cogebant.

5. Et dixerunt servi David ad eum: Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: Eo tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei, sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David, & præcidit oram chalmydis Saul silenter.

6. Post hæc percussit cor suum David, eo quod abscidisset oram chlamydis Saul.

7. Dixitque ad viros suos: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo, Christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est.

8. Et confregit David viros suos sermonibus *c*, & non permisit eos, ut consurgerent in Saul; porro Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere.

c Hoc factum egregie celebrat S. Chrysostomus homilia, cui titulus: Quod David magnificentius sibi trophæum erexerit parcendo Sauli, quam occidendo Goliath.

9. Surrexit autem, & David post eum, & egressus de spelunca, clamavit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se: & inclinans se David pronus in terram adoravit,

10. Dixitque ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium: David quærit malum adversum te?

11. Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: & cogitavi, ut occiderem te, sed pepercit tibi

ROZDZIAŁ XXIV.

Dawid kryiąc się w puszczey Engáddy, urznął Kray płaszczá Saulowego, y od zábićia go wybáwił. Przeto Saul uznawszy się, á baczác, że iuż Dawid miał krolowáć zá wolą Bożą: wźiąwszy od niego przysięgę poiednał się z nim, áby y potomstwá iego nie wygłádźił.

1. Y Wyćiągnął Dawid z onąd; y mieszkał ná mieyscách beśpiecznych Engáddi.

2. A gdy się wroćił Saul od pogoni zá Philistyny, powiedźiáno mu, rzekąc: Oto Dawid ieſt ná puszczy Engáddi.

3. A ták wźiąwszy Saul trzy tyśiące mężow przebránych ze wszytkiego Izráela, poszedł szukáć Dawidá y mężow iego, y po náprzykrszych skáłách, po ktorych iedno dźikie kozy mogą chodźić.

4. Y przyćiągnął ku chlewom owczym, ktore się nátráfiły idącemu, á byłá tám iáskiniá, do ktorey wszedł Saul ná potrzeby przyrodzone; á Dawid y mężowie iego táili się we wnętrzney częśći iáskini.

5. Y rzekli sludzy Dawidowi do niego: Oto dźień, o ktorym Pan mowił do ćiebie: Ia dam w ręce twe nieprzyiaćielá twego, żebyś mu uczynił; iáko się będźie podobáło w oczách twych. Wstał tedy Dawid, y urznął poćichu kray płaszczá Saulowego.

6. Potym uderzyło Dawidá serce iego, przeto że urznął kray płaszczá Saulowego.

7. Y rzekł do mężow swoich: Niech mi będźie miłośćiw Pan, żebym nie uczynił tey rzeczy pánu memu pomázáńcowi Páńskiemu, żebym miał śćiągnąc nań rękę moię, ponieważ ieſt pomázániec Páński.

8. Y przełomił Dawid męże swe mowámi, y nie dopuśćił im powstáć ná Saulá; á Saul wstawszy z iáskinie, szedł záczętą drogą.

9. Potym wstał y Dawid zá nim; á wyszedszy z iáskinie záwołał zá Saulem, mowiąc: Pánie moy krolu. Y obeyźrzał się Saul názád; á Dawid schyliwszy się twarzą ku źiemi, pokłonił się,

10. Y rzekł do Saulá: Czemu sluchasz słow ludźi mowiących, Dawid szuka złego przećiw tobie?

11. Oto dźiś widźiały oczy twoie, że mię ćię Pan dał w rękę moię w iáskini; y myśliłem ćię zábić, áleć przepuśćiło oko moię, bom

bom rzekł: Nie śćiągnę ręki ná páná mego, bo ieſt pomázániec Páńſki.

12. Y owſzem oycze moy, obácz, y poznay kray płaſczá twego w ręce moiey; żeć gdym urzynał koniec płáſczá twego, niechćiałem śćiągnąć ręki moiey ná ćię. Poznay á obácz, żeć niemáſz w ręce moiey złośći, áni niepráwośći, ánim zgrzeſzył przećiw tobie; á ty godźiſz ná duſzę moię, ábyś ią odiął.

13. Niech rozſądźi Pan między mną á tobą, á niech ſię krzywdy moiey Pan pomśći nád tobą; á ręká moiá niech nie będźie ná tobie.

14. Iáko y w ſtárey przypowieśći, mowią: Od niezbożnych wynidźie niezbożnoś; á ták ręká moiá niech nie będźie ná tobie.

15. Kogoż przedzláduieſz, Krolu Izráelſki, kogo przeſzláduieſz? Pſá zdechłego przeſzláduieſz, á pchłę iednę.

16. Niech Pan będźie ſędźim, á niech rozſądźi między mną á tobą; á niech obaczy y oſądźi ſzráwę moię, á niech mię wyrwie z ręki twoiey.

17. A gdy ſkończył Dawid mowiąc mowy tákie do Saulá, rzekł Saul: A twoyże to głos Dawidźie ſynu moy? y podnioſł Saul ſwoy głos y płákáł,

18. Y rzekł do Dawidá: Spráwiedliwſzyś ty ieſt niżli ia; boś ty mnie oddał dobre, á iam tobie złym oddał.

19. Tyś też dźiś okazał, coś mi dobrego uczynił; iáko mię dał Pan w rękę twoię, á nie zábileś mię.

20. Bo ktoż gdy naydźie nieprzyiáćiela ſwego, wypuśći go ná drogę dobrą? Ale Pan niechayći odda nágrodę tę, zá to coś mi dźiś uczynił.

21. A teraz iż wiem, że pewnie maſz krolowáć, y będźieſz miał w ręce ſwey kroleſtwo Izráelſkie.

22. Przyśięż mi przez Páná, że nie wygłádźiſz potomſtwá mego po mnie, á nie wytráćiſz imieniá mego z domu oycá mego.

23. Y przyśiągł Dawid Saulowi. Odſzedł tedy Saul do domu ſwego; á Dawid y mężowie iego wſtąpili ná mieyſcá przeſpiecznieyſze.

bi oculus meus. Dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum, quia Chriſtus Domini eſt.

12. Quin potius pater mi, vide, & cognoſce oram chlamidis tuæ in manu mea: quoniam cum præſcinderem ſummitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Animadverte, & vide, quoniam, non eſt in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccavi in te; tu autem inſidiaris animæ meæ, ut auferas eam.

13. Judicet Dominus inter me, & te, & ulciſcatur *a* me Dominus ex te; manus autem mea non ſit in te.

a Q. d. in illius ſinum meas querelas depono.

14. Sicut, & in proverbio antiquo dicitur: ab impiis egredietur impietas; manus ergo mea non ſit in te.

15. Quem perſequeris, rex Iſrael? quem perſequeris? canem mortuum *b* perſequeris, & pulicem unum.

b Rem viliſſimam & infirmiſſimam.

16. Sit Dominus judex, & judicet inter me & te: & videat, & judicet cauſam meam, & eruat me de manu tua.

17. Cum autem compleſſet David loquens ſermones hujuſcemodi ad Saul, dixit Saul: Numquid vox hæc tua eſt, fili mi David? Et levavit Saul vocem ſuam, & flevit,

18. Dixitque ad David: Juſtior tu es, quam ego: tu enim tribuiſti mihi bona; ego autem reddidi tibi mala.

19. Et tu indicaſti hodie, quæ feceris mihi bona; quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me.

20. Quis enim, cum invenerit inimicum ſuum, dimittet eum in via bona *c*? Sed Dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc, pro eo, quod hodie operatus es in me.

c i. ſalvum & incolumem.

21. Et nunc, quia ſcio, quod certiſſime regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnũ Iſrael,

22. Jura mihi in Domino, ne deleas ſemen meum poſt me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.

23. Et Juravit David Sauli. Abiit ergo Saul in domum ſuam; & David, & viri ejus aſcenderunt ad tutiora loca *d*,

d Arcem ſeu præſidium.

ROZDZIAŁ XXV.

Sámuelá, gdy umarł, płácżą, Dawid rozgniewał ſię ná Nábálá prze głupią odpowiedź iego, dle Abigail żoná iego ukroćiłá gniew iego, ktorą po śmierći Nábálá poiął Dawid dle y Achinoam. A Saul Michol corkę ſwą wydał zá Phaltá.

CAPUT XXV.

Mortuus Samuel plangitur, 1. David ingrato Nabal, victum neganti, mortem minatur, 2. Egregia Abigail oratione placatur, 18. Quam mortuo Nabal in connubium accipit, ſimul & Achinoam, Saul vero filiam Michol Phalti alteri marito tradit. 36.

a Infr. 28. 3. Eccli. 46. 28. Anno M. 2947. Ant. Chr. 1057. Cum ipse Samuel annum agenet circiter 98.

b i. in suorum sepulchro.

c Non longe ab Hebron.

d Q. d. ex parte mea.

e i. apta, qua solet hilaritas exerceri.

f i. in promptu fuerit.

1. MOrtuus *a* est autem Samuel, & congregatus est universus Israel, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua *b* in Ramatha. Consurgensque David descendit in desertum Pharan.

2. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & possessio ejus in Carmelo, & homo ille magnus nimis, erantque ei oves tria millia, & mille capræ: & accidit, ut tonderetur grex ejus in Carmelo *c*.

3. Nomen autem viri illius erat Nabal, & nomen uxoris ejus Abigail; eratque mulier illa prudentissima, & speciosa: porro vir ejus durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere Caleb.

4. Cum ergo audisset David in deserto, quod tonderet Nabal gregem suum,

5. Misit decem juvenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo *d* pacifice.

6. Et dicetis: Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus, quæcumque habes, sit pax.

7. Audivi, quod tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto: numquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo.

8. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona *e* venimus: quodcumque inveniret manus tua *f*, da servis tuis, & filio tuo David.

9. Cumque venissent pueri David, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine David; & siluerunt.

10. Respondens autem Nabal pueris David, ait: Quis est David? & quis est filius Isai? hodie increverunt servi, qui fugiunt dominos suos,

11. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio, unde sint?

12. Regressi sunt itaque pueri David per viam suam, & reversi venerunt, & nuntiaverunt ei omnia verba, quæ dixerat.

13. Tunc ait David pueris suis: Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusque est & David ense suo: & secuti sunt David quasi qua-

1. A Sámuel umárł, y zebrał ſię wſzyſtek Izráel, y płákáli go, y pogrzebli go w domu iego w Rámáthá. A powſtawſzy Dawid poſzedł ná puſzczą Phárán.

18. Cumque complesset offerens holocau-

a i. inclinaverunt.

b Sc. Levitis non licebat arcam tangere Num. 18. v. 3. & debuisset arcam portare humeris.

c 1. Par. 13. 11.

d Fuit Levita, vocatur tamen Gethæus a loco habitationis: quia vel pater ejus, ut vult Serarius, vel ipsemet diu exulabat apud Philisthæos in Geth. Tirin.

e 1. Par. 15. 25.

f 1. Par. 15. 26.

g q. d. sex-to quoque passu.

h veste Levitarum: nam ex devotione cultum regium abjecerat.

i 70. ludentem, saltantem & pulsantem.

sta-

ſta, & pacifica, benedixit *a* populo in nomine Domini exercituum.

19. Et partitus eſt univerſæ multitudini Iſrael, tam viro quam mulieri, ſingulis collyridam *b* panis unam, & aſſaturam bubulæ carnis unam, & ſimilam frixam oleo; & abiit omnis populus, unusquisque in domum ſuam.

20. Reverſusque eſt David, ut benediceret domui ſuæ; & egreſſa Michol filia Saul in occurſum David, ait: Quam glorioſus fuit hodie rex Iſrael, diſcooperiens ſe ante ancillas ſervorum ſuorum, & nudatus eſt *c*, quaſi ſi nudetur unus de ſcurris *d*.

21. Dixitque David ad Michol: Ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam omnem domum ejus, & præcepit mihi, ut eſſem dux ſuper populum Domini in Iſrael,

22. Et Judam, & vilior fiam plus quam factus ſum; & ero humilis in oculis meis; & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo *e*.

23. Igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius *f* usque in diem mortis ſuæ.

zapokoyne, błogoſłáwił ludowi w imię Páná záſtępow.

19. Y rozdał wſzemu mnoſtwu Izráelſkiemu, ták meżowi iáko niewieśćie, káżdemu bochen chlebá, y pieczenią wołowego mięſá iedne, y kołacz w oliwie ſmáżony; y poſzedł wſzytek lud káżdy do domu ſwego.

20. Y wroćił ſię Dawid áby błogoſłáwił domowi ſwemu, á wyſzedſzy Michol corká Saulowá przećiw Dawidowi, rzekłá: Iáko chwálebny dźiś był Krol Izráelſki, odkrywáiąc ſię przed ſłużebnicámi ſług ſwoich, y odkrył ſię, iáko gdyby ſię odkrywał ieden z błaznow.

21. Y rzekł Dawid do Michol: Przed Pánem, ktory mię obrał ráczey niż oycá twego y niżli wſzytek dom iego, y przykazał mi, ábych był wodzem nád ludem Páńſkim w Izráelu,

22. Y Judą, y będę podleyſzym, niżlim ſię ſtał; y będę poniżonym w oczách moich; á ſłużebnicámi, o ktorycheś mowiłá, chwálebnieyſzym ſię pokażę.

23. Przetoż Michol corce Saulowey nie urodźił ſię ſyn aż do dniá śmierći iey.

CAPUT VII.

David proponens ædificare domum Domino, a Nathan propheta primum collaudatur, 1. Poſtmodum jubente Domino prohibetur, ſed filius ei promittitur illam ædificaturus, 4. Unde Domino gratias agit. 18.

1. FActum eſt autem cum ſediſſet rex in domo ſua, & Dominus dediſſet ei requiem undique ab univerſis inimicis ſuis,

2. Dixit *ad Nathan prophetam: *g* Videſne quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei poſita ſit in medio pellium *h*?

3. Dixitque Nathan ad regem: Omne, quod eſt in corde tuo, vade, fac; quia Dominus tecum eſt.

4. Factum eſt autem in illa nocte; & ecce ſermo Domini ad Nathan, dicens:

5. Vade, & loquere ad ſervum meum David: Hæc dicit Dominus: Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum?

6. Neque enim habitavi in domo ex die illa, qua eduxi filios Iſrael de Terra Ægypti, usque in diem hanc; ſed ambulabam *i* in tabernaculo, & in tentorio.

ROZDZIAŁ VII.

Umyślił był Dawid Bogu Kośćioł budowáć, ále mu Bog tego nie dopuśćił, iedno mu oznaymił, że go miał ſyn iego budowáć.

1. ALe ſtáło ſię, gdy uśiadł Krol w domu ſwym, á Pan dał mu pokoy zewſząd od wſzytkich nieprzyiaćioł iego,

2. Rzekł do Nátháná proroká: A widźiſz, że ia mieſzkam w domu Cedrowym, á ſkrzyniá Boża położoná ieſt między ſkorámi?

3. Y rzekł Náthán do Krolá: Wſzyſtko, co ieſt w ſercu twoim, idź, czyń; bo Pan ieſt z tobą.

4. Y ſtáło ſię oney nocy, á oto mowá Páńſká do Náthána, rzekąc:

5. Idź, á rzecz ſłudze memu Dawidowi: To mowi Pan: Izali ty mnie zbuduieſz dom ku mieſzkániu?

6. Anim bowiem mieſzkał w domu od onego dniá, ktoregom wywiodł ſyny Izráelowe z źiemie Ægyptſkiey, áż do dniá tego; álem chodźił w przybytku y w namiećie.

a i. bene precando.
b i. Placentam.
c Paludamento & veſtè extima regali.
d Chald. fatuis.
e q. d. quod tu vilitatem, ego gloriam dico.
f in pœnam deriſionis, antea filium habuit ex David. Balinghem v. Deriſio.
* Anno M. 2960. Ant. Chr. 1044.
g 1 Par. 17. 1.
h Hebr. cortinarum.
i Verſabar ſeu manebam.

7. Per   7. Po

7. Po wszystkich mieyscách, ktorem przeszedł ze wszytkimi synmi Izráelowymi, ázam mowiąc mowił do iednego z pokolenia Izráelowego, ktoremu przykazał, żeby páśł lud moy Izráelski, mowiąc: Czemuśćie mi nie zbudowáli domu Cedrowego?

8. A teraz to powiesz słudze memu Dawidowi: To mowi Pan zastępow: Jam ćiebie wźiął z paszey chodzącego zá trzodámi, ábyś był wodzem nád ludem moim Izráelskim:

9. Y byłem z tobą we wszytkim, gdźieśkolwiek chodźił, y pobiłem wszytkie nieprzyiáćioły twe od oblicza twego; uczyniłemći imię wielkie, wedle imienia wielkich, ktorzy są ná źiemi.

10. Y postánowię mieysce ludowi memu Izráel, y wszczepię ji y będźie mieszkał pod nim, á nie poruszy się więcey; y nie przydádzą synowie niepráwośći trapić go iáko pierwey,

11. Ode dniá, ktoregom postánowił sędźie nád ludem moim Izráelskim; y dam ći pokoy odewszech nieprzyiaćioł twoich; y odpowiádać Pan, że dom uczyni tobie Pan.

12. A gdy się wypełnią dni twoie, á záśniesz z oycy twymi, wzbudzę naśienie twe po tobie, ktore wynidźie z żywotá twego, y umocnię krolestwo iego.

13. On zbuduie dom imieniowi memu, y utwierdzę stolicę krolestwá iego áż ná wieki.

14. Ia mu będę zá oycá, á on mnie będźie zá syná; ktory iesli co złe uczyni, skarzę go rozgą mężow, y plagámi synow człowieczych.

15. Lecz miłośierdźia mego nie odeymę od niego, iákom odiął od Saulá, ktoregom oddalił od oblicza mego.

16. Y będźie wierny dom twoy, y krolestwo twe aż ná wieki przed obliczem twoim, y stolicá twoiá będźie trwáłá záwsze.

17. Według tych wszytkich słow, y według wszytkiego widzenia tego, ták mowił Náthan do Dawidá.

18. Y wszedł krol Dawid, y śiedźiał przed Pánem, y rzekł: Cożem ia iest Pánie Boże, y co zá dom moy, iżeś mię przywiodł áż do tąd?

19. Lecz y to iesżcze máło się bydź zdáło przed obliczn ośćią twoią Pánie Boże, áż też mowisz o domie sługi twego ná czás dáleki; bo to iest práwo Adamowe, Pánie Boże.

20. Coż

7. Per cuncta loca, quæ transivi cum omnibus filiis Israel, numquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israel, cui præcepi, ut pasceret populum meum Israel, dicens: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam?

8. Et nunc hæc dices srevo meo David: Hæc dicit Dominus exercituum: *a* Ego tuli te de pascuis *b* sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israel,

9. Et fui tecum in omnibus, ubicumque ambulasti, & interfeci universos inimicos tuos a facie tua; fecique tibi nomen grande, juxta nomen magnorum, qui sunt *c* in terra.

10. Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur amplius; nec addent filii iniquitatis, ut affligant eum sicut prius,

11. Ex die, qua constitui judices super populum meum Israel; & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis: ; prædicitque tibi Dominus, quod domum faciat tibi Dominus.

12. Cumque *d* completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum ejus.

13, Ipse *e* ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum *f*.

14. Ego *g* ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium; qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga *h* virorum, & in plagis filiorum hominum.

15. Misericordiam *i* autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saul, quem amovi a facie mea.

16. Et fidelis *k* erit domus tua, & regnum tuum usque in æternum ante faciem tuam, & *l* thronus tuus erit firmus jugiter.

17, Secundum omnia verba hæc, & juxta universam visionem istam, sic locutus est Nathan ad David.

18. Ingressus est autem rex David, & sedit coram Domino, & dixit: Quis ego sum Domine Drus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque?

19. Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo servi tui in longinquum; ista est enim lex Adam *m*, Domine Deus.

20. Quid

a 1 Reg. 16. 13. Ps. 77. 70.
b Hebr. ovium tugurio seu caula.
c i. celebrantur in terra. 1. Par. 17. 18.
d 3. Reg. 8. 19.
e 3. Reg. 5. 5.
f quoad literam de Salomone & longitudine temporis loquitur, sed mystice de Christo & vera ac sempiterna æternitate.
g 1. Par. 22. 10. Hebr. 1. 5.
h i. castigabo.
i. Psal 88. 4 37.
k i. firma.
l Hebr. 1. 5.
m mos hominum, ut velint sibi etiam in suis posteris prospici.

20. Quid ergo addere poterit adhuc David, ut loquatur ad te? tu enim ſcis ſervum tuum Domine Deus,

a i. promiſſionem implendam.

21. Propter verbum tuum *a*, & ſecundum cor tuum feciſti omnia magnalia hæc, ita ut notum faceres ſervo tuo.

22. Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia non eſt ſimilis tui, neque eſt Deus extra te in omnibus, quæ audivimus auribus noſtris.

23. Quæ eſt autem, ut populus tuus Iſrael, gens in terra, propter quam ivit Deus, ut redimeret eam ſibi in populum, & poneret ſibi nomen, faceretque eis magnalia, & horribilia ſuper terram, a facie populi tui, quem redemiſti tibi ex Ægypto, gentem, & deum ejus *b*?

b ſc. eos percutiens cum rege.

24. Firmaſti enim tibi populum tuum Iſrael in populum ſempiternum; & tu Domine Deus factus es eis in Deum.

25. Nunc ergo Domine Deus, verbum, quod locutus es ſuper ſervum tuum, & ſuper domum ejus, ſuſcita in ſempiternum; & fac, ſicut locutus es.

26. Ut magnificetur nomen tuum uſque in ſempiternum, atque dicatur: Dominus exercituum, Deus ſuper Iſrael. Et domus ſervi tui David erit ſtabilita coram Domino,

27. Quia tu Domine exercituum Deus Iſrael revelaſti aurem *c* ſervi tui, dicens: Domum ædificabo tibi; propterea invenit ſervus tuus cor ſuum *d*, ut oraret te oratione hac.

c prædixiſti & præcepiſti.
d i. cordis fiduciam.

28. Nunc ergo Domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera; locutus es enim ad ſervum tuum bona hæc.

29. Incipe ergo, & benedic domui ſervi tui, ut ſit in ſempiternum coram te; quia tu Domine Deus locutus es, & benedictione tua benedicetur domus ſervi tui in ſempiternum.

20. Coż tedy będźie mogł Dawid przydáć ieſzcze, áby mowił do ćiebie? ty bowiem znaſz ſługę twego Panie Boże.

21. Dla ſłowá twego y wegług ſercá twego uczyniłeś wſzytkie te wielkie rzeczy, ták żeś oznaymił ſłudze twemu.

22. Dla tego u wielmożonym ieſteś Pánie Boże, iż niemáſz podobnego tobie, y niemáſz Bogá oprocz ćiebie, we wſzytkim, coſmy ſłyſzeli w uſzy náſze.

22. A ktoryż ieſt narod na źiemi, iáko lud twoy Izráelſki, dla ktorego ſzedł Bog, áby ji ſobie odkupił zá lud, y uczynił ſobie imię, á iżby im czynił wielkie rzeczy y ſtráſzne ná źiemi, od obliczá ludu twego, ktoryś ſobie wykupił z Ægyptu, narod y Bogá iego.

24. Abowiem umocniłeś ſobie twoy lud Izráelſki zá lud wieczny; á ty Pánie Boże ſtałeś ſię im zá Bogá.

25. Teraz tedy Pánie Boże ſłowo, ktoreś rzekł ná ſługę twego y ná dom iego, wzbudź ná wieki; á uczyń iákoś powiedźiał.

26. Aby wielbione było imię twoie áż ná wieki, á żeby mowiono: Pan zaſtępow Bog nád Izráelem. A dom ſługi twego Dawidá będźie umocniony przed Pánem.

27. Ponieważ ty Pánie zaſtępow Boże Izráelſki obiáwiłeś ucho ſługi twego mowiąc: Dom zbuduię tobie; dla tego náłazł ſługá twoy ſerce ſwoie, áby ſię modlił tobie tą modlitwą do ćiebie.

28. Teraz tedy Pánie Boże tyś ieſt Bog, á ſłowá twoie będą prawdźiwe; boś mowił do ſługi twego te rzeczy dobre.

29. Pocznijſz tedy, á błogoſław domowi ſługi twego, áby był ná wieki przed tobą; boś ty Pánie Boże rzekł, y błogoſłáwieńſtwem twoim będźie ubłogoſłáwion dom ſługi twego ná wieki.

CAPUT VIII.

Victoria David. Facit multos tributarios, quibus ſolebant Iſraelitæ pendere tributa: 1. Congratulatur ei Thou rex Emath de rege Adarezere victo; 9. Officiarii, quos habebat David, recenſentur. 15.

e 1. Par. 18. 1

f i. onus tributi, imo & urbem hoc nomine

g Eodem ann. 2960.

1. FActum eſt autem poſt hæc, percuſſit David Philiſthiim, & humiliavit eos, & tulit *e* David frenũ tributi *f* de manu Philiſthiim

2. Et percuſſit Moab *g*, & menſus eſt eos funi-

ROZDZIAŁ VIII.

O zwyćięſtwie częſtym Dawidowym nád okolicznemi nieprzyiaćioły, y o podárowániu Krolá Thou z poſortunienia Dawidowi, y o urzędnikách iego.

1. Y Sſtáło ſię potym, poráźił Dawid Philiſthyny, y uniżył ie, y wźiął Dawid uzdę dániey z rąk Philiſthyńſkich.

2. Y poráźił Moáb, y pomierzył ie ſznurem

rem, rownáiąc z źiemią; ále wymierzył dwá ſznury, ieden ná zábićie, á drugi ná żywo záchowánie; y zoſtał Moáb Dawidowi ſłużąc pod hołdem.

3. Y poráźił Dawid Adárezerá ſyná Rohob Krolá Sobá, gdy wyiechał, áby panował nad rzeką Euphrátem.

4. Y poimawſzy Dawid z iego ſtrony tyśiąc y śiedm ſet iezdnych, á dwádźieśćiá tyśięcy pieſzych poderznął żyły wſzytkich woźnikow, á zoſtáwił z nich ſto wozow.

5. Przyćiągnęłá też Syriá Dámáſzku, áby pomoc dáłá Adárezer krolowi Sobá. Y poráźił Dawid z Syriiey dwádźieśćiá y dwá tyśięcy mężow.

6. Y poſtáwił Dawid żołnierze dla obrony w Syriiey w Dámáſzku; y zoſtáłá Syriá Dawidowi ſłużąc pod hołdem; y záchował Pan Dawidá we wſzyſtkim, do czegokolwiek ſię udał.

7. Y pobrał Dawid zbroie złote, ktore mieli ſłudzy Adárezerowi, y przynioſł ie do Jeruzalem.

8. Y z Bete, y z Beroth miaſt Adárezer, wźiął Krol Dawid miedźi bárzo wiele.

9. Y uſłyſzał Thou Krol Emáth, że poráźił Dawid wſzytkę moc Adárezerowę,

10. Y poſłał Thou Jorámá ſyná ſwego do Krolá Dawidá, áby go pozdrowił, ráduiąc ſię y dźięki czynił przeto, że zwalczył Adárezerá y poráźił go. Bo Thou był nieprzyiaćielem Adárezerowi, á w ręce iego były naczynia złote, y naczynia ſrebrne, y naczynia miedźiáne;

11. Ktore też poświęćił Krol Dawid Pánu ze ſrebrem y złotem, ktore był poświęćił ode wſzech narodow, ktore podbił,

12. Z Syriiey, z Moáb, y z ſynow Ammonowych, y z Philiſthynow, y z Amálekow, y z korzyśći Adárezerá ſyná Rohobá Krolá Sobá.

13. Uczynił też ſobie Dawid ſławę, gdy ſię wrácáł wźiąwſzy Syrią w Dolinie Zup ſolnych, poráźiwſzy ośmnaśćie tyśięcy:

14. Y położył w Idumei ſtraż, y poſtáwił obronę, y ſtáłá ſię wſzytká Idumęá ſłużąca Dawidowi. Y záchował Pan Dawidá we wſzytkim, do czegokolwiek ſię obroćił.

15. Y krolował Dawid nád wſzytkim Izráelem; czynił też Dawid ſąd y ſpráwiedliwość wſzemu ludowi ſwemu.

16. A

funiculo *a*, coæquans terræ *b*; menſus eſt autem duos funiculos, unum ad occidendum, & unum ad vivificandnm; factusque eſt Moab David ſerviens ſub tributo.

2. Et percuſſit David Adarezer filium Rohob regem Soba, quando profectus eſt, ut dominaretur ſuper fluman *c* Euphraten.

4. Et captis David ex parte ejus mille ſeptingentis equitibus, & viginti millibus peditum, ſubnervavit omnes jugales curruum; dereliquit *d* autem ex eis centum currus.

5. Venit quoque Syria Damaſci, ut præſidium ferret Adarezer regi Soba; & percuſſit David de Syria viginti duo millia virorum.

6. Et poſuit David præſidium in Syria Damaſci; factaque eſt Syria David ſerviens ſub tributo; ſervavitque Dominus David in omnibus, ad quæcumque profectus eſt.

7. Et tulit David arma aurea *e*, quæ habebant ſervi Adarezer, & detulit ea in Jeruſalem.

8. Et de Bete & de Beroth, civitatibus Adarezer, tulit rex David æs multum nimis.

9. Audivit autem Thou rex Emath, quod percuſſiſſet David omne robur Adarezer,

10. Et miſit Thou Joram filium ſuum *f* ad regem David, ut ſalutaret eum congratulans, & gratias ageret; eo quod expugnaſſet Adarezer, & percuſſiſſet eum. Hoſtis quippe erat Thou Adarezer, & in manu ejus erant vaſa aurea, & vaſa argentea, & vaſa ærea;

11. Quæ & ipſa ſanctificavit *g* rex David Domino cum argento & auro, quæ ſanctificaverat de univerſis gentibus, quas ſubegerat,

12. De Syria, & Moab, & filiis Amon, & Philiſthiim, & Amalec, & de manubiis Adarezer filii Rohob regis Soba,

13. Fecit quoque ſibi David nomen *h*, cum reverteretur capta Syria in valle Salinarum, cæſis decem & octo millibus;

14. Et poſuit in Idumæa cuſtodes, ſtatuitque præſidium; & facta eſt univerſa Idumæa ſerviens David, & ſervavit Dominus David in omnibus, ad quæcumque profectus eſt.

15. Et regnavit David ſuper omnem Iſrael; faciebat quoque David judicium *i* & juſtitiam in omni populo ſuo.

16. Joab

a i. occidit, qua menſura voluit.
b proſternens
c 1. Par. 18. 3.
d i. ſibi reſervans.
e Chald. ſcuta.
f ſc. & munera cum eo.
g conſecravit Domino, & obtulit pro obtenta victoria.
h ſc. celebre.
i Chald. judicium veritatis & æquitatis.

16. Joab autē filius Sarviæ erat ſuper exercitū; porro Joſaphat filius Ahilud erat a comentariis.

17. Et Sadoc filius Achitob, & Achimeleh filius Abiathar, erant ſacerdotes, & *a* Saraias ſcriba *b*,

18. Banaias autem filius Joiadæ, ſuper Cerethi & Phelethi *c*; filii autem David ſacerdotes *d* erant.

CAPUT IX.

David magnam pietatem exhibet Miphiboſeth filio Jonathæ claudo, datis omnibus agris Saul, 1. Quos colit Siba cum filiis ac ſervis ſuis, 9. Miphiboſeth ex menſa Davidis paſcitur, 11.

1. ET dixit David: putaſne, eſt aliquis, qui remanſerit de domo Saul, ut faciam cum eo miſericordiam propter Jonathan?

2. Erat autem de domo Saul, ſervus nomine Siba; quem cum vocaſſet rex ad ſe, dixit ei: Tune es Siba? Et ille reſpondit: Ego ſum ſervus tuus.

3. Et ait rex: Numquid ſupereſt aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo miſericordiam Dei *e*? Dixitque Siba regi: Supereſt filius Jonathæ, debilis pedibus.

4. Ubi, inquit, eſt? Et Siba ad regem: Ecce, ait, in domo eſt Machir filii Ammiel in Lodabar.

5. Miſit ergo rex David, & tulit eum de domo Machir, filii Ammiel de Lodabar.

6. Cum autem veniſſet Miphiboſeth filius Jonathæ filii Saul ad David, corruit in faciem ſuam, & adoravit. Dixitque David: Miphiboſeth? Qui reſpondit: Adſum ſervus tuus.

7. Et ait ei David: Ne timeas, quia faciens faciam in te miſericordiam propter Jonathan patrem tuum, & reſtituam tibi omnes agros *f* Saul patris tui, & tu comedes panem in menſa mea ſemper.

8. Qui adorans eum, dixit: Quis ego ſum ſervus tuus, quoniam reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei?

9. Vocavit itaque rex Sibam puerum *g* Saul, & dixit ei: Omnia, quæcumque fuerunt Saul, & univerſam domum ejus, dedi filio domini tui.

10. Operare igitur ei terram tu, & filii tui, & ſervi tui; & inferes filio domini tui cibos, ut alatur; Miphiboſeth autem filius domini tui comedet ſemper panem ſuper menſam meam. Erant autem Sibæ quindecim filii, & viginti ſervi.

11. Dixit-

a 1. Par. 18. 16. dicitur Suſa.
b i. legis doctor.
c i. milites, regem ſemper cuſtodientes.
d Græce Aularchæ id eſt aulæ principes, qui regi velut terreſtri deo inſtar Sacerdotum inſerviebant.
e i. eximiam ſimilem divinæ, quia in Deo omnia ſunt eximia.
f ſc. fiſco erant addicti ob rebellionem Isboſeth.
g i. famulum.

16. A Joáb ſyn Sárwiiey był nád woyſkiem; Joſáphát lepák ſyn Ahilud był Kánclerzem.

17. A Sádok ſyn Achitob, y Achimelech ſyn Abiáthár byli kápłani, á Sáráias piſárzem.

18. A Bánáias ſyn Joiády nád Cerety y Phelety; á ſynowie Dawidowi byli kápłany.

ROZDZIAŁ IX.

O miłośierdźiu Dawidowym, ktore uczynił Dawid z Miphibozetem ſynem Jonátowym, wrocąć mu wſzytkie pola Saula, ktore Siba ſpráwował z ſynámy, á z ſłużebnikamy ſwemy; Miphibozet lepák jadł chleb u ſtołu Dawidowym.

1. Y Rzekł Dawid: Co mnimaſz, ieſt kto, coby zoſtał z domu Saulowego, że uczynię nád nim miłośierdźie dla Jonáthy?

2. A był z domu Saulowego ſługá imieniem Sibá; ktorego záwoławſzy Krol do śiebie, rzekł mu: A tyś ieſt Sybá? On odpowiedźiał: Iam ieſt ſługá twoy.

3. Y rzekł Krol: Ieſtże kto ieſczę żyw z domu Saulowego, że uczynię nád nim miłośierdźie Boże? Y rzekł Siba krolowi: Ieſt ieſcze ſyn Jonáthy chromy ná nogi.

4. A gdźież, práwi, ieſt? A Sibá do Krola: Oto, pry, ieſt w domu Máchir ſyná Ammiel w Lodábár.

5. A ták poſłał Krol Dawid, y wźiął go z domu Máchir ſyná Ammielowego z Lodábár.

6. A gdy przyſzedł Miphiboſeth ſyn Jonáthy, ſyná Saulowego, do Dawidá, padł ná oblicze ſwe, y pokłonił ſię. Y rzekł Dawid: Miphiboſeth? Ktory odpowiedźiał: Owom ia ſługá twoy.

7. Y rzekł mu Dawid: Nie boy ſię, bo czyniąc uczynię nád tobą miłośierdźie dla Jonáthy oycá twego, y wrocę tobie wſzytkie pola Saulá oycá twego, á ty będźieſz iadł chleb u ſtołu mego záwżdy.

8. Ktory pokłoniwſzy ſię mu, rzekł: Cożem ia ieſt ſługá twoy, żeś weyźrzał ná pſa zdechłego mnie podobnego?

9. Y záwołał Krol Sibu ſługi Saulowego, y rzekł mu: Wſzytko co było Saulowo, y wſzytek dom iego dałem ſynowi páná twego.

10. A ták ſpráwuy mu źiemię iego ty y ſynowie twoy y ſłużebnicy twoy; á będźieſz wnośił ſynowi páná twego żywność, áby ſię żywił; á Miphiboſeth ſyn páná twego záwżdy będźie iadł chleb u ſtołu mego. A Sibá miał piętnaśćie ſynow, y dwádźieśćiá ſłużebnikow.

11. Y

11. Y rzekł Sibá do Krolá: Iákoś roſkazał pánie moy krolu ſłudze twemu, ták uczyni ſługá twoy, á Miphiboſeth będźie iadł u ſtołu mego iáko ieden z ſynow krolewſkich.

12. A Miphiboſeth miał ſyná máłego imieniem Michá; A wſzytek rod domu Siby ſłużył Miphiboſethowi.

13. A Miphiboſeth mieſzkáł w Jeruzalem; bo z ſtołu krolewſkiego záwſze iadał; á był chrom ná obie nodze.

11, Dixitque Siba ad regem: Sicut juſſiſti domine mi rex ſervo tuo, ſic faciet ſervus tuus; Miphiboſeth comedet ſuper menſam meam *a*, quaſi unus de filiis regis.

a in domo mea de menſa regis.

12. Habebat autem Miphiboſeth filium parvulum nomine Micha; omnis vero cognatio domus Sibæ ſerviebat Miphiboſeth.

13. Porro Miphiboſeth habitabat in Jeruſalem; qui de menſa regis jugiter veſcebatur; & erat claudus utroque pede.

ROZDZIAŁ X.

Hánon Krol Ammończykow, uczyniwſzy ſługom Dawidowym lekkość, ktore był poſłał ćieſzyć go po śmierći oycá iego, zebrawſzy woyſká pięći Krolow Syriyczykow, porážon raz y drugi.

1. Stało ſię záś potym, iż umárł Krol ſynow Ammon, y krolował Hánon ſyn iego miáſto niego.

2. Y rzekł Dawid: Uczynię miłośierdźie z Hánon ſynem Náás, iáko czynił miłośierdźie oćiec iego zemną. A ták poſłał Dawid ćieſząc go przez ſługi ſwe dla śmierći oycá. A gdy przyſzli ſłudzy Dawidowi do źiemie ſynow Ammon.

3. Rzekły Kśiążętá ſynow Ammon do Hánoná páná ſwego: Mnimaſz, żeby Dawid dla czći oycá twego poſłał do ćiebie ćieſzyćiele, á nie dla tego, áby wyſzpiegował, y wypátrował miáſto, áby ie zburzył, poſłał Dawid ſługi ſwe do ćiebie?

4. A ták wźiął Hánon ſługi Dawidowe, y ogolił polowicę brody ich, y pourzynał ſzat ich połowice áż do zádkow, y puśćił ie.

5. Co gdy powiedźiáno Dawidowi, poſłał przećiwko im; bo oni mężowie byli zelżeni ſromotnie bárzo, y roſkazał im Dawid: Mieſzkayćie w Jerycho, áż urośćie brodá wáſzá, á tedy ſię wroććie.

6. A widząc ſynowie Ammon że krzywdę uczynili Dawidowi, poſláli, y náięli zá pieniądze Syriyczyká Rohob, y Syriyczyká Sobá dwádźieśćiá tyśięcy pieſzych, á od Krolá Máách tyśiąc mężow, y od Iſtobá dwánáśćie tyśięcy mężow.

7. Co gdy uſłyſzał Dawid, poſłał Joábá, y wſzyſtko woyſko rycerzow.

8. A ták wyciągnęli ſynowie Ammon, y uſzy-

CAPUT X.

Hanon rex Ammonitarum repudiat Davidis conſolationem. 1. Servis David, quos ad conſolandum de patris morte miſerat, injuriam, ipſique David bellum infert, contractis quinque regum Syriæ copiis, 4. Profligatur ſemel ac iterum 9.

1. Factum eſt autem poſt hæc *b*, ut moreretur rex filiorum Ammon, & regnavit Hanon filius ejus pro eo.

b Anno M. 2967 Ant. Chr. 1037.

2. Dixitque David: *c* Faciam miſericordiam cum Hanon filio Naas, ſicut fecit pater ejus mecum miſericordiam. Miſit ergo David, conſolans eum per ſervos ſuos ſuper patris interitu. Cum autem veniſſent ſervi David in terram filiorum Ammon,

c 1. Par. 19. 2.

3. Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum ſuum; Putas, quod propter honorem patris tui miſerit David ad te conſolatores, & non ideo ut inveſtigaret, & exploraret civitatem, & everteret eam, miſit David ſervos ſuos ad te?

4. Tulit itaque Hanon ſervos David, raſitque dimidiam partem barbæ eorum, & præſcidit veſtes eorum medias usque ad nates *d* & dimiſit eos.

d Ut appareret eorum nuditas & derideretur circumciſio.

5. Quod cum nuntiatum eſſet David, miſit in occurſum eorum; erant enim viri confuſi turpiter valde, & mandavit eis David: Manere in Jericho, donec creſcat barba veſtra, & tunc revertimini.

6. Videntes autem filii Ammon quod injuriam feciſſent David, miſerunt, & conduxerunt mercede Syrum Rohob *e*, & Syrum Soba, viginti millia peditum, & a rege Maacha mille viros, & ab Iſtob duodecim millia virorũ.

e i. Syros ex Rohob, & ita deinceps.

7. Quod cum audiſſet David, miſit Joab & omnem exercitum bellatorum,

8. Egreſſi ſunt ergo filii Ammon, & direxerunt

runt aciem ante ipſum introitum portæ; Syrus autem Soba, & Rohob, & Iſtob, & Maacha ſeorſum erant in campo,

9. Videns igitur Joab quod præparatum eſſet adverſum ſe prælium, & ex adverſo & poſt tergum, elegit ex omnibus electis Iſrael, & inſtruxit aciem contra Syrum;

10. Reliquam autem partem populi tradidit Abiſai fratri ſuo, qui direxit aciem adverſus filios Ammon.

11. Et ait Joab: Si prævaluerint adverſum me Syri, eris mihi in adjutorium; ſi autem filii Ammon prævaluerint adverſum te, auxiliabor tibi.

12. Eſto vir fortis, & pugnemus pro populo noſtro, & civitate *a* Dei noſtri; Dominus autem faciet, quod bonum eſt in conſpectu ſuo.

13. Iniit itaque Joab, & populus qui erat cum eo certamen contra Syros; qui ſtatim fugerunt a facie ejus.

14. Filii autem Ammon videntes quia fugiſſent Syri, fugerunt & ipſi a facie Abiſai, & ingreſſi ſunt civitatem; reverſusque eſt Joab a filiis Ammon, & venit Jeruſalem.

15. Videntes igitur Syri quoniam corruiſſent coram Iſrael, congregati ſunt pariter.

16. Miſitque Adarezer *b*, & eduxit Syros qui erant trans fluvium *c*, & adduxit eorum exercitum, Sobach autem, magiſter militiæ Adarezer, erat princeps eorum.

17. Quod cum nuntiatum eſſet David, contraxit omnem Iſraelem, & tranſivit Jordanem, venitque in Helam; & direxerunt aciem Syri ex adverſo David, & pugnaverunt contra eum.

18. Fugeruntque Syri a facie Iſrael, & occidit David de Syris ſeptingentos currus *d*, & quadraginta millia equitũ; & Sobach principem militiæ percuſſit; qui ſtatim mortuus eſt.

19. Videntes autem univerſi reges, qui erant in præſidio Adarezer, ſe victos eſſe ab Iſrael expaverunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Iſrael. Et fecerunt pacem cum Iſrael, & ſervierunt eis, timueruntque Syri auxilium præbere ultra filiis Ammon.

a Hebr. 70. & Chald. civitatibus.

b Anno. M. 2968. Ant. Chr. 1036.

c i. Euphratem

d Nobilibus equitibus graves, & inſuper quadraginta millia vulgarium equitum, qui partim ex equis partim ex curribus pro nobilibus pugnabant præterea ut dicitur 1. Par. 19. 18. quadraginta millia peditum; univerſim octoginta millia præter nobiles curribus invectos Tirin.

CAPUT XI.

Obſeſſa a Joab Rabba civitate Ammonitarum, David adulterium cum Uriæ uxore committit, 1. Vo-

uſzykowáli ſię przed ſámym weſzćiem bramy; á Syryczyk Sobá, y Rohob, y Iſtob, y Máácha oſobno byli w polu.

9. Widząc tedy Joáb że ſię nágotowálá przećiw iemu bitwá, y w oczy y z tyłu; przebrał ze wſzech przebránych Izráelſkich, y rozſzykował woyſko przećiw Syriyczykom;

10. A oſtátek ludu dał Abiſái brátu ſwemu, ktory uſzykował woyſko przećiw ſynom Ammon.

11. Y rzekł Joáb: Ieſli mię przemogą Syriyczycy, będźieſz mi ná pomoc; á ieſli ćiebie przemogą ſynowie Ammon, pomogę tobie.

12. Bądź mężem mocnym, á biymy ſię zá lud náſz, y zá miáſto Bogá náſzego; á Pan uczyni, co dobrego ieſt w oczách iego.

13. Potkał ſię tedy Joáb y lud, ktory z nim był, z Syriyczyki; ktorzy wnet przed nim ućiekli.

14. A ſynowie Ammon uyźrzawſzy że ućiekli Syriyczycy, ućiekli też y oni przed Abiſái, y weſzli do miáſtá; y wroćił ſię Joáb od ſynow Ammon, y przyſzedł do Jeruzalem.

15. Widząc tedy Syriyczycy że upadli przed Izráelem, zebráli ſię ſpołem.

16. Y poſłał Adárezer, y wywiodł Syriyczyki, ktorzy byli zá rzeką y przywiodł ich woyſko; á Sobách hetman woyſká Adárezer był przełożony nád nimi.

17. Co gdy oznaymiono Dawidowi zebrał wſzyſtkiego Izráelá, y przepráwił ſię przez Jordan, y przyſzedł do Helám; y zſzykowáli woyſko Syryiczykowie przećiw Dawidowi, y ztoczyli z nim bitwę.

18. Y ućiekli Syriyczycy przed Izráelem, y pobił Dawid z Syriyczykow śiedm ſet wozow, y czterdźieśći tyśięcy iezdnych; y Sobách Hetmáná woyſká zábił, ktory tudźieſz umárł.

19. A widząc wſzyſcy Krolowie, ktorzy byli ná pomocy Adárezerowi, że byli zwyćiężeni od Izráelá, zlękli ſię y ućiekli pięćdźieśiąt y ośm tyśięcy przed Izráelem. Y uczynili pokoy z Izráelem, y ſłużyli, im y bali ſię więcey Syriyczycy dawáć pomocy ſynom Ammon.

ROZDZIAŁ XI.

Kiedy Joab Rabba miaſto Ammoniczykow oblegl, Dawid upadł w cudzołoſtwo z Bethſabeą żoną Uryaſzową; chcącz go zataicz, przydał y mężoboy-

żoboystwo, kiedy Uriaſza zabicz fortelnie rozkazał. Powolawſzy Bethſabeą zá żoną, Páná do gniewu pobudził.

1. Y Stáło ſię po roku, tego czáſu, ktorego zwykli krolowie wyieżdáć ná woynę; poſłał Dawid Joábá, y ſługi ſwe z nim, y wſzyſtkiego Izráelá, y puſtoſzyli ſyny Ammon y oblegli Rábbá; á Dawid zoſtał w Jeruzalem.

2. To gdy ſię dźiáło, przydáło ſię, że Dawid wſtał z łożá ſwego po południu, y przechodźił ſię po ſali domu krolewſkiego; y uyźrzał niewiáſtę myiącą ſię ná przećiwko ná ſali ſwey, á byłá niewiáſtá bárzo piękna.

3. Poſłał tedy Krol, y pytał, co zá niewiáſtá byłá. Y dano mu ſpráwę, że to byłá Bethſábee corká Eliám, żoná Uriaſzá Hetheyczyká.

4. Poſławſzy tedy Dawid poſły, wźiął ią. Ktora gdy weſzłá do niego ſpał z nią; y wnet ſię oczyśćiłá od nieczyſtośći ſwey:

5. Y wroćiłá ſię do domu ſwego, płod począwſzy. Y poſławſzy oznaymiłá Dawidowi, y rzekłá: Poczęłám.

6. Y poſłał Dawid do Joábá, mowiąc: Poſzli do mnie Uriaſzá Hetheyczyká. Y poſłał Joáb Uriaſzá do Dawidá.

7. Y przyſzedł Uriaſz do Dawidá, y pytał ſię Dawid, iákoby ſię dobrze powodźiło Joáb y ludowi, y iákoby byłá ſpráwowána woyná.

8. Y rzekł Dawid do Uriaſzá: Idź do domu twego, á umiy nogi twoie. Y wyſzedł Uriaſz z domu krolewſkiego, y nieśiono zá nim potráwy krolewſkie.

9. A Uriaſz ſpał przededrzwiámi domu krolewſkiego z innymi ſługámi páná ſwego, á nie ſzedł do domu ſwego.

10. Y dano znáć Dawidowi od powiádáiących: nie ſzedł Uriaſz do domu ſwego. Y rzekł Dawid do Uriaſzá: Azaś nie z drogi przyſzedł? czemużeś nie ſzedł do domu twego?

11. Y rzekł Uriaſz do Dawidá: Skrzyniá Boża y Izráel y Judá mieſzkáią w namiećiech, y pan moy Joáb y ſłudzy páná mego ná źiemi leżą; á iabych miał wniść do domu mego, ábych iadł y pił, y ſpał z żoną moią? przez zdrowie twoie, y przez zdrowie duſze twoiey nie uczynię tey rzeczy.

12. Rzekł tedy Dawid do Uriaſzá; Zoſtań tu

Volens illud celare, addit & homicidium, procurando, ut Urias occidatur, 14. Accepta Bethſabee in uxorem, Dominum commovit ad iram, 26.

1. FActum eſt autem, *a* vertente anno eo, tempore, quo ſolent reges ad bella procedere, emiſit David Joab, & ſervos ſuos cum eo & univerſum Iſrael, & vaſtaverunt filios Ammon, & obſederunt Rabba; David autem remanſit in Jeruſalem.

2. Dum hæc agerentur, accidit, ut ſurgeret David de ſtrato ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus regiæ; viditque mulierem ſe lavantem ex adverſo ſuper ſolarium ſuum; erat autem mulier pulchra valde.

3. Miſit ergo rex, & requiſivit, quæ eſſet mulier. Nuntiatumque eſt ei, quod ipſa eſſet Bethſabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi *b*,

4. Miſſis itaque David nutiis, tulit eam. Quæ cum ingreſſa eſſet ad illum, dormivit cum ea; *c* ſtatimque ſanctificata *d* eſt ab immunditia ſua.

5. Et reverſa eſt in domum ſuam concepto fœtu. Mittensque nuntiavit David, & ait: Concepi.

6. Miſit autem David ad Joab, dicens: Mitte ad me Uriam Hethæum. Miſitque Joab Uriam ad David.

7. Et venit Urias ad David. Quæſivitque David, quam recte ageret Joab, & populus, & quomodo adminiſtraretur bellum.

8. Et dixit David ad Uriam: Vade in domum tuam, & lava pedes tuos. Et egreſſus eſt Urias de domo regis, ſecutusque eſt eum cibus regius.

9. Dormivit autem Urias ante portam domus regiæ cum aliis ſervis domini ſui, & non deſcendit ad domum ſuam.

10. Nuntiatumque eſt David a dicentibus: Non ivit Urias in domum ſuam. Et ait David ad Uriam: Numquid non de via veniſti; quare non deſcendiſti in domum tuam?

11. Et ait Urias ad David: Arca Dei *e* & Iſrael & Juda habitant in papilionibus, & dominus meus Joab, & ſervi Domini mei ſuper faciem terræ manent; & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea? per ſalutem tuam, & per ſalutem animæ tuæ *f*, non faciam rem hanc.

12. Ait ergo David ad Uriam: Mane hic etiam

a 1. Par. 20. 1 Anno M. 2969. Ant. Chr. 1035. Ætatis David. 50.

b oriundi ex Heth, ſed religione Hebræi.

c Lev. 15. 18.

d i. purificata eſt a menſtruo; hoc enim non patiuntur, quæ concipiunt; q. d. concepit.

e in caſtra delata.

f repetitio, q. d. per ſalutem corporis & animæ.

etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit Urias in Jerusalem in die illa & altera;

13. E vocavit eum David, ut comederet coram se & biberet, & inebriavit eum *a*; qui egressus vespere, dormivit in strato suo cum servis domini sui, & in domum suam non descendit.

14. Factum est ergo mane, & scripsit David epistolam ad Joab; misitque per manum Uriæ,

15. Scribens in epistola; Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium; derelinquite eum, ut percussus *b* intereat.

16. Igitur cum Joab obsideret Urbem, posuit Uriam in loco, ubi sciebat viros esse fortissimos.

17. Egressique viri de civitate, bellabant adversum Joab, & ceciderunt de populo servorum David, & mortuus est etiam Urias Hethæus.

18. Misit itaque Joab, & nuntiavit David omnia verba prælii;

19. Præcepitque nuntio, dicens: Cum compleveris universos sermones belli ad regem,

20. Si eum videris indignari, & dixerit: Quare accessistis ad murum *c*, ut præliaremini? an ingnorabatis, quod multa desuper ex muro tela mittantur?

21. Quis percussit Abimelech filium Jerobaal *d*? nonne mulier misit super eum *e* fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare juxta murum accessistis? dices: Etiam servus tuus Urias Hethæus occubuit

22. Abiit ergo nuntius, & venit, & narravit David omnia, quæ ei præceperat Joab.

23. Et dixit nuntius ad David: Prævaluerunt adversum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum; nos autem facto impetu persecuti eos sumus usque ad portam civitatis.

24. Et direxerunt jacula sagittarii ad servos tuos ex muro desuper: mortuique sunt de servis regis, quin etiam servus tuus Urias Hethæus mortuus est.

25. Et dixit David ad nuntium: Hæc dices Joab Non te frangat ista res; varius enim eventus est belli; nunc hunc, & nunc illum consumit gladius; conforta bellatores tuos adversus urbem, ut destruas eam, & exhortare eos *f*,

26. Audivit autem uxor Uriæ, quod mortuus esset Urias vir suus, & planxit *g* eum.

Tran-

a ut jurisjurandi immemor domum & uxorem adiret.

b quasi magnum in eo deprehendisset flagitium.

c sc. Rabba.

d Alii legunt Jerobeseth.

e Judic. 9. 53.

f Ut confirmes animos.

g Per septem dies, more Hebræorum Eccli 22 3. & ad occultandum adulterium.

tu iesce przez dźiś, á iutro ćię odpráwię. Został Uriasz w Jeruzalem dniá onego y drugiego.

13. Y wezwał go Dawid, áby iadł y pił przed nim, y upoił go; ktory wyszedszy wieczor spał ná pośćieli swey z sługámi páná swego, á do domu swego nie szedł.

14. Sstáło się tedy ráno, y nápisał Dawid list do Joábá; y posłał przez ręce Uriaszá,

15. Nápisawszy w liśćie: Postawćie Uriaszá ná czele woyny, gdźie natęsza bitwá; á opuśćie go, áby zábity zginął.

16. A ták gdy Joáb obległ miásto, postáwił Uriaszá ná mieyscu, gdźie wiedźiał, że byli mężowie namocnieyszy.

17. Y wyszedszy mężowie z miástá, walczyli przećiw Joábowi, y poległo z ludu sług Dawidowych, y umárł też Uriasz Hetheyczyk.

18. A ták posłał Joáb, y oznaymił Dawidowi wszytkie słowá bitwy.

19. Y przykazał posłáńcowi, mowiąc: Gdy dokończysz wszytkie mowy o bitwie do Krolá,

20. Ieśli obaczysz, że się gniewa, y rzecze: Czemuśćie przystępowáli pod mur, ábyśćie się byli? ázaśćie nie wiedźieli, że z muru wiele broni spuszczáią z wierzchu?

21. Kto zábił Abimelechá syná Jerobáál? ázá nie niewiástá zrzućiłá náń sztukę młyńskiego kámieniá z muru y zábiłá go w Thebes? przecześćie do muru przystąpili? rzeczesz: Też y sługá twoy Uriasz Hetheyczyk poległ.

22. Poszedł tedy posłániec, y przyszedł y oznaymił Dawidowi wszytko, co mu Joáb roskazał.

23. Y rzekł posłániec do Dawidá: Przemogli ná nas mężowie, y wyszli do nas w pole; á my uderzywszy ná nie gonilismy ie áż do bramy mieyskiey.

24. Y obroćili strzały strzelcy ná sługi twoie z muru z wierzchu; y pomárło sług krolewskich. Lecz y sługá twoy Uriasz Hetheyczyk umárł.

25. Y rzekł Dawid do posłáńcá: Ták powiesz Joábowi: Niechći to sercá nie káźi; bo rozmáite są przypadki ná woynie, á teraz tego, teraz owego miecz zábiia; doday sercá rycerstwu twemu przećiw miástu, ábyś ie zburzył, y nápominay ie.

36. Y usłyszáłá żoná Uriaszowa, że umárł mąż iey Uriasz, y płákáłá go.

27. A

27. A gdy było po żáłobie, poſłał Dawid, y wprowádźił ią do domu ſwego, y byłá mu żoną, y urodźiłá mu ſyná; y nie podobáło ſię to słowo, ktore był uczynił Dawid, przed Pánem.

ROZDZIAŁ XII.

Dawid pod przypowieśćią, ktorą mu Náthán zádał, ſam ná ſię wyrok dał, potym go Náthán karze; zá co gdy żálował, odpuſzczono ma grzech, karánie zoſtáwiwſzy. Sálomon ſię urodźił, miáſto Rábbá zburzone, y koronę Kroleſtwá tám wźięto.

1. POſłał tedy Pan Náthána do Dawidá; ktory gdy przyſzedł do niego rzekł mu: Dwá mężowie byli w iednym mieśćie, ieden bogáty, á drugi ubogi.

2. Bogáty miał owiec y wołow bárzo wiele;

3. Lecz ubogi zgołá nic niemiał oprocz owce iedney máluczkiey, ktorą był kupił y wychował, y ktora zroſłá u niego poſpołu z ſynmi iego, chleb iego iedząc, y z kubká iego piiąc, y ná łonie iego ſypiáiąc; y byłá mu iáko corká.

4. A gdy iakiś podrożny przyſzedł do bogátego, on niechcąc wźiąć z owiec y z wołow ſwoich, áby uczynił ucztę gośćiowi onemu, ktory był przyſzedł do niego, wźiął owcę mężá ubogiego, y nágotował ieść człowiekowi, ktory był przyſzedł do niego.

5. Y rozgniewány gniewem Dawid ná onego człowieká bárzo, rzekł do Náthána: Zywie Pan, że ſynem śmierći ieſt mąż, ktory to uczynił.

6. Owcę czworáko nágrodźi, przeto że to słowo uczynił, á nie zfolgował.

7. Y rzekł Náthán do Dawidá: Tyś ieſt ten człowiek; Ták mowi Pan Bog Izráelow: Iam ćię pomázał zá krolá nád Izráelem, y iam ćię wyrwał z ręki Saulowey,

8. Y dałem tobie dom páná twego, y żony páná twego do łoná twego, y dałem ći dom Izráelſki y Judzki; á máłoli ná tym, przydamći dáleko więtſze rzeczy.

9. Czemużeś tedy wzgárdźił słowo Páńſkie, ábyś czynił złość przed oczymá memi? Uriaſzá Hetheyczyká zábiłeś mieczem, á żonęś iego wźiął ſobie zá żonę, y zámordowałeś go mieczem ſynow Ammon.

10. Prze-

27. Tranſacto autem luctu, miſit David, & introduxit eam in domum ſuam, & facta eſt ei uxor, peperitque ei filium, & diſplicuit verbum hoc, quod fecerat David, coram Domino.

CAPUT XII.

David audita parabola, in ſeipſum fert ſententiam; Nathan multa illi minatur; 1, Compuncto culpa condonatur, manente pœna : 13. Mortuo puero illo, naſcitur Salomon ex Bethſabee, 20. Civitas Rabba cum magna ultione diruitur, accepto diademate pretioſiſſimo regis, 26.

1. MIſit ergo Dominus Nathan ad David; qui, cum veniſſet ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civitate una, unus dives, & alter pauper.

Anno M. 2970. Ant. Chr. 1034.

2. Dives habebat oves, & boves plurimos valde;

3. Pauper autem nihil habebat omnino, præter ovem unam parvulam, quam emerat & nutrierat, & quæ creverat apud eum cum filiis ejus ſimul, de pane illius comedens, & de calice ejus bibens, & in ſinu illius dormiens; eratque illi ſicut filia.

4. Cum autem peregrinus quidam *a* veniſſet ad divitem, parcens ille ſumere de ovibus & de bobus ſuis, ut exhiberet convivium peregrino illi, qui venerat ad ſe, tulit ovem viri pauperis, & præparavit cibos homini, qui venerat ad ſe.

a Peregrinus hoſpes eſt libido ſeu intemperans & pruriens concupiſcentiæ appetitus.

5. Iratus autem indignatione David adverſus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit Dominus, quoniam filius mortis eſt vir, qui fecit hoc.

6. Ovem *b* reddet in quadruplum, eo quod fecerit verbum iſtud, & non pepercerit *c*.

b Exod. 22. 1.

c i. abſtinuerit.

7. Dixit autem Nathan ad David: Tu es ille vir; Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ego unxi te in regem ſuper Iſrael, & ego erui te de manu Saul,

8. Et dedi tibi domum domini tui, & uxores domini tui *d* in ſinu tuo, dedique tibi domum Iſrael & Juda; & ſi parva ſunt iſta, adjiciam tibi multo majora.

d ſc. poterat ducere, ſi vellet.

9. Quare ergo contemſiſti verbum Domini, ut faceres malum in conſpectu meo? Uriam Hethæum percuſſiſti *e* gladio, & uxorem illius accepiſti uxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon.

e i. curaſti occidendum.

10. Quam

10. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in ſempiternum, eo quod deſpexeris me, & tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut eſſet uxor tua.

11. Itaque hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua *a* & tollam uxores tuas in oculis tuis, & *b* dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis Solis hujus.

12. Tu enim feciſti abſcondite; ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu Solis.

13. Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino *c*. Dixitque Nathan ad David: *d* Dominus quoque tranſtulit *e* peccatum tuum; non morieris.

14. Verumtamen, quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus eſt tibi, morte morietur,

15. Et reverſus eſt Nathan in domum ſuam. Percuſſit quoque Dominus parvulum *f*, quem pepererat uxor Uriæ David, & deſperatus eſt.

16. Deprecatusque eſt David Dominum pro parvulo; & jejunavit David jejunio, & ingreſſus ſeorſum *g*, jacuit ſuper terram.

17. Venerunt autem ſeniores domus ejus, cogentes eum, ut ſurgeret de terra; qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

18. Accidit autem die ſeptima, ut moreretur infans; timueruntque ſervi David nuntiare ei, quod mortuus eſſet parvulus. Dixerunt enim: Ecce cum parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem noſtram; Quanto magis, ſi dixerimus, mortuus eſt puer, ſe affliget?

19. Cum ergo David vidiſſet ſervos ſuos muſſitantes, intellexit, quod mortuus eſſet infantulus: dixitq; ad ſervos ſuos: Nũ mortuus eſt puer? Qui reſponderunt ei: Mortuus eſt.

20. Surrexit ergo David de terra, lotus unctusque eſt; cumque mutaſſet veſtem, ingreſſus eſt domum Domini, & adoravit, & venit in domum ſuam, petuitque, ut ponerent ei panem, & comedit.

21. Dixerunt autem ei ſervi ſui: Quis eſt ſermo *h*, quem feciſti? Propter infantem, cum adhuc viveret, jejunaſti, & flebas; mortuo autem puero, ſurrexiſti, & comediſti panem.

22. Qui ait; Propter infantem, dum adhuc viveret, jejunavi & flevi; dicebam enim: Quis ſcit, ſi forte donet eum mihi Dominus & vivat infans?

23. Nunc

a filius tuus invadet regnum, &c.
b infr. 16. 21.
c q. d. peccavi in Uriam & ſocios ejus in Bethſabee, quam ad fœdum adulterium pellexi: in populum propter malum exemplum, inſuper, quod maxime doleo, Domino. Tirin.
d Eccli. 47. 13.
e Suſtulit dimittendo.
f Corporis languore.
g ſc. pernoctavit, ut habet Chald.
h i. res.

10. Przetoż nie odeydźie miecz z domu twego áż ná wieki, tym, żeś mną wzgárdźił, y wźiąłeś żonę Uriaſzá Hetheyczyká, áby twoią żoną byłá.

11. A ták to mowi Pan: Oto ia wzbudzę ná ćię złe z domu twego, á pobiorę żony twe przed oczymá twemi, y dam ie bliźniemu twemu, á będźie ſpał z żonámi twemi przed oczymá ſłońcá tego.

12. Boś ty uczynił potáiemnie; ále ia uczynię to ſłowo przed oczymá wſzyſtkiego Izráelá, y przed oczyma ſłońcá.

13. Y rzekł Dawid do Náthāná: Zgrzeſzyłem Pánu. Y rzekł Náthán do Dawidá: Pan też przenioſł grzech twoy; Nie umrzeſz.

14. Wſzákoż, iżeś dał przyczynę bluźnienia nieprzyiaćiołom Páńſkim dla ſłowá tego; ſyn ktory ćię urodźił, śmierćią umrze.

15. Y wroćił ſię Náthán do domu ſwego. Pan też zárážił niemocą dźiećie, ktore urodźiłá żoná Uriaſzowa Dawidowi, y zwątpiono o nim.

16. Y prośił Dawid Páná zá dźiećięćiem; y pośćił ſię Dawid poſtem, á wſzedſzy oſobno, leżał ná źiemi.

17. A przyſzli ſtárſzy domu iego, przymuſzáiąc go, áby wſtał z źiemie; ktory niechćiał, áni iadł z nimi pokármu.

18. Y ſtáło ſię dniá śiodmego, że umárło dźiećię; y bali ſię ſłudzy Dawidowi powiedźieć mu, że umárło dźiećię. Bo mowili: Oto gdy ieſcze dźiećię było żywo, mowiliſmy ku niemu, á nie ſłuchał głoſu náſzego; iákoż więcey, ieſli prowiemy, że umárło dźiećię, będźie ſię trapił?

19. Gdy tedy obaczył Dawid, że ſłudzy iego ſzepcą, porozumiał, że dźiećię umárło; y rzekł do ſług ſwoich: Abo umárło dźiećię? Ktorzy mu odpowiedźieli: Umárło.

20. Wſtał tedy Dawid z źiemie, y umył ſię, y námázał ſię; y ſzáty odmieniwſzy, wſzedł do domu Páńſkiego y pokłonił ſię; y przyſzedł do domu ſwego, y żądał, żeby przed nim położono chleb, y iadł.

21. Y rzekli; mu ſłudzy iego: Cożto zá mowá, ktorąś uczynił? dla dźiećięćiá, poki ieſcze żyło, pośćiłeś y płákałeś; á gdy umárło dźiećię, wſtałeś, y iadłeś chleb?

22. Ktory rzekł: Dla dźiećięćiá, poki ieſcze zyło, pośćiłem y płákałem; bom mowił: kto wie, ieſli ſnadź nie dáruie mi go Pan, y będźie żywo dźiećię?

23. Lecz

23. Lecz teraz gdy umárło, przecz mam pośćić? Izali ie mogę iefcze názad wroćić? ia ráczey poydę do niego; á ono nie wroći fię do mnie.

24. Y ćiefzył Dawid Bethfábeę żonę fwoię, y wfzedfzy do niey fpał z nią; ktora urodźiłá fyná, y názwał imię iego Sálomon; á Pan go miłował.

25. Y pofłał w ręce Náthâná proroká, y názwał imię iego: Umiłowány Pánu, tym, że go Pan miłował.

26. Joab tedy walczył przećiw Rábbáth fynow Ammon, y dobywał miáftá krolewfkiego.

27. Y pofłał Joáb pofły do Dawidá, mowiąc: Dobywałem Rábbáth, y trzebá wźiąć Miáfto wod.

28. Przetoż teraz zbierz oftátek ludu, á oblęż miáfto, y weźmi ie; by záś, gdybym ia zburzył miáfto, nie przypifano zwyćięftwá imieniowi memu.

29. A ták zebrał Dáwid wfzytek lud, y ćiągnął ku Rábbáth, á walczywfzy wźiął ią.

30. Y zdiął koronę Krolá ich z głowy iego, ktora ważyłá tálent złotá, máiąc kámienie drogie, y włożoná ieft ná głowę Dawidowę. Lecz y korzyść miáftá wyniozł bárzo wielką;

31. Lud też iego przywodząc piłámi przećierał, y ieźdźił po nich wozmi kowánemi; y fkordy przećinał, y przez piec cegielny przewodźił; ták czynił wfzyftkim miáftom fynow Ammon; y wroćił fię Dawid y wfzytko woyfko do Jeruzalem.

23. Nunc autem, quia mortuus eft, quare jejunem? Numquid potero revocare eum amplius? ego vadam magif ad eum; ille vero non revertetur ad me.

24. Et confolatus eft David Bethfabee uxorem fuam, ingreffusque ad eam, dormivit cum ea; quæ genuit filium *a*, & vocavit nomen ejus Salomon, & Dominus dilexit eum.

25. Mifitque *b* in manu Nathan prophetæ, & vocavit nomen ejus: Amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus.

26. Igitur *c* pugnabat Joab contra Rabbath filiorũ Ammon, & expugnabat urbem regiam.

27. Mifitque Joab nuntios ad David, dicens; Dimicavi adverfum Rabbath, & capienda eft Urbs aquarum.

28. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obfide civitatem, & cape eam; ne, cum a me vaftata fuerit urbs, nomini meo adfcribatur victoria.

29. Congregavit itaque David omnem populum, & profectus eft adverfum Rabbath; cumque dimicaffet, cepit eam.

30. Et tulit diadema regis *d* eorum de capite ejus, pondo auri talentum, habens gemmas pretiofiffimas, & impofitum eft fuper caput David. Sed & prædam civitatis afportavit multam valde;

31. Populum quoque ejus adducens ferravit *e* & circumegit fuper eos ferrata carpenta; divifitque cultris *f*, & traduxit in typo laterum; fic fecit univerfis civitatibus filiorum Ammon; & reverfus eft David, & omnis exercitus in Jerufalem.

a Anno M. 2971. Ant. Chr. 1033.
b fc Dominus.
c 1. Par. 20. 1.
d idoli, nam & Melchom interpretatur rex eorum.
e i. ferris fecuit.
f 70: fecuribus.

ROZDZIAŁ XIII.

Amnon fyn Dawidow zgwałćił Thámár śioftrę Abfálonową, przeco go potym zábił, y źiechał do Krolá Gefurfkiego, á był tám trzy látá.

1. Y Stáło fię potym, że Abfálonâ fyná Dawidowego śioftry, bárzo pięknicy, imieniem Thámár, rozmiłował fię Amnon fyn Dawidow,

2. Y bárzo fzálenie ią miłował, ták że dła miłośći iey záchorzał; bo iż byłá pánną, trudno fię mu zdáło, żeby miał conie, uczćiwego z nią uczynić.

3. A miał Amnon przyiaćielá imieniem Jonádábá fyná Semmáá, brátá Dawidowego, mężá bárzo mądrego.

CAPUT XIII.

Amnon primogenitus David opprimit fororem Thamar, 1. Abfalon propter hunc inceftum eum occidit; Qui ab irato patre profugus ad regem Geffur, tribus annis ibi permanet. 34.

1. FActũ eft autem poft hæc, ut Abfalon filii David fororem *g* fpeciofiffimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David,

2. Et deperiret eam valde, ita ut propter amorem ejus ægrotaret; quia cum effet virgo, difficile ei videbatur, ut quippiam inhonefte ageret cum ea.

3. Erat autem Amnon amicus, nomine Jonadab, filius Semmaa fratris David, vir prudens valde *h*.

Anno M. 2972. Ant. Chr. 1032
g Soror dicitur Abfalonis, quia eadem matre genita.
h Prudentia carnis, quæ aftutia eft.

4. Qui dixit ad eum: Quare ſic attenuaris macie fili regis per ſingulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon: Thamar ſororem fratris mei Abſalon amo.

5. Cui reſpondit Jonadab: Cuba ſuper lectum tuum, & languorem ſimula; cumque venerit pater tuus, ut viſitet te, dic ei: Veniat, oro, Thamar ſoror mea, ut det mihi cibum, & faciat pulmentum, ut comedam de manu ejus.

6. Accubuit itaque Amnon, & quaſi ægrotare cœpit; cumque veniſſet rex ad viſitandum eum, ait Amnon ad regem: Veniat, obſecro, Thamar ſoror mea, ut faciat in oculis meis duas ſorbitiunculas *a*, & cibum capiam de manu ejus.

7. Miſit ergo David ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum.

8. Venitque Thamar in domum Amnon fratris ſui; ille autem jacebat, quæ tollens farinam commiſcuit, & liquefaciens, in oculis ejus coxit ſorbitiunculas.

9. Tollensque, quod coxerat, effudit, & poſuit coram eo, & noluit comedere; dixitque Amnon: Ejicite univerſos a me. Cumque ejeciſſent omnes,

10. Dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclave *b*, ut veſcar de manu tua. Tulit ergo Thamar ſorbitiunculas, quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem ſuum *c* in conclave.

11. Cumque obtuliſſet ei cibum, apprehendit eam, & ait: Veni, cuba mecum ſoror mea.

12. Quæ reſpondit ei: Noli frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas eſt in Iſrael *d*; noli facere ſtultitiam hanc.

13. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quaſi unus de inſipientibus *e* in Iſrael; quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi.

14. Noluit autem acquieſcere precibus ejus, ſed prævalens viribus oppreſſit eam, & cubavit cum ea.

14. Et exoſam eam habuit Amnon odio magno nimis; ita ut majus eſſet odium, quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge, & vade.

16. Quæ reſpondit ei; Majus eſt hoc malum

a 70. placentas.

b i. ſecretum cubiculum.

c ſc. ex eodem patre, ſed alia matre.

d Contra legem Lev. 18. v. 9.

e ſceleratis divinæ legis violatoribus.

4. Ktory rzekł do niego: Czemu ták bárzo ſchnieſz ſynu krolewſki ná káżdy dźień? czemu mi nie oznaymiſz? y rzekł mu Amnon: Thámárę śioſtrę brátá mego Abſálomá miluię.

5. Ktoremu odpowiedźiał Jonádáb: Układź ſię ná łożu twoim, á uczyń ſię chorym; á gdy przyidźie oćiec twoy náwiedzáć ćię, rzecz mu: Niech przyidźie, proſzę, Thámár śioſtrá moiá, żeby mi dałá ieść, y uczyniłá potráwkę, żebym iadł z ręki iey.

6. Układł ſię tedy Amnon, y wrzſkomo chorowáć pocżął; á gdy przyſzedł Krol náwiedźáć go, rzekł Amnon do Krolá: Proſzę, nieh przyidźie Thámár śioſtrá moiá, áby uczyniłá przed oczymá memy dwie łyſzce polewki, y iadłbym z ręki iey.

7. A ták poſłał Dawid do Thámár do domu, mowiąc: Idź do domu Amnon brátá twego, á uczyń mu potráwę.

8. Y przyſzłá Thámár do domu Amnoná brátá ſwego; á on leżał; ktora wźiąwſzy mąki zámieſzáłá, á roſpuśćiwſzy uwárzyłá polewki przed oczymá iego.

9. A wźiąwſzy co uwárzyłá, wyłałá, y poſtáwiłá przed nim, y niechćiał ieść; y rzekł Amnon: Każćie przecz wſzyſtkim odemnie. A gdy kazano przecz wſzytkim,

10. Rzekł Amnon do Thámár: Wnieś potráwę do pokoiu ábych iadł z ręki twoiey. Wźięłá tedy Thámár polewki, ktore nágotowáłá, y wnioſłá do Amnoná brátá ſwego do pokoiu.

11. A gdy mu ieść podawáłá, uchwićił ią, y rzekł: Chodź, á leż ze mną śioſtro moiá.

12. Oná mu odpowiedźiáłá: Nie czyń brácie moy, nie czyń mi gwałtu, bo ſię to nie godźi w Izráelu; nie czyń tego ſzaleńſtwá.

13. Bo ia nie będę mogłá znieść zelżywośći moiey, á ty będźieſz iáko ieden z ſzalonych w Izráelu; ále ráczey mow do Krolá, á nie odmowi mię tobie.

14. Lecz niechćiał uſłucháć prośby iey, ále przemogſzy śiłą, zgwałćił ią, y leżał z nią.

15. Y omierźił ią ſobie Amnon omierźieniem bárzo wielkim; ták iż więtſze omierźienie było, ktorym ią był omierźił, niżli miłość, ktorą ią pierwey miłował. Y rzekł iey Amnon: Wſtań, á idź.

16. Ktora mu odpowiedźiáłá: Więtſza to ieſt

ieſt złość, ktorą teraz czyniſz przećiwko mnie, wygániáiąc mię, niżli tá, ktorąś pierwey uczynił. Y niechćiał iey ſłucháć;

17. Ale záwoławſzy chłopcá, ktory mu poſługował, rzekł: Wyrzuć ią precz odemnie, á zámkni drzwi zá nią.

18. Ktora miałá ná ſobie ſzátę długą; bo w tákich ſzátách corki Krolewſkie pánny chodźiły. A ták wyrzućił ią precz chłopiec iego, y záwárł drzwi zá nią.

19. Ktora poſypawſzy głowę ſwą popiołem, rozdárſzy ſzátę długą, y włożywſzy ręce ná głowę ſwoię, ſzłá idąc á krzycząc.

20. Y rzekł iey Abſálon brát iey: Abo Amnon brát twoy ſpał z tobą? ále teraz śioſtro milcz, brát twoy ieſt; y nie fráſuy ſercá ſwego o tę rzecz. A ták mieſzkáłá Thámár ſchnąc w domu Abſáloná brátá ſwego.

21. A gdy te ſłowá uſłyſzał Krol Dawid, fráſował ſię bárzo, y niechćiał záſmućić duchá Amnoná ſyná ſwego, bo go miłował, iż był pierworodny iego.

22. Lecz Abſálon nie mowił do Amnoná áni złego áni dobrego; bo nie nawidźiał Abſálon Amnoná, tym, że zgwałćił Thámár śioſtrę iego.

23. Y ſtáło ſię po dwu lat, że ſtrzyżono owce Abſálonowe w Báálháſor, ktore ieſt podle Ephráim; y záprośił Abſálon wſzytkich ſynow krolewſkich,

24. Y przyſzedł do Krolá, y rzekł do niego: Oto ſtrzygą owce ſługi twego; niech, proſzę, przyiydźie Krol z ſłużebniki ſwymi do ſługi ſwego.

25. Y rzekł Krol do Abſáloná: Nie, ſynu moy, nie proś, ábyſmy wſzyſcy iácháli, y obćiążyli ćię. A gdy mu przynaglał, á niechćiał iśdź, błogoſłáwił mu.

26. Y rzekł Abſálon: Ieſli niechceſz iácháć; proſzę, niech przynamniey iedźie z námi Amnon brát moy. Y rzekł Krol do niego: Nie potrzebá, żeby iáchał z tobą.

27. Przymuśił go tedy Abſálon, y poſłał z nim Amnoná y wſzyſtkie ſyny Krolewſkie. A Abſálon ſpráwił był ucztę, iáko ucztę krolewſką.

28. Lecz przykazał był Abſálon ſłużebnikom ſwoim, mowiąc: Pilnuyćie, kiedy piian będźie Amnon, á rzekę wam: Biyćie go, y zábiyćie; nie boyćie ſię, bom ia ieſt, ktory wam przykázuię; Umacniayćie ſię, á bądźćie mężámi mocnymi.

29. Uczy-

ſum, quod nunc agis adverſum me, quam quod ante feciſti, expellens me. Et noluit audire eam.

17. Sed vocato puero, qui miniſtrabat ei, dixit: Ejice hanc a me foras, & claude oſtium poſt eam.

18. Quæ induta erat talari *a* tunica; hujuſcemodi enim filiæ regis virgines veſtibus utebantur. Ejecit itaque eam miniſter illius foras, clauſitque fores poſt eam.

19. Quæ aſpergens cinerem capiti ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitisque manibus ſuper caput ſuum, ibat ingrediens, & clamans.

20. Dixit autem ei Abſalon frater ſuus: Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum? ſed nunc ſoror tace, frater tuus eſt; neque affligas cor tuum pro hac re. Manſit itaque Thamar contabeſcens *b* in domo Abſalon fratris ſui.

21. Cum autem audiſſet rex David verba hæc, contriſtatus eſt valde, & noluit contriſtare ſpiritum Amnon filii, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

22. Porro non eſt locutus Abſalon ad Amnon, nec malum, nec bonum; oderat enim Abſalon Amnon, eo quod violaſſet Thamar ſororem ſuam.

23. Factum eſt autem poſt tempus biennii *c*, ut tonderentur oves Abſalon in Baalhaſor, quæ eſt juxta Ephraim; & vocavit Abſalon omnes filios regis,

24. Venitque ad regem, & ait ad eum: Ecce tondentur oves ſervi tui: veniat, oro, rex cum ſervis ſuis ad ſervum ſuum.

25. Dixitque rex ad Abſalon: Noli, fili mi, noli rogare, ut veniamus omnes, & gravemus te. Cum autem cogeret eum, & noluiſſet ire, benedixit *d* ei.

26. Et ait Abſalon: Si non vis venire, veniat, obſecro, nobſcum ſaltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex: Non eſt neceſſe, ut vadat tecum.

27. Coegit itaque Abſalon eum, & dimiſit cum eo Amnon & univerſos filios regis. Feceratque Abſalon convivium quaſi convivium regis.

28. Præceperat autem Abſalon pueris ſuis, dicens: Obſervate, cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis: Percutite eum & interficite; nolite timere, ego enim ſum, qui præcipio vobis *e*; robaramini, & eſtote viri fortes.

a Chald. polymita.

b Chald. deſolata. 70. animo deficiens.

c Anno M. 2974. Ant. Chr. 1030.

d i. bene precando.

e omne periculum in me recipio.

29. Fece-

29. Fecerunt ergo pueri Abſalon adverſum Amnon, ſicut præceperat eis Abſalon. Surgentesque omnes filii regis aſcenderunt ſinguli mulas ſuas, & fugerunt.

30. Cumque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David, dicens: Percuſſit Abſalon omnes filios regis, & non remanſit ex eis ſaltem unus.

31. Surrexit itaque rex, & ſcidit veſtimenta ſua; & cecidit ſuper terram, & omnes ſervi illius, qui aſſiſtebant ei, ſciderunt veſtimenta ſua.

32. Reſpondens autem Jonadab filius Semmaa fratris David, dixit: Ne æſtimet dominus meus rex, quod omnes pueri filii regis occiſi ſint; Amnon ſolus mortuus eſt, quoniam in ore *a* Abſalon erat poſitus *b*, ex die qua oppreſſit Thamar ſororem ejus.

a Decreto & ſententia. *b* ſc. occidendus.

33. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex ſuper cor ſuum verbum iſtud, dicens: Omnes filii regis occiſi ſunt; quoniam Amnon ſolus mortuus eſt.

34. Fugit autem Abſalon; & elevavit puer ſpeculator oculos ſuos, & aſpexit; & ecce populus multus veniebat per iter devium ex latere montis.

35. Dixit autem Jonadab ad regem: Ecce filii regis adſunt; juxta verbum ſervi tui ſic factum eſt.

36. Cumque ceſſaſſet loqui, apparuerunt & filii regis; & intrantes levaverunt vocem ſuam, & fleverunt; ſed & rex & omnes ſervi ejus fleverunt ploratu magno nimis.

37. Porro Abſalon fugiens, abiit ad Tholomai *c* filium Ammiud regem Geſſur. Luxit ergo David filium ſuum cunctis diebus.

c Avum ſuum maternum.

38. Abſalon autem cum fugiſſet, & veniſſet in Geſſur, fuit ibi tribus annis.

39. Ceſſavitque rex David perſequi Abſalon, eo quod conſolatus eſſet ſuper Amnon interitu.

CAPUT XIV.

Joab curat mulieris Thecuitæ ſolertia revocari Abſalon a Geſſur in Jeruſalem: 1. De pulchritudine & filiis Abſalon, 25. Qui biennio poſt reditum faciem patris non vidit, donec meſſem Joab incendi juſſit. 28.

Anno M. 2977. Ant. Chr. 1027.

1. INtelligens autem Joab filius Sarviæ, quod cor regis verſum eſſet ad Abſalon,

2. Miſit

29. Uczynili tedy ſludzy Abſálonowi nád Amnonem, iáko im był przykazał Abſálon. Y wſtawſzy wſzyſcy ſynowie krolewſcy, wśiedli káżdy ná mulicę ſwą, y ućiekli.

30. A gdy ieſzcze byli w drodze, przyſzłá wieść do Dawidá, mowiąc: Pobił Abſalon wſzytkie ſyny krolewſkie, y nie zoſtał z nich áni ieden.

31. A ták wſtał Krol y rozdárł ſzáty ſwoie; y leżał ná źiemi, y wſzyſcy ſludzy iego, ktorzy przy nim ſtali, rozdárli ſzáty ſwoie.

32. A odpowiedáiąc Jonádáb ſyn Semmáá brátá Dawidowego, rzekł: Niech nie mniema pan moy Krol, żeby wſzytkie młodźieńce ſyny krolewſkie pobito; Amnon tylko ſam umarł, bo był położony w uśćiech Abſálonowych, odedniá, ktorego zgwałćił Thámárę śioſtrę iego.

33. Przetoż teraz niech nie przypuſzcza Krol pan moy do ſercá ſwego ſłowá tego, mowiąc: Wſzyſtkie ſyny krolewſkie pobito; ponieważ Amnon tylko umárł.

34. Y ućiekł Abſálom; Y podnioſł oczy ſwe młodźieniec ſtrzegący ná wieży; y uyźrzał, á oto lud wielki przychodźił drogą zdrożną z boku gory:

35. Y rzekł Jonádab do Krolá: Owo ſynowie krolewſcy idą; wedle ſłowá ſługi twego ták ſię ſtáło.

36. A gdy przeſtał mowić, ukazáli ſię y ſynowie krolewſcy; á wſzedſzy podnieſli głoſy ſwe y płákáli; lecz y Krol y wſzyſcy ſludzy iego płákáli płáczem bárzo wielkim.

37. A Abſálon ućiekſzy poſzedł do Tholomái ſyná Ammiud Krolá Geſſur. Záłował tedy Dawid ſyná ſwego po wſzytkie dni.

38. A Abſálon gdy ućiekł, y przyſzedł do Geſſur, był tám trzy látá.

39. Y przeſtał Krol Dawid przeſládowáć Abſálodá, przeto że iuż ſię był poćieſzył z śmierći Amnonowy.

ROZDZIAŁ XIV.

Joáb przez nápráwną niewiáſtę Thekuitką, ſtara ſię, áby był Abſálom zás przyzwan z Geſſur do Jeruzálem. O pięknośći Abſálonowey y dźieciách iego; á iáko Abſálom po przywroceniu ſwym do Jeruzálem dwie lećie oblicza Oycowſkiego niewidźiał. O ſpaleniu zboża Joábowego.

1. A Porozumiawſzy Joáb ſyn Sárwiiey, że ſerce krolewſkie obroćiło ſię ku Abſálonowi,

2. Po-

2. Poſłał do Thekui, y wźiął ztámtąd niewiáſtę mądrą, y rzekł do niey: Zmyśl, iákobyś w żáłobie byłá, y oblecz ſię w ſzáty żáłobne, á nie pomázuy ſię oleykiem, żebyś byłá iáko niewiáſtá iuż od dawnego czáſu żáłuiąca po umárłym;

3. Y wnidźieſz do Krolá, á będźieſz mowiłá do niego tákie ſłowá. Y położył Joáb ſłowá w uśćiech iey.

4. Y ták wſzedſzy niewiáſtá Thekuitká do Krolá, pádłá przed nim ná źiemię, y pokłoniłá ſię, y rzekłá: Rátuy mię krolu.

5. Y rzekł Krol do niey: Co maſz zá ſpráwę? Ktora odpowiedźiáłá: Ah ieſtem ia niewiáſtá wdowá; bo mąż moy umárł.

6. A ſłużebnicá twoiá miáłam dwu ſynow; ktorzy zwádźili ſię z ſobą ná polu; y nie było ktoby ie mogł hámowáć, y ránił ieden drugiego, y zábił go.

7. A oto powſtawſzy wſzytká rodźiná przećiw ſłużebnicy twoiey, mowi: Wyday tego, ktory zábił brátá ſwego, że go zábiiemy zá duſzę brátá iego, ktorego zábił, y zgłádźimy dźiedźicá; y chcą zágáśić iſkierkę moię, ktora zoſtáłá, áby nie zoſtáło mężowi memu imię,

8. Y rzekł Krol do niewiáſty: Idź do domu twego, á iá ſkażę zá tobą.

9. Y rzekłá niewiaſtá Thekuitka do Krola: Ná mię pánie moy krolu, niech nieprawość będźie, y ná dom oycá mego; á Krol y ſtolicá iego niech będą niewinni.

10. Y rzekł Krol: ktoby mowił przećiw tobie, przywiedź go do mnie, á więcey nie przyda, áby ćię dotknął.

11. Ktora rzekłá: Niech wſpomni Krol ná Páná Bogá ſwego, áby ſię nie mnożyli bliſcy krwie ná pomſtę, áby nie zábili ſyná mego. Ktory rzekł: Zywie Pan, że nie ſpádnie z włoſow ſyná twego ná źiemię.

12. Rzekłá tedy niewiáſtá: Niechay mowi ſłużebnicá twoiá do krolá páná mego ſłowo. Y rzekł: Mow.

13. Y rzekłá niewiáſtá: Czemużeś umyślił tákową rzecz przećiw ludowi Bożemu, y mowił krol to ſłowo, áby zgrzeſzył, á nie przywroćił wygnáńcá ſwego?

14. Wſzyſcyć umieramy, á iáko wody rozćiekamy ſię w źiemię, ktore ſię niewrocą; y niechce Bog, by miáłá duſzá zginąć, ále rozmyślá ſię myśląc, áby zgołá nie zginął, ktory ieſt odrzucony.

2. Miſit Thecuam *a*, & tulit inde mulierem ſapientem; dixitque ad eam: Lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne ungaris oleo, ut ſis quaſi mulier jam plurimo tempore lugens mortuum;

a diſtat Jeruſalem novem milliaria, ſed v. Amos 1.

3. Et ingredieris ad regem, & loqueris ad eum ſermones hujuſcemodi. Poſuit autem Joab verba in ore ejus.

4. Itaque cum ingreſſa fuiſſet mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo ſuper terram, & adoravit, & dixit: Serva me rex *b*.

b hæc familiaris erat ſupplicantium formula.

5. Et ait ad eam rex: Quid cauſæ habes? Quæ reſpondit: Heu, mulier vidua ego ſum; mortuus eſt enim vir meus.

6. Et ancillæ tuæ erant duo filii; qui rixati ſunt adverſum ſe in agro, nullusque erat, qui eos prohibere poſſet; & percuſſit alter alterum, & interfecit eum.

7. Et ecce conſurgens univerſa cognatio adverſum ancillam tuam, dicit: Trade eum, qui percuſſit fratrem ſuum, ut occidamus eum pro anima fratris ſui, quem interfecit, & deleamus hæredem; & quærunt extinguere ſcintillam meam, quæ relicta eſt, ut non ſuperſit viro meo nomen, & reliquiæ ſuper terram.

8. Et ait rex ad mulierem: Vade in domum tuam, & ego jubebo *c* pro te.

c ſc. ne cognati quærant filii tui mortem.

9. Dixitque mulier Thecuitis ad regem: In me, domine mi rex, ſit iniquitas, & in domum patris mei; rex autem & thronus ejus ſit innocens.

10. Et ait rex: Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & ultra non addet, ut tangat te.

11. Quæ ait: Recordetur rex Domini Dei ſui *d*, ut non multiplicentur proximi ſanguinis ad ulciſcendum, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait: Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui ſuper terram.

d i. decernat firmiter quaſi cum juramento.

12. Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait: Loquere.

13. Dixitque mulier: Quare cogitaſti hujuſcemodi rem contra populum Dei *e*, & locutus eſt rex verbum iſtud, ut peccet, & non reducat ejectum ſuum?

e contra omnium vota & totius regni bonum.

14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur; *f* nec vult Deus perire animam, ſed retractat cogitans, ne penitus pereat, qui abjectus eſt.

f 1. Reg. 7. 6. Ezech. 18. 32. & 33. 11.

15. Nunc igitur veni, ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc, præsente populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad regem, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ.

a q. d. audiet me in figura, multo magis in re figurata.

16. Et audivit rex *a*, ut liberaret ancillam suam de manu omnium, qui volebant de hæreditate Dei delere me, & filium meum simul.

b Placationis. sc. ut placetur exuli Absaloni.

c 1. Reg. 29. 9.

d sc. a recto.

17. Dicat ergo ancilla tua, ut fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium *b*. Sicut enim Angelus Dei *c*, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur *d*; unde & Dominus Deus tuus est tecum.

18. Et respondens rex, dixit ad mulierem: Ne abscondas a me verbum, quod te interrogo; Dixitque ei mulier: Loquere domine mi rex.

e i. opera.

19. Et ait rex: Numquid manus *e* Joab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait: Per salutem animæ tuæ, domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est *f*, ex omnibus his, quæ locutus est dominus meus rex; servus enim tuus Joab, ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.

f q. d. non aberras, sed veritatem attigisti.

20. Ut verterem figuram sermonis hujus, servus tuus Joab præcepit istud; tu autem domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, ut intelligas omnia super terram.

21. Et ait rex ad Joab: Ecce placatus feci verbum tuum; vade ergo, & revoca puerum Absalon.

22. Cadensque Joab super faciem suam in terram, adoravit, & benedixit regi; & dixit Joab: Hodie intellexit servus tuus, quia inveni gratiam in oculis tuis, domine mi rex; fecisti enim sermonem servi tui.

23. Surrexit ergo Joab & abiit in Gessur, & adduxit Absalon in Jerusalem.

24. Dixit autem rex: Revertatur in domum suam, & faciem meam non videat. Reversus est itaque Absalon in domum suam, & faciem regis non vidit.

25. Porro sicut Absalon, vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis; a vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula.

g Sc. qui volebat vendere.

h Chald. & Hebr. regio.

26. Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries) ponderabat *g* capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico *h*.

27. Nati

15. Teraz tedy przyszłam, ábych mowiłá do páná mego krolá to słowo przy ludu. Y rzekłá sługá twoiá: Będę mowiłá do Krolá, owa uczyni Krol słowo sługi swoiey.

16. Y usłuchał Krol, żeby wybáwił służebnicę swą z ręki wszytkich, ktorzy chćieli z dźiedźictwá Bożego wygládźić mnie, y syná mego pospołu.

17. A ták niech mowi służebnicá twoiá, áby się stáło słowo páná mego krola iáko ofiárá. Bo iáko Anyoł Boży, ták iest Pan moy Krol, że áni błogosłáwienim, áni złorzecznim nie zruszy się; ztądże y Pan Bog twoy iest z tobą.

18. Y odpowiádáiąc Krol, rzekł do niewiásty: Nie táy przedemną słowá, o ktore ćię pytam; Y rzekłá mu niewiástá: Mow pánie moy krolu.

19. Y rzekł Krol: Izáli ręká Joábowá z tobą iest w tym wszytkim? Odpowiedźiáłá niewiástá, y rzekłá: Przez zdrowie duszę twoiey, pánie moy krolu, że áni w lewo áni w práwo iest z tego wszystkiego, co mowił pan moy krol; sługá bowiem twoy Joáb, ten mi przykazał, y ten włożył w ustá służebnice twoiey te wszytkie słowá.

20. Abych odmieniłá sposob mowy tey, sługá bowiem twoy Joáb to przykazał; ále ty pánie moy krolu iesteś mądry, iáko ma mądrość Anyoł Boży, że rozumiesz wszytko ná źiemi.

21. Y rzekł Krol do Joábá: Otoż ubłagány uczyniłem słowo twoie; á ták idź, á przywroć młodźieńcá Absálomá.

22. Y padszy Joáb twarzą swą ná źiemię, pokłonił się, á błogosłáwił krolowi; y rzekł Joáb: Dźiśia poznał sługá twoy, żem nálazł łaskę w oczách twoich, pánie moy krolu, boś uczynił mowę sługi twego.

23. Wstał tedy Joáb, y szedł do Gessur, y przywiodł Absálomá do Jeruzalem.

24. Y rzekł Krol: Niech się wroći do domu swego, á obliczá mego niechay nię widźi. Y wroćił się Absálon do domu swego, á obliczá krolewskiego nie widźiał.

25. A iáko Absálon mężá nie było pięknego we wszytkim Izráelu y ślicznego bárzo; od stopi nogi áż do wierzchu głowy nie było ná nim żadney zmázy.

26. A gdy strzygł włosy (á raz go w rok strzyżono, bo mu włosy ćiężáły) ważył włosy głowy swey dwiemá sty syklow wagi pospolitey.

27. A

27. A Abſálonowi urodźili ſię trzey ſynowie; y corká iedná imieniem Thámár piękney urody.

28. Y mieſzkał Abſálon w Jeruzalem dwie lećie, á oblicza krolewſkiego nie widźiał.

29. Poſłał tedy do Joábá, żeby go poſłał do Krolá; ktory niechćiał przyśc do niego. A gdy drugi raz poſłał, á on niechćiał przyśc do niego,

30. Rzekł ſługom ſwoim: Wiećie rolą Joábowę podle roley moiey, ktora ma żniwo ięczmienia; Idźćieſz tedy, ſpalćie ji ogniem. Spalili tedy ſłudzy Abſálonowi ono zboże ogniem. A przyſzedſzy ſłudzy Joábowi rozdárſzy ſzáty ſwe, rzekli: Spalili ſłudzy Abſálonowi ſztukę roli ogniem.

31. Y wſtawſzy Joáb przyſzedł do Abſáloná w dom iego, y rzekł: Czemu ſpalili ſłudzy twoi zboże moie ogniem?

32. Odpowiedźiał Abſálon Joábowi: Słałem do ćiebie proſząc, ábyś przyſzedł do mnie, żebym ćię poſłał do Krolá, ábyś mu mowił: Ná cożem przyſzedł z Geſſur? lepieyći mi było tám bydź; á ták proſzę, niech uyźrzę oblicze krolewſkie; á ieſliż pomni ná nieprawość moie, niechay mię zábiie.

33. A ták wſzedſzy Joáb do Krolá, powiedźiał mu wſzytko; y wezwano Abſáloná, y wſzedł do Krolá, y pokłonił ſię do źiemie przed nim, y pocáłował Krol Abſáloná.

27. Nati ſunt autem Abſalon filii tres; & filia una, nomine Thamar, elegantis formæ.

28. Manſitque Abſalon in Jeruſalem duobus annis, & faciem regis non vidit.

29. Miſit *a* itaque ad Joab, ut mitteret eum ad regem; qui noluit venire ad eum. Cumque ſecundo miſiſſet, & ille noluiſſet venire ad eum,

a Anno M. 2979. Ant. Chr. 1025.

30. Dixit ſervis ſuis: Scitis agrum Joab juxta agrum meum, habentem meſſem hordei; ite igitur, & ſuccendite eum igni. Succenderunt ergo ſervi Abſalon ſegetem igni. Et venientes ſervi Joab, ſciſſis veſtibus ſuis, dixerunt: Succenderunt ſervi Abſalon partem agri igni.

31. Surrexitque Joab, & venit ad Abſalon in domum ejus, & dixit: Quare ſuccenderunt ſervi tui ſegetem meam igni?

32. Et reſpondit Abſalon ad Joab: Miſi ad te obſecrans, ut venires ad me *b*, & mitterem te ad regem, & diceres ei: Quare veni de Geſſur? melius mihi erat ibi eſſe; obſecro ergo, ut videam faciem regis; quod ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat me.

b q. d. hæc excogitavi, ut cogerem te venire.

33. Ingreſſus itaque Joab ad regem, nuntiavit omnia; vocatusque eſt Abſalon, & intravit ad regem, & adoravit ſuper faciem terræ coram eo, oſculatusque eſt *c* rex Abſalon.

c more Hebræo, in reconciliationis ſignum, Luc. 15. 20.

ROZDZIAŁ XV.

Abſálon źiednawſzy ſobie przyiáźn u ludźi, ſprzyśiągł ſię ná Oycá w Hebron, przed ktorym oćiec ućieká z miáſta. Potym ſkrzinią Bożą odſzyła do Jeruzalem; poſłał tez Chuzego od ſiebie, áby rozerwał rádę Achitophelowę.

1. POtym tedy náſpráwował ſobie Abſálon wozow y iezdnych, y pięćdźieśiąt mężow, ktorzy przed nim chodźili.

2. A ráno wſtawſzy Abſálon, ſtawał przy weſzćiu bramy, y káżdego mężá, ktory miał ſpráwę, áby ſzedł do ſądu krolewſkiego, przyzywał Abſálon do śiebie, y mowił: Z ktoregoś ty miáſtá? Ktory odpowiedáiąc mowił: Z iednego pokolenia Izráelſkiego ieſtem ia ſługá twoy.

3. Y odpowiádał mu Abſálon: Zdádzą mi ſię mowy twe dobre y ſpráwiedliwe. Ale nie

CAPUT XV.

Abſalon conciliato ſibi populi favore adverſus patrem conjurat in Hebron, 1. Quem pater fugiens urbe excedit, 14. & paucis cum Arca remiſſis in Jeruſalem, 24. Inter alios Chuſai remittit, ut conſilium Achitophel, diſſipet, 32.

1. IGitur poſt hæc fecit * ſibi Abſalon currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum.

*. Anno M. 2980. Ant. Chr. 1024.

2. Et mane conſurgens Abſalon ſtabat juxta introitum portæ *d*, & omnem virum, qui habebat negotium, ut veniret ad regis judicium, vocabat Abſolon ad ſe, & dicebat: De qua civitate es tu? Qui reſpondens ajebat: Ex una tribu Iſrael, ego ſum ſervus tuus.

d i. regiæ.

3. Reſpondebatque ei Abſalon: Videntur mihi ſermones tui boni & juſti. Sed non eſt,

est, qui te audiat constitutus a rege. Dicebatque Absalon:

4. Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & juste judicem?

5. Sed & cum accederet ad eum homo, ut salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum.

6. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad judicium, ut audiretur a rege, & solicitabat *a* corda virorum Israel.

7. Post *b* quadraginta autem annos, dixit Absalon ad regem David; vadam, & reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron.

8. Vovens enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo *c* Domino.

9. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit & abiit in Hebron.

10. Misit autem Absalon exploratores in universas tribus Israel, dicens: Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnavit Absalon in Hebron.

11. Porro cum Absalon ierunt ducenti viri de Jerusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes.

12. Accersivit quoque Absalon Achitophel Gilonitem consiliarium David, de civitate sua Gilo *d*. Cumque immolaret victimas, facta est conjuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalon.

13. Venit igitur nuntius ad David, dicens: Toto corde *e* universus Israel sequitur Absalon.

14. Et ait David servis suis, qui erant cum eo in Jerusalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium a facie Absalon; festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat civitatem in ore gladii.

15. Dixeruntque servi regis ad eum: Omnia, quæcumque præceperit dominus noster rex, libenter exequemur servi tui.

16. Egressus est ergo rex *f*, & universa domus ejus pedibus suis; & dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum.

17. Egressusque rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul a domo;

18. Et universi servi ejus ambulabant juxta eum, & legiones Cerethi & Pheleti, & omnes

a i. sibi conciliabat.

b legendum est juxta Correctiones Romanas & emendatissimos Codices post 40. annos sc. æræ vulgatæ regum in Israel, quæ cæpit ab electione Saul; & post quartum annum a reditu Absalonis: quatuor enim annos intercessisse notat, & Josephus, ut sit mundi 2981. ante Christum 1023.

c Chald. serviam

d en ambitiosi consilia & labores infiniti sunt.

e sincera mente.

f eodem ann. 2981. ætatis. David. 62.

nie máſz ktoby ćię wyſłuchał od Królá wyſádzony. Y mawiał Abſálon:

4. Ktoby mię poſtánowił ſędźiem ná źiemi, áby do mnie chodźili wſzyſcy, ktorzy máią ſpráwę, y ábym ſpráwiedliwie ſądźił?

5. Ale y gdy ku niemu przyſtępował człowiek, áby go pozdrowił, śćiągał rękę ſwoię, á uiąwſzy cáłował go.

6. A czynił to wſzytkiemu Izráelowi przychodzącemu ná ſąd, áby był ſłuchan od Królá, y podburzał ſercá mężow Izráelſkich.

7. A po czterdźieſtu łat, rzekł Abſálon do Królá Dawidá: Poydę, á oddam ſłużby moie, ktorem ſłubił Pánu w Hebron.

8. Abowiem ſzlubuiąc ſzlubił ſługá twoy, gdy był w Geſſur Syriiey, rzekąc: Ieſli mię przywróći Pan do Jeruzálem, będę ofiárował Pánu.

9. Y rzekł mu Krol Dawid: Idź w pokoiu. Y wſtał y poſzedł do Hebron.

10. Y poſłał Abſálon ſzpiegi między wſzyſtkie pokolenia Izráelſkie, mowiąc: Skoro uſłyſzyćie trąbieniz w trąby, mowćie: Krolował Abſálon w Hebron.

11. A z Abſálonem poſzło dwie śćie mężow z Jeruzálem proſzonych, idąc proſtym ſercem, á przyczyny zgołá nie wiedząc.

12. Przyzwał też Abſálon Achitophel Gilończyká rádnego pánà Dawidowego z miáſtá iego Gilon. A gdy ofiárował ofiáry, ſtáło ſię zprzyśiężenie śilne, á ludu zbiegáiącego ſię przybywało z Abſálonem.

13. Przybiegł tedy poſeł do Dawidá, mowiąc: Wſzyſtkim ſercem wſzytek Izráel idźie zá Abſálonem.

14. Y rzekł Dawid ſługom ſwoim, ktorzy byli z nim w Jeruzalem: Wſtańćie ućiekáymy; bo niewybiegamy ſię przed Abſálonem; kwápćie ſię wynidź, by ſnać przyſzedſzy nie poimáł nas, y nie obálił ná nas upadku, y nie pobił miáſtá páſczeką mieczá.

15. Y rzekli ſłudzy krolewſcy do niego: Wſzyſtko cokolwiek przykaże Krol pan náſz, rádźi uczynimy ſłudzy twoi.

16. A ták wyſzedł Krol, y wſzytek dom iego pieſzo; y zoſtáwił Krol dźieśięć niewiaſt nałoźnic dla ſtrażey domu.

17. Y wyſzedſzy Krol y wſzyſtek Izráel pieſzo, ſtánął dáleko od domu;

18. A wſzyſcy ſłudzy iego ſzli przy nim, y roty Cerethy, y Phelethy, y wſzyſcy Gethey-

ċzykowie duży walecznicy, ſześć ſet mężow, ktorzy byli zá nim przyſzli z Giethu pieſzo ſzli przed Krolem.

19. Y rzekł Krol do Ethái Getheyczyká: Przecz idzieſz z námi? wroć ſię, á mieſzkay z Krolem, boś ty gość, á wyſzedłeś z mieyſcá twego.

20. Wczoráś przyſzedł, á dźiś będźieſz muśiał wyniść známi? á ia poydę, gdźie iśdź mam; wroć ſię, á odprowadź z ſobą bráćią twoię, á Pan uczyni z tobą miłośierdźie y prawdę, żeś okazał łáſkę y wiárę.

21. Y odpowiedźiał Ethai krolowi, mowiąc: Zywie Pan, y żywie Krol pan moy; iż ná ktorym kolwiek mieyſcu będźieſz Krolu pánie moy, choć w śmierći, choć w żywoćie, tám będźie ſługá twoy.

22. Y rzekł Dawid Ethái: Podźże, á przeydźi. Y przeſzedł Ethái Getheyczyk y wſzyſcy mężowie, ktorzy z nim byli, y inne mnoſtwo.

23. A wſzyſcy płákáli głoſem wielkim, y wſzytek lud przechodźił ſpołem, Krol też przechodźił przez potok Cedron, y wſzyſtek lud ſzedł ku drodze, ktora wiedźie ku puſczey.

24. Szedł też y Sádok kápłan, y wſzyſcy Lewitowie z nim nioſący ſkrzynię przymierza Bożego, y z ſtáwili ſkrzynię Bożą; y wſtąpił Abiáthár, áż ſię zebrał ſpełná wſzyſtek lud, ktory był wyſzedł z miáſtá.

25. Y rzekł Krol do Sádoká: Odnieś ſkrzynię Bożą do miáſtá; ieſli naydę łáſkę w oczách Páńſkich, wroći mię záś, y ukaże mi ią, y przybytek ſwoy.

26. A ieſli mi rzecze: Niepodobaſz ſię; gotowem, niech czyni, co dobrego ieſt przed nim.

27. Y rzekł Krol do Sádoká kápłaná: O widzący, wroć ſię do miáſtá w pokoiu; y Achimáás ſyn twoy, y Jonáthás ſyn Abiátárow dwá ſynowie wáſzy, niechay będą z wámi.

28. Oto ſię iá ſkryię w polách puſczey, áż przyidźie wieść od was dáiąc mi znáć.

29. A ták odnieſli Sádok y Abiáthár ſkrzynię Bożą do Jeruzálem; y mieſzkáli tám.

30. A Dawid wſtępował ná gorę Oliwną, wſtępuiąc y płácząc, boſo idąc, y nákrywſzy głowę, lecz y wſzytek lud, ktory był z nim, nákrywſzy głowę wſtępował płácząc,

31. Y powiedźiáno Dawidowi że też Achitophel był w ſprzyśiężeniu z Abſálonem; y rzekł

mnes Gethæi, pugnatores validi, ſexcenti viri; qui ſecuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.

19. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum *a*; Cur venis nobiſcum? revertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egreſſus es de loco tuo.

a iſte e Geth Philiſthinorum transfuga nuper venit ad David, & nunc eidem fidus fugæ comes eſt. v. Infra c. 18.

20. Heri veniſti, & hodie compelleris nobiſcum egredi? ego autem vadam, quo iturus ſum; revertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum miſericordiam, & veritatem, quia oſtendiſti gratiam & fidem.

21. Et reſpondit Ethai regi, dicens: Vivit Dominus, & vivit dominus meus rex; quoniam in quocumque loco fueris domine mi rex, ſive in morte, ſive in vita, ibi erit ſervus tuus.

22. Et ait David Ethai: Veni, & tranſi. Et tranſivit Ethai Gethæus, & omnes viri, qui cum eo erant, & reliqua multitudo.

23. Omnesque flebant voce magna, & univerſus populus tranſibat, rex quoque tranſgrediebatur Torrentem Cedron *b*, & cunctus populus incedebat contra viam, quæ reſpicit ad deſertum.

b ſic dictus eſt a loci obſcuritate quaſi umbroſus, quia Cedron. Hebr. ſignificat nigrum obſcurum.

24. Venit autem & Sadoc ſacerdos, & univerſi Levitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & depoſuerunt arcam Dei; & aſcendit Abiathar, donec expletus eſſet omnis populus, qui egreſſus fuerat de civitate.

25. Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam Dei in urbem; ſi invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & oſtendet, mihi eam, & tabernaculum ſuum.

27. Si autem dixerit mihi: Non places: præſto ſum, faciat, quod bonum eſt coram ſe.

27. Et dixit rex ad Sadoc ſacerdotem: O videns *c* revertere in civitatem in pace; & Achimaas filius tuus, & Jonathas filius Abiathar, duo filii veſtri, ſint vobiſcum.

c Sacerdos qui vides & prophetas per Urim & Thummim. Exod. c. 18. 5.

28. Ecce ego abſcondar in campeſtribus deſerti, donec veniat ſermo a vobis indicans mihi.

29. Reportaverunt ergo Sadoc, & Abiathar arcam Dei in Jeruſalem; & manſerunt ibi.

30. Porro David aſcendebat Clivum olivarum, ſcandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite *d*, ſed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite aſcendebat plorans.

d ſc. more lugentium.

31. Nuntiatum eſt autem David, quod & Achi-

Achitophel eſſet in conjuratione cum Abſalon, dixitque David: Infatua, quæſo, Domine conſilium Achitophel.

32. Cumque aſcenderet David ſummitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum *a*, ecce occurrit ei Chuſai Arachites *b*, ſciſſa veſte, & terra pleno capite.

a Convertendo ſe verſus montem Sion, ubi ſedes erat arcæ.
b ex civitate Arach, alias Edeſſa.

33. Et dixit ei David: Si veneris mecum eris mihi oneri;

34. Si autem in civitatem revertaris, & dixeris Abſalon: Servus tuus ſum, rex, ſicut fui ſervus patris tui, ſic ero ſervus tuus; diſſipabis conſilium Achitophel.

35. Habes autem tecum Sadoc, & Abiathar ſacerdotes; & omne verbum, quodcumque audieris de domo regis, indicabis Sadoc, & Abiathar ſacerdotibus.

36. Sunt autem cum eis duo filii eorum, Achimaas filius Sadoc, & Jonathas filius Abiathar; & mittetis per eos ad me omne verbum, quod audieritis.

37. Veniente ergo Chuſai amico David in civitatem, Abſalon quoque ingreſſus eſt Jeruſalem.

rzekł Dawid: Obroć w głupſtwo, proſzę Pánie, rádę Achitophel.

32. A gdy wſtępował Dawid ná wierzch gory, ná ktorey ſię miał pokłonić pánu, oto potkał ſię z nim Chuzai Aráchitczyk rozdárſzy ſzátę, á máiąc pełno źiemie ná głowie.

33. Y rzekł mu Dawid: Ieſli poydźieſz zemną, będźieſz mi ćiężek;

34. Lecz ieſli ſię do miáſtá wroćiſz, á rzeczeſz Abſalonowi: Ieſtem Krolu ſługą twoim, iákom był ſługą oycá twego, ták będę ſługą twoim; rozproſzyſz rádę Achitophel.

35. A maſz z ſobą Sádoká y Abiáthárą kápłány; á káżde ſłowo, ktore uſłyſzyſz z domu krolewſkiego, oznaymiſz Sádokowi y Abiáthárowi kápłanom.

36. A z nimi ſą dwá ſynowie ich Achimáás ſyn Sádokow, y Jonáthás ſyn Abiáthárow; y poſlećie przez nie do mnie káżde ſłowo, ktore uſłyſzyćie.

37. Gdy tedy przyſzedł Chuzái Dawidow przyiaćiel do miáſtá, Abſálon też wiáchał do Jeruzálem.

CAPUT XVI.

Siba falſo accuſans Miphiboſeth, bona ejus obtinet, 1. David Semei maledicentem occidi vetat, 5. Abſalon Jeruſalem ingreſſus, conſilio Achitophel ad concubinas patris ſui publice ingreditur 16.

*Eodem anno 2981. Ant. Chr. 1023.

1. CUmque David tranſiſſet paululum montis verticem, apparuit* Siba puer Miphiboſeth in occurſum ejus, cum duobus aſinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis uvæ paſſæ, & centum maſſis palatharum *c*, & utre vini.

c Chaldæus habet caricarum ſeu ficuum aridarum.

2. Et dixit rex Sibæ: Quid ſibi volunt hæc? Reſponditque Siba: Aſini, domeſticis regis ut ſedeant; panes & palathæ, ad veſcendum pueris tuis; vinum autem, ut bibat, ſibi quis defecerit in deſerto.

3. Et ait rex: Ubi eſt filius domini tui? *d* Reſponditque Siba regi: Remanſit in Jeruſalem, dicens: Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum patris mei.

d Infr. 19. 27.

4. Et ait rex Sibæ: Tua ſint omnia, quæ fuerunt Miphiboſeth. Dixitque Siba: Oro, ut inveniam gratiam coram te, domine mi rex.

5. Venit ergo rex David uſque Bahurim; & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus

ROZDZIAŁ XVI.

Sybá falſzywie oſkárżiwſzy Miphibozethá otrzymał mdiętnośći iego. Semei łáiał Krolowi, á iáko to znioſł Dawid. Abſálon wſzedſzy do Jeruſalem, z rady Achitophelá, żony Dawidowe iawnie zgwałćił.

1. A Gdy Dawid przeſzedł trochę wierzch gory, ukazał ſię Sibá ſłużebnik Miphibozethow przećiwko iemu z parą oſłow, ktorzy nałożeni byli dwiemá ſty chlebow, y ſtem wiązánek fig, y łagwicą winá.

2. Y rzekł Krol do Siby: Ná co to? Odpowiedźiał Sibá: Oſłowie dla czeládźi krolewſkiey, áby ná nie wśiedli; á chleb y figi, áby iedli ſłudzy twoi; á wino áby pił, ieſliby kto uſtał w puſczy.

3. Y rzekł Krol: A gdźie ieſt ſyn pánú twego? Y odpowiedźiał Sibá krolowi: Zoſtał w Jeruzálem, mowiąc: Dźiśia mi przywroći dom Izráelow kroleſtwo oycá mego.

4. Y rzekł Krol Sibie: Twoie niech będźie wſzytko, co było Miphibozethá. Y rzekł Sibá: Proſzę, ábych nálazł łáſkę przed tobą, pánie moy Krolu.

5. Y przyſzedł Krol Dáwid áż do Báhurim; á oto wychodźił ztámtąd mąż z rodu domu Sau

Saulowego, imieniem Semei, syn Ger, y postępował wychodząc, y złorzeczył,

6. Y ćiskał kámieńmi ná Dawidá, y ná wszytkie sługi królá Dawidá; á wszytek lud, y wszytko rycerstwo szli po práwey y po lewey stronie Królá.

7. A Semei ták mowił, gdy złorzeczył Krolowi: Winidź, wynidź mężu krwie, á mężu Beliál.

8. Oddał ći Pan wszytkę krew domu Saulowego; boś się wdárł ná Krolestwo zań, y dał Pan krolestwo w rękę Absálona syná twego, á oto ćię śćiskáią złośći twe, boś iest człowiek krwi.

9. Y rzekł Abizái syn Sárwiiey Krolowi: Czemu złorzeczy ten zdechły pies pánu memu krolowi? poydę, á utnę głowę iego.

10. Y rzekł Krol: Co mnie y wam synowie Sárwiiey? dáyćie mu pokoy, áby złorzeczył; ábowiem Pan kazał mu złorzeczyć Dawidowi; á ktoż iest, ktoby śmiał rzec: Czemu ták uczynił?

11. Y rzekł Krol Abizái, y wszystkim sługom swoim: Oto syn moy, ktory wyszedł z żywotá mego szuka dusze moiey; iáko dáleko więcey teraz syn Jemini? dopuśćie mu, że złorzeczy według roskazánia Páńskiego.

12. Iesli snać weyźrzy Pan ná utrapienie moie, á odda mi Pan dobrym zá złorzeczenie to dźiśieysze.

13. A ták Dawid szedł, y z nim towárzysze iego drogą. A Semei po wierzchu gory zboku szedł przećiw iemu złorzecząc, y ćiskáiąc nań kámieńmi, y sypiąc źiemią.

14. Przyszedł tedy Krol y wszytek lud znim sprácowány; y ochłodźili się tám.

15. A Absálon y wszytek lud iego weszli do Jeruzálem, ále y Achitophel z nim.

16. A gdy przyszedł Chuzai Árachitczyk przyiaćiel Dawidow do Absálona, rzekł do niego: Witay Krolu, witay Krolu.

17. Ktoremu rzekł Absalon: Tákaż to iest łáská twoiá ku przyiaćielowi twemu? przecześ nie szedł z przyiaćielem twoim?

18. Odpowiedźiał Chuzai Absálonowi: Nie; bo tego będę, ktorego obrał Pan, y wszytek ten lud, y wszytek Izráel; y z tym mieszkáć będę.

19. A iż to iesce przydam: Komuż ia służyć bedę?

domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebatque egrediens, & *a* maledicebat,

6. Mittebatque lapides contra David, & contra universos servos regis David; omnis autem populus, & universi bellatores a dextro, & a sinistro latere regis incedebant.

7. Ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi: Egredere, egredere vir sanguinum *b*, & vir Belial *c*.

8. Reddidit tibi Dominus universum sanguinem domus Saul; quoniam invasisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalon filii tui; & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es.

9. Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi: Quare maledicit canis hic mortuus *d* domino meo regi? vadam, & amputabo caput ejus.

10. Et ait rex: Quid mihi, & vobis est filii Saruiæ? dimittite eum, ut maledicat; Dominus enim præcepit *e* ei, ut malediceret David; & quis est, qui audeat dicere: quare sic fecerit?

11. Et ait rex Abisai, & universis servis suis: Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quærit animam meam; quanto magis nunc filius Jemini *f*? dimittite eum, ut maledicat juxta præceptum Domini;

12. Si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.

13. Ambulabat itaque David, & socii ejus per viam cum eo. Semei autem per jugum montis ex latere, contra illum *g* gradiebatur, maledicens & mittens lapides adversum eum, terramque spargens.

14. Venit itaque rex, & universus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi *h*.

15. Absalon autem & omnis populus ejus *i* ingressi sunt Jerusalem, sed & Achitophel cum eo.

16. Cum autem venisset Chusai Arachites amicus David ad Absalon, locutus est ad eum: Salve rex, salve rex.

17. Ad quem Absalon: Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non ivisti cum amico tuo?

18. Respônditque Chusai ad Absalon: Nequaquam; quia illius ero, quem elegit Dominus, & omnis hic populus, & universus Israel, & cum eo manebo.

19. Sed ut & hoc inferam: cui ego servitu-rus

a 3 Reg. 28.
b i. homicida.
c seu improbe.
d i. vilissimus.
e i permisit, eoque velut instrumento utitur.
f i. de tribu Benjamin.
g i. ex adverso.
h in oppido Bahurim.
i Alii leg. Israel.

rus sum? nonne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi.

20. Dixit autem Absalon ad Achitophel; Inite consilium, quid agere debeamus.

21. Et ait Achitophel ad Absalon: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum; ut, cum audierit omnis Israel quod fœdaveris *a* patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.

a 70. confuderis seu dehonestaveris

22. Tetenderunt *b* ergo Absalon tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo Israel.

b Sup. 12. 11.

23. Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum; sic *c* erat omne consilium Achitophel, & cum esset cum David, & cum esset cum Absalon.

c sc. ad modum divini oraculi,

będę? áza nie synowi krolewskiemu? iákom słuchał oycá twego, ták będę słuchał y ćiebie.

20. Y rzekł Absálon do Achitophelá: Rádźćiesz, co czynić mamy.

21. Y rzekł Achitophel do Absáloná: Wnidź do nałożnic oycá twego, ktore zostáwił dla straży domu; áby, gdy usłyszy wszytek Izráel, żeś zelżył oycá twego, zmocniły się ręce ich z tobą.

22. A ták rozbili Absálonowi námiot ná Sali, y wszedł do nałożnić oycá swego przed wszytkim Izráelem.

23. A rádá Achitophelá, ktorą dawał w one dni, iáko gdyby się kto rádźił Bogá; ták byłá wszelka rádá Achitophelowá, y gdy był z Dawidem, y gdy był z Absálonem.

CAPUT XVII.

Achitophel vult, ut Absalon impetu irruat in patrem, 1. Chusai dissipat consilium Achitophel, 5. Id per nuntios intelligens David, 18. Consilio Chusai transit Jordanem, quare se suspendit Achitophel. Tres amici David munera adferunt ne populus deficeret. 27.

1. Dixit * ergo Achitophel ad Absalon: Eligam mihi duodecim millia virorum & consurgens persequar David hac nocte.

*Eodem ann. 2981. Ant. Chr. 1023.

2. Et irruens super eum (quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiam eum: cumque fugerit omnis populus, qui cum eo est, percutiam regem desolatum *d*.

d & desertum ab aliis.

3. Et reducam universum populum, quomodo unus homo reverti solet; unũ enim virũ tu quæris; & omnis populus erit in pace.

4. Placuitque sermo ejus Absalon, & cunctis majoribus natu Israel.

5. Ait autem Absalon: Vocate Chusai Arachiten, & audiamus, quid etiam ipse dicat?

6. Cumque venisset Chusai ad Absalon, ait Absalon ad eum: Hujuscemodi sermonem locutus est Achitophel; facere debemus, an non? quod das consilium?

7. Et dixit Chusai ad Absalon: Non est bonum consilium, quod dedit Achitophel hac vice.

8. Et rursum intulit Chusai: Tu nosti patrem tuum, & viros, qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo, veluti si ursa raptis catulis in saltu sæviat: sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo.

9. For-

ROZDZIAŁ XVII.

Achitophel rádzy, áby Absálon pędem uderzył ná Dawidá. Chuzái zepsował rádę Achitophelowę, á też oznaymił Dawidowi, ktory zá porádą Chuzái przepráwił się przez Jordan; dla czego obieśił się Achitophel. Trze przyiaćiele Dawidá potrzebámi podeymuią.

1. Rzekł tedy Achitophel do Absáloná: Wybiorę sobie dwánaśćie tyśięcy mężow, á wstawszy śćigáć będę Dawidá tey nocy.

2. A przypadszy nań (ponieważ sprácowány iest y upádłych rąk) porážę go; á gdy ućiecze wszytek lud, ktory iest z nim, zábiię królá opuszczonego.

3. Y przywrocę wszytek lud, iáko się zwykł ieden człowiek wrácáć; bo iednego mężá ty szukasz; tedy wszytek lud będźie w pokoiu.

4. Y spodobáłá się rádá iego Absálonowi, y wszytkim stárszym Izráelowym.

5. Y rzekł Absálon: Przyzowćie Chuzái Aráchitczyká, á słuchaymy co on też powie?

6. A gdy przyszedł Chuzái do Absáloná, rzekł Absálon do niego: Táką mowę mowił Achitophel: mamli uczynić, czyli nie? co zá rádę dáiesz?

7. Y rzekł Chuzái do Absáloná: Nie dobra to rádá, ktorą teraz dał Achitophel.

8. Y przydał iescze Chuzái: Ty znasz oycá twego y męże, ktorzy z nim są, że są bárzo mocni, á gorzkiego sercá, iáko gdyby niedźwiedźicá, ktorey pobrano dźieći, srożyłá się w leśie; lecz y oćiec twoy iest mąż waleczny, y niezmieszka z ludem.

9. A

9. A podobno śię teraz kryie w dołách, ábo ná iednym, ktorym chce, mieyſcu; á gdy polęże ktokolwiek ieden ná przodku, uſłyſzy ktokolwiek uſłyſzy, y rzecze: ſstáłá ſię porażká w ludu, ktory ſzedł zá Abſálonem.

10. Y káżdy namężnieyſzy, ktorego ſerce ieſt iáko lwie, przelęknie ſię; bo wie wſzytek lud Izráelſki, że mąż mocny ieſt oćiec twoy, y mężni wſzyſcy, ktorzy ſą z nim.

11. Ale to ſię mnie widźi dobra rádá: Niech ſię do ćiebie zbierze wſzytek Izráel od Dan áż do Berſábee, iáko piáſek morſki niezliczony; á ty będźieſz w pośrzodku ich.

12. Y przypádniemy náń, ná ktorymkolwiek mieyſcu náleźion będźie; á okryiemy go iáko zwykłá rosá pádáć ná źiemię; y nie zoſtáwiemy z mężow, ktorzy z nim ſą, áni iednego.

13. A ieſli wnidźie do ktorego miáſtá, wſzytek Izráel obtoczy miáſto powrozámi, y poćiągniemy ie do potoká, że ſię nie naydźie áni kámyk z niego.

14. Y rzekł Abſálon y wſzyſcy mężowie Izráelſcy: Lepſza ieſt rádá Chuzái Aráchiteyczyká, niżli rádá Achitophel; A Páńſkim zrządzeniem rozerwána ieſt rádá Achitophel pożyteczna, áby przywiodł Pan ná Abſáloná złe.

15. Y rzekł Chuzái Sádokowi y Abiátháro-wi kápłanom: Ták á ták rádźił Achitophel Abſálonowi y ſtarſzym Izraelſkim; á iam dał táką á táką rádę.

16. Teraz tedy poślićie co rychley, á powiedźćie Dawidowi, rzekąc: Nie mieſzkay tey nocy ná polách puſczy, ále bez odwłoki przeydźi, by ſnać nie był pożárt krol y wſzytek lud, ktory z nim ieſt.

17. A Jonáthás y Achimáás ſtali u ſtudnie Rogelá; ſzłá ſłużebnicá y powiedźiáłá im: á oni poſzli, żeby odnieśli do krolá Dawidá poſelſtwo; bo niemogli ſię ukázáć, ábo wniść do miáſtá.

18. Ale obaczył ie niektory ſłużebnik, y powiedźiał Abſálonowi; ále oni co wſkok weſzli w dom iednego człowieká w Báhurim, ktory miał ſtudnią ná podworzu, y ſpuśćili ſię do niey.

19. A niewiáſtá wźięłá pláchtę y rozćiągnęłá nád wierzchem ſtudnie, iákoby ſuſząc krupy ięczmienne, y ták ſię rzecz zátáiłá.

20. A gdy przyſzli ſłudzy Abſálonowi w dom do niewiáſty, rzekli: Gdźie ieſt Achimáás

9. Forſitan nunc latitat in foveis, aut in uno, quo voluerit, loco: & cum ceciderit unus quilibet in principio, audiet quicumque audierit & dicet: Facta eſt plaga in populo, qui ſequebatur Abſalon.

10. Et fortiſſimus quisque, cujus cor eſt quaſi leonis, pavore ſolvetur: ſcit enim omnis populus Iſrael, fortem eſſe patrem tuum, & robuſtos omnes, qui cum eo ſunt.

11. Sed hoc mihi videtur rectum *a* eſſe conſilium: Congregetur ad te univerſus Iſrael, a Dan usque Berſabee, quaſi arena maris innumerabilis; & tu eris in medio eorum.

12. Et irruemus ſuper eum in quocumque loco inventus fuerit; & operiemus eum, ſicut cadere ſolet ros ſuper terram; & non relinquemus de viris, qui cum eo ſunt, ne unum quidem.

13. Quod ſi urbem aliquam fuerit ingreſſus, circumdabit omnis Iſrael civitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, ut non reperiatur ne calculus *b* quidem ex ea.

14. Dixitque Abſalon, & omnes viri Iſrael: Melius eſt conſilium Chuſai Arachitæ, conſilio Achitophel; Domini autem nutu *c* diſſipatum eſt conſilium Achitophel utile, ut induceret Dominus ſuper Abſalon malum.

15. Et ait Chuſai Sadoc, & Abiathar ſacerdotibus: Hoc, & hoc modo conſilium dedit Achitophel Abſalon, & ſenioribus Iſrael; & ego tale, & tale dedi conſilium.

16. Nunc ergo mittite cito, & nuntiate David, dicentes: Ne moreris nocte hac in campeſtribus deſerti, ſed absque dilatione transgredere; ne forte abſorbeatur rex, & omnis populus, qui cum eo eſt.

17. Jonathas autem, & Achimaas ſtabant juxta Fontem Rogel *d*; abiit ancilla *e*, & nuntiavit eis; & illi profecti ſunt, ut referrent ad regem David nuntium; non enim poterant videri, aut introire civitatem.

18. Vidit autem eos quidam puer, & indicavit Abſalon; illi vero concito gradu ingreſſi ſunt domum cujusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in veſtibulo ſuo, & deſcenderunt in eum

19. Tulit autem mulier, & expandit velamen ſuper os putei, quaſi ſiccans ptiſanas *f* & ſic latuit res.

20. Cumque veniſſent ſervi Abſalon in domum, ad mulierem dixerunt: Ubi eſt Achimaas,

a Bonum & utile, ſubaudiens in Davidis commodum.

b i. lapis.

c Hebr. præcepto.

d i. fullonis,

e ſc. ſpecie lavandi pannos.

f grana hordei decorticata vel alia ad polentam inde conficiendam.

maas, & Jonathas? Et reſpondit eis mulier: Tranſierunt feſtinanter, guſtata paululum aqua. At hi, qui quærebant, cum non reperiſſent, reverſi ſunt in Jeruſalem.

21. Cumque abiiſſent, aſcenderunt illi de puteo, & pergentes nuntiaverunt regi David, & dixerunt: Surgite, & tranſite cito fluvium *a*: quoniam hujuſcemodi dedit conſilium contra vos Achitophel.

a Jordanem.

22. Surrexit ergo David, & omnis populus, qui cum eo erat, & tranſierat Jordanem, donec diluceſceret; & ne unus quidem reſiduus fuit, qui non tranſiiſſet fluvium.

23. Porro Achitophel videns, quod non fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtravit aſinum ſuum, ſurrexitque, & abiit in domum ſuam, & in civitatem ſuam; & diſpoſita domo, ſuſpendio interiit, & ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui.

24. David autem venit in Caſtra *b*, & Abſalon tranſivit Jordanem, ipſe & omnes viri Iſrael cum eo.

b Nomen loci de quo Gen. 32. v. 2.

25. Amaſam vero conſtituit Abſalon pro Joab ſuper exercitum; Amaſa autem erat filius viri, qui vocabatur Jetra de Jeſraeli, qui ingreſſus eſt ad Abigail filiam Naas *c*, ſororem Saruiæ, quæ fuit mater Joab.

c ſeu Jeſſe, v. 1. Par. 2. v. 13.

26. Et caſtra metatus eſt Iſrael cum Abſalon in terra Galaad.

27. Cumque veniſſet David in Caſtra, Sobi filius Naas *d* de Rabbath filiorum Ammon, & Machir filius Ammihel de Lodabar, & Bezellai Galaadites de Rogelim,

d quem David loco Hanon fratris regem conſtituerat. S. Hieron.

28. Obtulerunt ei ſtratoria, & tapetia, & vaſa fictilia, frumentum, & hordeum, & farinam, & polentam, & fabam, & lentem, & frixum cicer,

29. Et mel, & butyrum, oves, & pingues vitulos; dederuntque David & populo, qui cum eo erat, ad veſcendum; ſuſpicati enim ſunt, populum fame, & ſiti fatigari in deſerto.

máás y Jonáthás? Y odpowiedźiáłá im niewiáſtá: Przeſzli prędko ſkoſztowawſzy trochę wody. A ći, co ſzukáli, nie nálazſzy, wróćili ſię do Jeruzalem.

21. A gdy odeſzli, wyleźli oni z ſtudnie, á ſzedſzy oznaymili Krolowi Dawidowi, y rzekli: Wſtańćie, á przeprawćie ſię co rychley przez rzekę, bo táką rádę dał przećiwko wam Achitophel.

22. A ták wſtał Dawid, y wſzytek lud, ktory z nim był, y przepráwili ſię przez Jordan áż rozedniáło; y áni ieden nie zoſtał, ktoryby ſię przez rzekę nie przepráwił.

23. Lecz Achitophel widząc, że ſię nie ſtáłá rádá iego, ośiodłał oſłá ſwego, y wſtał, y iachał do domu ſwego, y do miáſtá ſwego; á rozpráwiwſzy dom ſwoy obieśił ſię, y pogrzebion ieſt w grobie oycá ſwego.

24. A Dawid przyſzedł do obozu. A Abſálon przepráwił ſię przez Jordan ſam y wſzyſcy mężowie Izráelſcy z nim.

25. A Abſálon poſtánowił Amázę miáſto Joábá nád woyſkiem; Amázá záś był ſyn męża, ktorego zwano Jetrá z Jezráeli, ktory wſzedł do Abigáil corki Náás śioſtry Sárwiiey, ktora byłá mátką Joábową.

26. Y położył ſię obozem Izráel z Abſálonem w źiemi Galáád.

38. Dixitque Semei regi: Bonus ſermo. Sicut locutus eſt dominus meus rex, ſic faciet ſervus tuus. Habitavit itaque Semei in Jeruſalem diebus multis.

39. Factum eſt autem poſt annos tres, ut fugerent ſervi Semei ad Achis filium Maacha regem Geth; nuntiatumque eſt Semei, quod ſervi ejus iſſent in Geth.

40. Et ſurrexit Semei, & ſtravit aſinum ſuum, ivitque ad Achis in Geth ad requirendum ſervos ſuos, & adduxit eos de Geth.

41. Nuntiatum eſt autem Salomoni, quod iſſet Semei in Geth de Jeruſalem, & rediiſſet.

42. Et mittens vocavit eum, dixitque illi: Nonne teſtificatus ſum *f* tibi per Dominum & prædixi tibi: Quacumque die egreſſus, ieris huc & illuc, ſcito te eſſe moriturum? Et reſpondiſti mihi: Bonus ſermo, quem audivi.

43. Quare ergo non cuſtodiſti jusjurandum Domini, & præceptum, quod præceperam tibi?

44. Dixitque rex ad Semei: Tu noſti omne

a Nam ſupplicium de impio ſumptum etiam in loco ſacro, non minus grata Deo hoſtia quam arietum aut vitulorum ait Abulenſis; ſed Tirinus cenſet reluctantem ab altari avulſum, & extra tabernaculum ſupplicio affectum fuiſſe.

b 2. Reg. 3. 27.

c 2. Reg. 20. 10.

d Amputato capite, ut ait Joſephus.

e q. d. ſi exceſſeris vel tantulo ſpatio.

f Hebr. ju ravi, i. e. ad jurans, te feci jurare.

ne malum, cujus tibi confcium eft cor tuum, quod fecifti David patri meo; reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum.

45. Et rex Salomon benedictus *a* & thronus David erit ftabilis coram Domino usque in fempiternum.

a Sit vel erit a Domino.

46. Juffit itaque rex Banaiæ filio Joiadæ; qui egreffus, percuffit eum, & mortuus eft.

CAPUT III.

Salomon accipit in uxorem filiam Pharaonis; 1. Sapientiam in fomno petit; quam una cum divitiis & gloria accipit 5. Mox eam in dirimenda meretricum lite oftendit, 16.

* 2. Par. 1. 1. Anno M. 2991. Ant. Chr. 1013. Ætatis Salomonis 20. ejus regni 3. *b* 2. Par. 8. 11.

1. CONfirmatum * eft igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate conjunctus eft Pharaoni regi Ægypti; accepit namque filiam ejus, & adduxit in civitatem David, donec compleret *b* ædificans domum fuam, & domum Domini, & murum Jerufalem per circuitum.

2. Attamen populus immolabat in excelfis; non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum.

3. Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris fui excepto quod in excelfis immolabat, & accendebat thymiama.

4. Abiit itaque in Gabaon, ut immolaret ibi; illud quippe erat excelfum maximum *c*; mille hoftias in holocauftum obtulit Salomon fuper altare illud in Gabaon.

c Non mole, fed dignitate, locus prius & legitime defignatus pro facrificiis.

5. Apparuit autem Dominus Salomoni per fomnium nocte, dicens: Poftula, quod vis, ut dem tibi.

6. Et ait Salomon: Tu fecifti cum fervo tuo David patre meo mifericordiam magnam, ficut ambulavit in confpectu tuo in veritate, & juftitia, & recto corde tecum; cuftodifti ei mifericordiam tuam grandem, & dedifti ei filium fedentem fuper thronum ejus, ficut eft *d* hodie.

d Seu palam apparet.

7. Et nunc Domine Deus, tu regnare fecifti fervum tuum pro David patre meo; ego autem fum puer parvulus, & ignorans egreffum & introitum meum.

8. Et fervus tuus in medio eft populi, quem elegifti, populi infiniti, qui numerari & fupputari non poteft præ multitudine.

9. Da-

tko złe, ktorego ieft świádome ferce twoie, ktoreś uczynił Dawidowi oycu memu; oddał Pan złość twoię ná głowę twoię.

45. A krol Sálomon błogofłáwiony y ftolicá Dawidowá będźie utwierdzona przed Pánem áż ná wieki.

46. Y rofkazał krol Bánáiei fynowi Joiády; ktory wyfzedfzy zábił go, y umárł.

ROZDZIAŁ III.

Sálomon poiąwfzy żonę czorkę Pháráon, profił Páná Bogá w śnie o mądrość, ktorą z bogactwiem, y z fławą otrzymał; co fię náprzod okazáło przy rozfądku dwu nierządnic o dźiećię.

1. UTwierdźiło fię tedy kroleftwo w ręce Sálomonowey, y fpowinowáćił fię z Pháráonem krolem Ægyptfkim; bo poiął corkę iego, y przynioſł do miáftá Dawidowego, áżby był fkończył buduiąc dom fwoy, y dom páńfki, y mur Jerozolimfki w około.

2. Wfzákoż lud ofiárował ná wyżynách; bo nie był zbudowány Kośćioł imieniowi Páńfkiemu, áż do dniá onego.

3. Y miłował Sálomon Páná, chodząc w przykazániách Dawidá oycá fwego, wyiąwfzy iż ná wyżynách ofiárował, y zápalał kádźidło.

4. Szedł tedy do Gabáon, áby tám ofiárował; bo tá byłá wyżyná nawiętfza; tyśiąc ofiar ná cáłopalenie ofiárował Sálomon ná onym ołtarzu w Gábáon.

5. Y ukazał fię Pan Sálomonowi przez fen w nocy, mowiąc: Proś, czego chcefz, żeć dam.

6. Y rzekł Sálomon: Tyś uczynił z flugą twoim Dawidem oycem moim miłośierdźie wielkie, iáko chodźił przed oczymá twemi, w prawdźie y w fprawiedliwośći, y proftym fercem z tobą; záchowałeś mu miłośierdźie twoie wielkie, y dałeś mu fyná śiedzącego ná ftolicy iego, iáko ieft dźiśia.

7. A teraz Pánie Boże, tyś uczynił krolem flugę twego miáfto Dawidá oycá mego; á iam ieft pacholę máłe, á nieznáiące wyfzćia, y wefzćia mego.

8. A flugá twoy ieft w pośrzodku ludu, ktoryś obrał, ludu niezliczonego, ktory prze mnoftwo nie może bydź policzony, áni poráchowány.

9. A

9. A przeto day ſludze twemu ſerce rozumne, áby mogł twoy lud ſądźić, y rozeznáć między złym á dobrym; bo ktoż może ſądźić lud ten, lud ten twoy wielki?

10. Podobáłá ſię tedy mowá przed Pánem, że Sálomon prośił tákiey rzeczy.

11. Y rzekł Pan Sálomonowi: Ześ słowá tego prośił, á nie żądałeś ſobie dni wiela, áni bogactw, ábo duſz nieprzyiaćioł twoich; áleś prośił ſobie o mądrość dla rozeznánia ſądu;

12. Otożemći uczynił według mowy twoiey, y dałemći ſerce mądre, y rozumne, ták áż żaden przed tobą nie był podobny tobie, áni po tobie powſtánie.

13. Lecz y to czegoś nie żądał, dałem tobie: to ieſt bogáctwá y ſławę, że żaden z krolow nie był podobny tobie wſzytkich przeſzłych czáſow.

14. A będźieſzli chodźił drogámi moimi, y ſtrzegł przykazań moich, y uſtaw moich, iáko twoy oyćiec chodźił, przedłużę dni twoie.

15. Ocućił ſię tedy Sálomon, y porozumiał, że był ſen; y przyiácháwſzy do Jeruzálem, ſtánął przed ſkrzynią przymierza Páńſkiego, y ofiárował cáłopalenia, y uczynił ofiáry zapokoyne, y wielką ucztę ná wſzytkie ſługi ſwoie.

16. Y przyſzły dwie niewieśćie wſzetecznice do krolá, y ſtánęły przed nim,

17. Z ktorych iedná rzekłá: Proſzę moy pánie: ia y tá niewiáſtá mieſzkáliſmy w iednym domu, y zległám u niey w komorze.

18. A trzećiego dniá po tym iákom porodźiłá, zległá też y tá; y byłyſmy poſpołu, á żaden inny nie był z námi w domu, oprocz nas dwoygá.

19. Y umárł ſyn tey niewiáſty w nocy; bo go ſpiąc przyległá.

20. Y wſtawſzy o połnocy, wźięłá ſyná mego od boku mnie ſłużebnice twoiey ſpiącey, y położyłá go ná łonie ſwoim; á ſyná ſwego, ktory był umárł, położyłá ná łonie moim.

21. A gdym wſtáłá ráno chcąc dáć mleká ſynowi memu, nálázłám umárłego; ktoremu przypátruiąc ſię pilniey w iáſny dźień, poznáłám, że nie był moy, ktoregom porodźiłá.

22. Y odpowiedźiáłá druga niewiáſtá: Nie ieſt ták, iáko powiádáſz; ále ſyn twoy umárł, á moy

9. Dabis *a* ergo ſervo tuo cor docile *b*, ut populum tuum judicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum. Quis enim poterit judicare populum iſtum, populum tuum hunc multum?

10. Placuit ergo ſermo coram Domino, quod Salomon poſtulaſſet hujuſcemodi rem.

11. Et dixit Dominus Salomoni *c*: Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum; ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum judicium;

12. Ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantum, ut nullus *d* ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit *e*.

13. Sed *f* & hæc, quæ non poſtulaſti, dedi tib: divitias ſcilicet, & gloriam, ut nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retro diebus.

14. Si autem ambulaveris in viis meis, & cuſtodieris præcepta mea, & mandata mea, ſicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.

15. Igitur evigilavit Salomon, & intellexit, quod eſſet ſomnium *g*; cumque veniſſet Jeruſalem, ſtetit coram arca fæderis Domini, & obtulit holocauſta, & fecit *h* victimas pacificas, & grande convivium univerſis famulis ſuis.

16. Tunc *i* venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, ſteteruntque coram eo,

17. Quarum una ait: Obſecro mi domine: ego & mulier hæc habitabamus in domo una, & peperi apud eam in cubiculo.

18. Tertia autem die poſtquam ego peperi, peperit & hæc; & eramus ſimul, nullusque alius nobiſcum in domo, exceptis nobis duabus.

19. Mortuus eſt autem filius mulieris hujus nocte; dormiens quippe oppreſſit eum.

20. Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio *k*, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocavit *l* in ſinu ſuo; ſuum autem filium, qui erat mortuus, poſuit in ſinu meo.

21. Cumque ſurrexiſſem mane, ut darem lac filio meo, apparuit mortuus; quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non eſſe meum, quem genueram.

22. Reſponditque altera mulier: Non eſt ita, ut dicis, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem

a 2. Par. 1. 10.
b Hebr. audiens ſeu obediens, 70. Sapiens.
c Dormienti, ſed propter preces, quas vigilans effuderat.
d ſc. Regum Iſrael, Sa.
e ſc. in ſapientia naturali, nam in ſupernaturali, Salomonem vicerunt, Adam, Moyſes, Prophetæ & Apoſtoli. Tirin.
f Sap. 7. 11. Matth. 6. 29.
g divinitus immiſſum.
h i. obtulit.
i Fer. 2 poſt. Dom 4. quadr.
k 70. media nocte.
l Non ex amore, ſed ex invidia dolens ſociam eo bono frui, quo ipſa ſe privarat.

autem vivit. E contrario illa dicebat: Mentiris: filius quippe meus vivit, & filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege.

23. Tunc rex rit: Hæc dicit, filius meus vivit, & filius tuus mortuus est. Et ista respondit: non, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit.

24. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladium. Cumque attulissent gladium coram rege,

25 Dividite, *a* inquit, infantem vivum in duas partes, & date dimidiam partem uni, & dimidiam partem alteri.

a sc. vos ministri seu satellites.

27. Dixit autem mulier, cujus filius erat vivus, ad regem (commota sunt quippe viscera ejus super filio suo) Obsecro domine, date illi infantem vivum, & nolite interficere eum. E contrario illa dicebat; Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur

27. Respondit rex, & ait: Date huic infantem vivum, & non occidatur; hæc est enim mater ejus.

28. Audivit itaque omnis Israel judicium, quod judicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum judicium.

á moy żyw. Przećiwnym záś obyczáiem oná mowiłá: Nieprawdę mowisz: bo syn moy żyw, á syn twoy umárł. Y ták się spieráły przed krolem.

23. Tedy krol rzekł: Tá mowi, syn moy żyw, á syn twoy umárł. A tá odpowiádá; nie, ále syn twoy umárł, á moy żyw.

24. Y rzekł krol: Przynieśćie mi mieczá. A gdy przyniesiono miecz przed krolá,

25. Rozdźielćie, pry, dźiećię żywe ná dwie częśći, á dáyćie połowicę iedney á połowicę drugiey.

26. Y rzekłá niewiástá, ktorey syn był żywy, do krolá; (bo się poruszyły wnetrznośći iey nád synem swoim) Proszę pánie, dayćie iey dźiećię żywe, á nie zábiiáyćie go. Przećiwnym obyczáiem owá mowiłá. Niech nie będźie áni mnie áni tobie, ále niech ie rozdźielą.

27. Odpowiedźiał krol, y rzekł: Dayćie tey dźiećię żywe, á nie zábiiáyćie go; bo tá iest mátká iego.

28. Y usłyszał wzystek lud Izráelski sąd, ktory krol osądźił, y bali się krolá, widząc że mądrość Boża byłá w nim ku czynieniu sądu.

C A P U T IV.

Numerantur principes & præfecti Salomonis, 1. Apparatus mensæ, pacisque securitas eo regnante. 21. Sapientia, parobolæ & carmina ejus. 29.

1. ERat autem rex Salomon regnans super omnem Israel;

2. Et hi principes, quos habebat: Azarias filius *b* Sadoc sacerdotis;

b i. nepos.

3. Elihoreph, & Ahia filii Sisa scribæ *c*; Josaphat filius Achilud a commentariis *d*;

c i. Secretarii.

d Historiographus.

4. Banaias filius Joiadæ super exercitum; Sadoc autem, & Abiathar *e* sacerdotes *f*.

e Probabiliter alius ab ejecto.

f Unus sc. summus, alter velut vicarius & suffraganeus.

3. Azarias filius Nathan, super eos, qui assistebant regi; Zabud filius Nathan sacerdos, amicus regis;

6. Et Ahisar præpositus domus; & Adoniram filius Abda super tributa.

7. Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præpebant annonam regi & domui ejus; per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant.

8. Et

R O Z D Z I A Ł IV.

Opisuie Kśiążętá y urzędniki Sálomonowe; potráwy y stoł iego, y pokoy zá niego, y liczbę przypowieśći y piosnek iego.

1. A Sálomon był krolem kroluiąc nád wszytkim Izráelem;

2. A te Xiążętá, ktore miał: Azáriás syn Sádoká kápláná;

3. Elihoreph y Ahia synowie Sisá pisárze; Jozápháth syn Ahilud Kánclerz;

4. Bánáiás syn Joiády nád woyskiem; á Sádok y Abiáthár kápłani.

5. Azáriás syn Náthán nád temi, ktorzy stáli przy krolu; Zabud syn Náthán kápłan, przyiaćiel krolewski;

6. Y Ahizár przełożony nád domem; á Adonirám syn Abdi nad pobory.

7. Lecz Sálomon miał dwánáśćie przełożonych nád wszytkim Izráelem, ktorzy dodawáli żywnośći krolowi y domowi iego; bo ná káżdy Mieśiąc przez rok ieden z nich pokrzeb dod: wał.

8. A

8. A te ſą imioná ich: Benhur ná gorze Ephráim.

9. Bendekár w Mákkes, y w Sálebim, y w Bethſames, y w Elon, y w Bethánán.

10. Benheſed w Aruboth; iego był Socho, y wſzytká źiemiá Epher.

11. Benábinádáb, ktorego wſzytek Nepháth-Dor, Tháphetę corkę Sálomonowę miał zá żonę.

12. Báná ſyn Ahilud rządźił Thánák y Mágeddo, y wſzytek Bethſán, ktory ieſt podle Sártháná pod Jezráhelem, od Bethſan áż do Abelmehulá przećiw Jekmáán.

13. Bengáber w Rámot Galáád; miał Auothiáir ſyná Mánáſſego w Galáád; on był nád wſzytką kráiną Argob, ktora ieſt w Baſán, nád ſześćiądźieśiąt miaſt wielkich, y murowánych, ktore miáły zámykánie miedźiáne.

14. Ahinádáb ſyn Addo rządźił w Mánáim.

15. Achimáás w Nephtálim; ále y on miał Bázemáthę corkę Sálomonowę zá żonę.

16. Báána ſyn Huſi w Azer, y w Báloth.

17. Jozáphát ſyn Phárue w Iſſáchár.

18. Semei ſyn Elá w Beniámin.

19. Gaber ſyn Uri w źiemi Galáád, w źiemi Sehon krolá Amorrheyſkiego, y Og krolá Bázán, nád wſzem, co było w oney źiemi.

20. Judá y Izráel niezliczony, iáko piaſek morſki w mnoſtwie iedząc, y piiąc á weſeląc ſię.

21. A Sálomon mieſzkał w páńſtwie ſwoim, máiąc wſzytkie kroleſtwá, od rzeki źiemie Philiſtyńſkiey áż do gránice Ægyptſkiey, ktorzy mu nośili dáry, y ſłużyli mu po wſzytkie dni żywotá iego.

22. A był obrok Sálomonow, ná każdy dźień trzydźieśći korcy czyſtey mąki, y ſześćdźieśiąt korcy mąki.

23. Dźieśięć wołow tłuſtych, á dwadźieśćiá wołow páſtewnych, y ſto báránow, oprocz łowu, ieleni, ſarn y báwołow, y ptáſtwá karmnego.

24. Bo on dźierżał wſzytkę kráinę, ktora byłá zá rzeką, od Táphſá áż do Gázán, y wſzytkie krole onych kráiow; á miał pokoy ze wſzech ſtron wokoło;

25. Y mieſzkał Judá y Izráel bez wſzelkiey boiáźni, káżdy pod winną máćicą ſwoią, y pod figą ſwoią, od Dán áż do Berſábee po wſzytkie dni Sálomonowe.

8. Et hæc nomina eorum: Benhur, in monte Ephraim.

9. Bendecar, in Macces, & in Salebim, & in Bethſames, & in Elon, & in Bethanan.

10. Benheſed in Aruboth; ipſius erat Socho, & omnis terra Epher.

11. Benabinadab, cujus omnis Nephat-Dor [a], Tapheth filiam Salamonis habebat uxorem.

12. Bana filius Ahilud regebat Thanac & Mageddo, & univerſam Bethſan, quæ eſt juxta Sarthana ſubter Jezrael, a Bethſan usque Abelmehula, e regione Jecmaan.

13. Bengaber in Ramoth Galaad; habebat Avothjair [b] filii Manaſſe in Galaad; ipſe præerat in omni regione Argob [c], quæ eſt in Baſan, ſexaginta civitatibus magnis, atque muratis, quæ habebant ſeras æreas.

14. Ahinadab filius Addo præerat in Manaim.

15. Achimaas in Nephthali; ſed & ipſe habebat Baſemath filiam Salomonis in conjugio.

16. Baana filius Huſi, in Aſer, & in Baloth.

17. Joſaphat filius Pharue, in Iſſachar.

18. Semei filius Ela, in Benjamin.

19. Gaber filius Uri, in terra Galaad, in terra Sehon regis Amorrhæi & Og regis Baſan, ſuper omnia, quæ erant in illa terra.

20. Juda & Iſrael innumerabiles [d], ſicut arena maris in multitudine, comedentes, & bibentes, atque lætantes.

21. Salomon [e] autem erat in ditione ſua, habens omnia regna a flumine terræ [f] Philiſthiim usque ad terminum Ægypti; offerentium ſibi munera, & ſervientium ei cunctis diebus vitæ ejus.

22. Erat autem cibus Salomonis per dies ſingulos triginta cori ſimilæ [g], & ſexaginta cori farinæ,

23. Decem boves pingues, & viginti boves paſcuales, & centum arietes, excepta venatione cervorum, caprearum, atque bubalorum, & avium altilium.

24. Ipſe enim obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flumen [h], a Thaphſa usque ad Gazan, & cunctos reges illarum regionum; & habebat pacem ex omni parte in circuitu.

25. Habitabatque Juda & Iſrael absque timore ullo, unusquisque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, a Dan usque Berſabee, cunctis diebus Salomonis.

[a] i. terminus Dor.
[b] i. Villas Jair.
[c] traconitide.
[d] ſc. erant.
[e] Eccli. 47. 15.
[f] alii a flumine ſc. Euphrate usque ad terram Philiſthiim, & usque &c.
[g] i. farinæ puriſſimæ.
[h] ſc. Euphratem.

a 2. Par. 9. 25. non videtur Salomon peccasse contra legem Deut. 17. v. 16. tot equos alendo quamdiu bonam intentionem & usum illorum habuit.
b i. equos in præsepiis. Sa.
c i. magnanimitatem, qua in opus conferebat, quæ sapientia & prudentia suggerebant.
d Eccli. 47. 16.
e i. Esdræ filio.
f hi illo tempore sapientiæ nomine erant celeberrimi.
g i. proverbia.

26. Et *a* habebat Salomon quadraginta millia præsepia *b* equorum currilium, & duodecim millia equestrium.

27. Nutriebantque eos supradicti regis præfecti; sed & necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo.

28. Hordeum quoque & paleas equorum & jumentorum deferebant in locum, ubi erat rex juxta constitutum sibi.

29. Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis *c*, quasi arenam, quæ est in littore maris.

30. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium & Ægyptiorū.

31. Et *d* erat sapientior cunctis hominibus, sapientior Ethan Ezrahita *e*, & Heman, & Chalcol, & Dorda, filiis Mahol *f*; & erat nominatus in universis gentibus per circuitum.

32. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas *g*; & fuerunt carmina ejus quinque & mille.

33. Et disputavit super lignis, a cedro, quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete; & disseruit de jumentis, & volucribus, & reptilibus, & piscibus.

34. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab universis regibus terræ, qui audiebant sapientiam ejus.

26. Y miał Sálomon czterdźieśći tyśięcy żłobow koni do wozow, á dwánaśćie tyśięcy do iázdy.

27. A opátrowáli ie wysszey pomienieni stárostowie krolewscy; lecz y potrzeby do stołu krolá Sálomoná z wielką pilnośćią dodawáli czásu swego.

28. Ięczmień też y słomę dla koni y mułow, woźili ná mieysce, gdźie był krol, według tego, iáko im ustáwiono.

29. Dał też Bog Sálomonowi mądrość, y rostropność bárzo wielką, y przestroność sercá iáko piásek, ktory iest ná brzegu morskim.

30. Y przechodźiłá mądrość Sálomonowá mądrość wszytkich ludźi Wschodnich, y Ægyptiánow.

31. Y był mędrszy nád wszytkie ludźie; mędrszy niż Ethán Ezráhitá, y Heman, y Chalkol, y Dordá synowie Máhol; y był sławny u wszech narodow okolicznych.

32. Mowił też Sálomon trzy tyśiące przypowieśći; á pieśni iego było tyśiąc y pięć.

33. Rozpráwiał też o drzewách od Cedru, ktory iest ná Libanie, áż do hyssopu, ktory wyrasta z śćiány; y mowił o źwierzętách, y ptákách, y płáźie, y o rybách.

34. Y przychodźili ze wszytkich narodow słucháć mądrośći Sálomonowey, y od wszytkich krolow źiemskich, ktorzy słyszeli mądrość iego.

CAPUT V.

Hiram Salomoni concedit ad templi ædificationem cæsores lignorum, 1. Numerus cæsorum, portantium onera, latomorum, & præfectorum eorum, 12.

* Anno M. 2992. Ant. Chr 1012.
h sc. gratulatum.
i tu nosti.
k seu adversarius conatibus meis, obsistens.

1. MIsit * quoque Hiram rex Tyri servos suos *h* ad Salomonem; audivit enim, quod ipsum unxissent regem pro patre ejus; quia amicus fuerat Hiram David omni tempore.

2. Misit autem Salomon ad Hiram, dicens:

3. Tu scis *i* voluntatem David patris mei, & quia non potuerit ædificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus.

4. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum; & non est satan *k*, neque occursus malus.

5. Quam-

ROZDZIAŁ V.

Hirám krol Tyrski dodał Sálomonu robotnikow ná budowánie Kośćiołá; liczbá porębnikow, niosących ćiężare, kámiennikow; y przełożonych

1. POsłał też Hirám Krol Tyru sługi swe do Sálomoná; bo słyszał, że go pomázano ná krolestwo miásto oycá iego; ábowiem Hirám był przyiaćielem Dawidowi przez wszytek czás.

2. Y posłał Sálomon do Hirám, mowiąc:

3. Ty wiesz wolą Dawidá oycá mego; á iż nie mogł budowáć domu imieniowi Páná Bogá swego, przed walkámi nálegáiącemi w około, áż ie dał Pan pod stopy nog iego.

4. Lecz teraz dał mi Pan Bog moy odpoczynienie zewsząd; y niemász przećiwniká, áni zábiegu złego.

5. Prze-

5. Przetoż myślę zbudowáć kośćioł imieniowi Páná Bogá mego, iáko mowił Pan Dawidowi oycu memu, rzekąc: Syn twoy, ktorego dam miásto ćiebie ná stolicę twoię, ten zbuduie dom imieniowi memu.

6. A ták przykaż, że mi náwyćináią sludzy twoi Cedru z Libanu, á sludzy moi niechay będą z slugámi twymi, á zapłátę slug twoich dam tobie, ktorąkolwiek żądać będźiesz; bo wiesz, iáko niemász między ludem moim mężá, ktoryby umiał drzewo wyrębowáć, iáko Sydończycy.

7. Gdy tedy usłyszał Hirám słowá Sálomonowe, urádował się bárzo, y rzekł: Błogosłáwiony Pan Bog dźiśia, ktory dał Dawidowi syná bárzo mądrego nád ludem tym wielkim.

8. Y posłał Hirám do Sálomoná, mowiąc: Słyszałem, o cośkolwiek wskazał do mnie; ia uczynię wszytkę wolą twoię około drzewá Cedrowego, y Jodłowego.

9. Słudzy moi złożą ie z Libanu do morzá, á ia złożę ie w tráfty ná morzu, áż ná mieysce, o ktorym mi dasz znáć, y przypławię ie tám, á ty ie pobierzesz; y dodasz mi potrzeb, áby byłá dána żywność domowi memu.

10. A ták Hirám dodawał Sálomonowi drzewá Cedrowego, y drzewá Jodłowego, według wszystkiey woli iego.

11. A Sálomon dawał Hiram dwádźieśćiá tyśięcy korcy psenice ná żywność domowi iego, y dwádźieśćiá korcy oliwy na zyistszey; to dawał Sálomon Hirám ná káżdy rok.

12. Dał też Pan mądrość Sálomonowi, iáko mu rzekł; y był pokoy między Hirám y Sálomonem, y uczynili obádwá przymierze.

13. Y obrał krol Sálomon robotniki ze wszego Izráelá, y było ná trzydźieśći tyśięcy mężow,

14. Y posyłał ie ná Liban, dźieśięć tyśięcy ná káżdy mieśiąc ná przemiány, ták że przez dwá mieśiącá byli w domiech swoich; á nád tym nákazániem przełożonym był Adonirám.

15. Miał też Sálomon śiedmdźieśiąt tyśięcy tych, co nośili brzemioná, á ośmdźieśiąt tyśięcy tych, ktorzy w gorze łamáli kámienie;

16. Oprocz przełożonych, ktorzy byli nád káżdą robotą liczbą trzech tyśięcy, y trzech set, ktorzy roskázowáli ludźiom, y tym, co robili.

5. Quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, sicut locutus est Dominus David patri meo, dicens: *a* Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.

6. Præcipe igitur, ut præcidant mihi servi tui cedros de Libano, & servi mei sint cum servis tuis; mercedem autem servorum tuorum dabo tibi, quamcumque petieris; scis enim, quomodo non est in populo meo vir, qui noverit ligna cædere, sicut Sidonii.

7. Cum ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, & ait: Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit David filium sapientissimum super populum hunc plurimum.

8. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: Audivi, quæcumque mandasti mihi, ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis.

9. Servi mei deponent ea de Libano ad mare; & ego componam ea in ratibus *b* in mari, usque ad locum *c*, quem significaveris mihi; & applicabo ea ibi, & tu tolles ea; præbebisque necessaria mihi, ut detur cibus domui meæ.

10. Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna juxta omnem voluntatem ejus.

11. Salomon autem præbebat Hiram coros tritici viginti millia, in cibum domui ejus, & viginti coros purissimi olei; hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos.

12. Dedit quoque *d* Dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei; & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus.

12. Elegitque *e* rex Salomon operarios de omni Israel, & erat indictio *f* triginta millia virorum.

14. Mittebatque eos in Libanum, decem millia per menses singulos vicissim, ita ut duobus mensibus essent *g* in domibus suis; & Adoniram erat super hujuscemodi indictione.

15. Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum, qui onera portabant, & octoginta millia latomorum *h* in monte;

16. Absque præpositis, qui præerant singulis operibus, numero trium millium & trecentorum, præcipientium populo, & his, qui faciebant opus.

a 2. Reg. 7. 13. 1. Par. 22. 10.

b truncis arborum colligatis.

c portum Joppe 2. Par. 2. 16.

d supr. 3. 12.

e Hebr. tulit nomine tributi.

f 70. tributum.

g i. manerent.

h Hebr. cædentium lapides.

17. Præcepitque rex, ut tollerent lapides grandes, lapides pretiofos, in fundamentum templi, & quadrarent eos;

18. Quos dolaverunt cæmentarii Salomonis, & cæmentarii Hiram; porro Giblii *a* præparaverunt ligna, & lapides ad ædificandam domũ.

a fc. ex Giblo urbe Phæniciæ

17. Y przykazał, krol żeby bráli kámienie wielkie, kámienie kosztowne ná fundáment kośćielny, y quádrowáli ie;

18. Ktore ćiosáli murárze Sálomonowi, y murárze Hirám; á Gibliowie nágotowáli drzewá y kámienie ná budowánie domu.

CAPUT VI.

Figura & fabrica templi quoad præcipuas ejus partes interiores, & exteriores defcribitur.

1. Factum eft * ergo *b* quadringentefimo octogefimo anno egreffionis filiorum Ifrael de terra Ægypti, in anno quarto, menfe Zio: (ipfe eft menfis fecundus) regni Salomonis fuper Ifrael, ædificari cœpit domus Domino.

2. Domus autem, quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat fexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta *c* cubitos in altitudine.

3. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, juxta menfuram latitudinis templi; & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi.

4. Fecitque in templo feneftras obliquas.

5. Et ædificavit fuper parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu.

6. Tabulatum, quod fubter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum fex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum feptem habens cubitos latitudinis. Trabes autem pofuit in domo per circuitum forinfecus, ut non hærerent muris templi.

6. Domus autem, cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata eft; & malleus, & fecuris, & omne ferramentum non funt audita in domo, cum ædificaretur.

8. Oftium lateris medii in patre erat domus dextræ; & per cochleam afcendebant in medium cœnaculum, & a medio in tertium.

9. Et ædificavit domum *d*, & confummavit eam; texit quoque domum laquearibus cedrinis.

10. Et ædificavit tabulatum fuper omnem domum quinque cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis.

11. Et

* Circa medium ann. 2992. anno 4. Salomonis ineunte, ante æram Chr. 1012. ab Abrahami migratione 909. poft diluvium 1336. per Jul. 3702.

b 2. Par 3. 1.

c fc. usque ad primum tabulatum.

d Templum ædificatum in monte Moria, ubi Ifaac immolatus eft. Gen. 22. & ubi David facrificium Deo pro avertenda pefte obtulit 2. Par 3. 1. * fignificat Chriftum & templum effe & verum Ifaac, qui mortis fuæ facrificio nocentiffimam animarum peftem avertat.

ROZDZIAŁ VI.

Kſztałt Kośćioła, y ſtukę wnętrzną y powierzchną opiſuie.

1. STáło fię tedy roku czterzyfetnego y ośmdźieśiątego wyfzćia fynow Izráelowych z źiemie Ægyptſkiey, roku czwartego mieśiącá Zyiá (ten ieft mieśiąc wtory) krolowánia Sálomonowego nád Izráelem, poczęto budowáć dom Pánu.

2. A dom, ktoty budował krol Sálomon Pánu, miał fześćdźieśiąt łokći wzdłuż, á dwádźieśćiá łokći w fzerz, á trzydźieśći łokći ná zwyfz.

3. A przyśionek był przed kośćiołem dwádźieśćiá łokiet wzdłuż, według miáry fzerokośći kośćiołá; á miał dźieśięć łokiet wfzerz przed kośćiołem.

4. Y poczynił w kośćiele okná pochodźifte,

5. Y zbudował ná śćienie kośćielney gmáchy w około, ná śćiánach domu koło kośćiołá y koło wyrocznice, y uczynił pobocznice wokoło.

6. Gmách, ktory niżfzy był, miał pięć łokiet w fzerz, á środni gmách fześć łokiet w fzerz, á trzeći gmách miał śiedm łokiet w fzerz. Trámy lepak położył w domu około z nadworza, áby nie przylegáły do murow kośćielnych.

7. A gdy dom budowano, budowano go z kámienia ćiofánego y wyrobionego; á młotá y śiekiery y wfzelákiego naczynia żelázne niefłycháć było w domu, gdy go budowano.

8. Drzwi środniego boku ná ftronie były domu práwey ręki; á po okrągłym wfchodźie wftępowano ná gmách środni, á z środniego ná trzeći.

9. Y budował dom, y dokończył go; y przykrył dom połápem Cedrowym.

10. Y zbudował piętro ná wfzytkim domie, pięć łokiet wzwyfz, y pokrył dom drzewem Cedrowym.

11. Y

11. Y sftáło fię ſłowo Páńſkie do Sálomoná, rzekąc.

12. Dom ten, ktory buduieſz, ieſli będźieſz chodźił w przykázániách moich, y ſądy moie czynić będźieſz, y záchowaſz wſzytkie roſkazánia moie chodząc w nich; utwierdzę mowę moię tobie, ktorąm mowił do Dawidá oycá twego.

13. Y będę mieſzkał w pośrzodku ſynow Izráelowych, y nie opuſczę ludu mego Izráelſkiego.

14. A ták budował Sálomon dom, y dokonał go.

15. Y zbudował śćiáni domu we wnątrz deſkámi Cedrowemi, ode tłá domu áż do wierzchu śćian, y áż do ſtropu okrył śćiány drzewem Cedrowym we wnątrz; á tło domu położył tárćicámi Jodłowemi.

16. Y zbudował ná dwudźieſtu łokiet w tył, kośćiołá gmáchy Cedrowe, ode tłá áż ku wierzchu; y uczynił wnętrzny dom wyrocznice ná święte świętych.

17. Ale ſam kośćioł był ná czterdźieśći łokiet przededrzwiámi wyrocznice.

18. A wſzytek dom we wnątrz był Cedrem oprawiony, máiąc toczenia, y ſugowánia ſwe bárzo foremne, y rzezánia wyſadzáiące ſię; wſzytko Cedrowemi deſkámi było okryto; y zgoła żaden kámień nie mogł bydź widźiány w śćienie.

19. Lecz wyrocznicę w pośrzodku domu we wnętrzney ſtronie był nágotował, áby tám poſtáwił ſkrzynię przymierza Páńſkiego.

20. A wyrocznicá miáłá dwádźieśćiá łokiet wzdłuż, y dwádźieśćiá łokiet w ſzerz, y dwádźieśćiá łokiet w zwyſz; y okrył ią. Y odźiał ſczerym złotem; ále ołtarz oſádźił Cedrem.

21. Dom też przed wyrocznicą okrył ſczyrem złotem, y przybił bláchy gwoźdźiámi złotemi.

22. Y nie było niczego w kośćiele, czegoby złotem nie okryto; ále y wſzytek ołtarz wyrocznice powłokł złotem.

23. Y uczynił w wyrocznicy dwá Cheruby z drzewá oliwnego, dźieśięć łokći ná zwyſz.

24. Pięć łokći iedno ſkrzydło Cherubá, á pięć łokći drugie ſkrzydło Cherubá; to ieſt, dźieśięć łokći máiące od końcá ſkrzydłá iednego áż do końcá ſkrzydłá drugiego.

25. Dźie-

11. Et factus eſt ſermo Domini ad Salomonem dicens:

12. Domus hæc, quam ædificas, ſi ambulaveris in præceptis meis. & judicia mea feceris, & cuſtodieris omnia mandata mea, gradiens per ea; firmabo ſermonem meum tibi *a*, quem locutus ſum ad David patrem tuum.

13. Et *b* habitabo in medio filiorum, Iſrael, & non derelinquam populum meum Iſrael.

14. Igitur ædificavit Salomon domum, & conſummavit eam.

15. Et ædificavit parietes domus intrinſecus tabulatis cedrinis, a pavimento domus usque ad ſummitatem parietum, & usque ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinſecus; & texit pavimentum domus tabulis abiegnis.

16. Ædifiaavitque viginti cubitorum ad poſteriorem partem templi tabulata cedrina, a pavimento usque ad ſuperiora; & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum ſanctorum,

17. Porro quadraginta cubitorum erat ipſum templum *c* pro foribus oraculi.

18. Et cedro omnis domus intrinſecus veſtiebatur, habens tornaturas, & juncturas ſuas fabrefactas, & cælaturas *d* eminentes; omnia cedrinis tabulis veſtiebantur; nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

19. Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini.

20. Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis & viginti cubitos altitudinis; & operuit illud, atque veſtivit auro puriſſimo. Sed & altare *e* veſtivit cedro *f*.

21. Domum quoque ante oraculum operuit auro puriſſimo, & affixit laminas clavis aureis.

22. Nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur; ſed & totum altare oraculi texit auro.

23. Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis.

24. Quinque cubitorum ala Cherub una, & quinque cubitorum ala Cherub altera; id eſt, decem cubitos habentes, a ſummitate *g* alæ unius usque ad alæ alterius ſummitatem.

25. Decem

a 2. Reg. 7. 16.
b i. 1. Par. 22. 9.
c i. pars illa, quæ dicitur Sanctum, Hebr. Hechal.
d ſc. florum & fructuum.
e ſc. thymiamatis.
f Chald. tabulis cedrinis.
g i. extremitate.

25. Decem quoque cubitorum erat Cherub fecundus; in menfura pari, & opus unum erat in duobus Cherubim,

26. Id eft, altitudinem habebat unus Cherub decem cubitorum, & fimiliter Cherub fecundus.

27. Pofuitque Cherubim in medio templi interioris; extendebant autem alas fuas Cherubim, & tangebant ala una parietem, & ala Cherub fecundi tangebat parietem alterum; alæ autem alteræ in media parte templi fe in vicem contingebant *a*.

28. Texit quoque Cherubim auro.

29. Et omnes parietes templi per circuitum fculpfit variis cælaturis & torno; & fecit in eis Cherubim, & palmas, & picturas varias, quafi prominentes de pariete, & egredientes.

30. Sed & pavimentum domus texit auro intrinfecus & extrinfecus *b*

31. Et in ingreffu oraculi fecit oftiola de lignis olivarum, poftesque angulorum quinque.

32. Et duo oftia de lignis olivarum; & fculpfit in eis picturam Cherubim, & palmarum fpecies, & anaglypha valde prominentia; & texit ea auro; & operuit tam Cherubim quam palmas, & cætera, auro.

33. Fecitque in introitu templi poftes de lignis olivarum quadrangulatos;

34. Et duo oftia de lignis abiegnis altrinfecus; & utrumque oftium duplex erat, & fe invicem tenens aperiebatur.

35. Et fculpfit Cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes; operuitque omnia laminis aureis opere quadro *c* ad regulam.

36. Et ædificavit atrium interius *d* tribus ordinibus *e* lapidum politorum, & uno ordine lignorum cedri.

37. Anno quarto *f* fundata eft domus Domini in menfe Zio *g*.

38. Et in anno undecimo, menfe Bul *h* (ipfe eft menfis octavus *i*) perfecta eft domus in omni opere fuo, & in univerfis utenfilibus fuis; ædificavitque eam annis feptem.

a fc. ita una tegebant arcam, & propitiatorium, ac Cherubim facta a Moyfe.

b fc. in oraculo & extra.

c i. perfecto.

d fc. facerdotum.

e i. coloribus.

f fc. regni fui.

g i. Aprili.

h fc. Octobri.

i ergo fpatio feptem annorum cum dimidio, eft ædificata, cœpta fcilicet menfe zio, qui eft fecundus (fub 6. 1) & abfoluta menfe octav. An. M. 3000. ineunte ante veram Chr. natalem ann. 1000. ante æram vulgari 1004.

25. Dźieśięć też łokći był Cherub drugi, w rowney mierze, y robotá iedná byłá we dwu Cherubách,

26. To ieſt wyſokość Cherubá iednego byłá ná dźieśiąći łokći, y tákże Cherubá drugiego

27. Y poſtáwił Cherubiny w pośrzodku kośćiołá wnętrznego; ále rośćiągáli ſkrzydłá ſwe Cherubowie, y dośięgáło ſkrzydło iedno śćiány, á ſkrzydło Cherubá drugiego dośięgáło śćiány drugiey; á drugie ſkrzydłá w pośrzodku kośćiołá dotykáły ſię iedno drugiego.

28. Powlokł też Cheruby złotem.

29. A wſzytkie śćiány kośćielne wokoło wyrzezał rozmáitym rzezániem, y toczeniem; y po[illegible]zynił ná nich Cheruby, y pálmy, y kwiáty rozmáite, iákoby ſię wydáiące z śćiány y wychodzące.

30. Lecz y tło domu położył złotem wewnątrz y zewnątrz.

31. A ná weſzćiu wyrocznice uczynił drzwiczki z drzewá oliwnego, á podwoie były ná pięć gráni.

32. A dwoie drzwi z drzewá oliwnego; y wyrył ná nich máłowánie Cherubim, y figury palm, y rzezánia bárzo wydátne; y powlokł ie złotem; y oprawił złotem ták Cheruby iáko y pálmy, y inne rzeczy.

33. Y uczynił w weſzćiu kośćiołá podwoie z drzewá oliwnego ná cztery gránie;

34. A dwoie drzwi z drzewá Jodłowego we wnątrz ku ſobie; á oboie drzwi dwoiſte były, y ſpołu ſię dźierżąc otwieráły ſię.

35. Y wyrzezał Cheruby y pálmy, y rzezánia bárzo wydátnie, y powlokł wſzytko bláchámi złotemi robotą gránowitą pod práwidło.

36. Y zbudował śień wnętrzną trzemá rzędomá kámienia ćioſanego, á iednym rzędem drzewá Cedrowego.

37. Roku czwartego ieſt záłożon dom Páńſki, mieśiącá Ziiá.

38. A roku iedennaſtego mieśiącá Bul (ten ieſt oſmy mieśiąc) dokonan ieſt dom ze wſzytką robotą ſwą, y ze wſzytkim naczyniem iego; a budował ji śiedm lat.

CAPUT VII.

Palatium Salomonis cum domo faltus Libani, 1, Porticus & domus filiæ Pharaonis, atque uxoris

ROZDZIAŁ VII.

Pałac. á dwor Salomonow, też dom láſu Libánu; tákże y dom żony iego, czorky Pháráona; rożmai-

rozmaite, y koſztowne naczynia, á ſprzęty domow, y kośćioła.

1. A Dom ſwoy budował Sálomon trzynáśćie lat, y zupełnie go dokonał.

2. Zbudował też dom łáſu Libanu ná ſto łokći w zdłuż, á ná pięćdźieśiąt łokći w ſzerz, á ná trzydźieśći łokći wzwyſz; y cztery chodniki między ſłupámi Cedrowemi; bo był wyćiął drzewá Cedrowe ná ſłupy.

3. A tárćicámi Cedrowemi pokrył wſzytek ſklep, ktory ſtał ná czterdźieśći y pięći ſłupiech. A ieden rząd miał ſłupow piętnáśćie,

4. Ieden przećiw drugiemu poſtáwionych,

5. Y przećiw ſobie ſtoiących, á był rowny płáć między ſłupámi, á ná ſłupiech drzewá ná cztery gránie we wſzem rowne.

6. Y przyśionek ſłupow uczynił pięćdźieśiąt łokiet w zdłuſz, á trzydźieśći łokiet w ſzerz; y drugi przyśionek przed więtſzym przyśionkiem, y ſłupy y kápitelle ná ſłupiech.

7. Uczynił też przyśionek ſtołeczny, w ktorym ieſt ſtolicá ſądowa; y przykrył drzewem Cedrowym ode tłá áż do wierzchu.

8. A domek, w ktorym śiadał ná ſąd, był w pośrzod przyśionká, tákąż robotą. Zbudował też dom corce Pháráonowey, (ktorą był wźiął zá żonę Sálomon) tákąż robotą, iáko y ten przyśionek.

9. Wſzytko kámieniem drogim, ktore pod ſznur iákiś y miárę ták wewnątrz, iáko y zewnątrz przepiłowáne było; od fundámentu, áż do wierzchu śćian, y ze wnątrz áż do śieni więtſzey.

10. A fundámenty z kámienia koſztownego, z kámienia wielkiego ná dźiśięći, ábo ná ośmi łokći.

11. A ná wierzchu kámienie koſztowne w rowney mierze ćioſáne było, y tákież też z Cedru.

12. A śień więtſza okrągła ze trzech rzędow z kámienia ćioſánego, á z iednego rzędu zheblowánego Cedru; tákże y w śieni domu Páńſkiego wnętrzney y w przyśionku domu.

13. Poſłał też krol Sálomon, y wźiął Hirámá z Tyru.

14. Syná niewiáſty wdowy z pokolenia Nephtháli, z oycá Tyriyczyká, rzemieśniká około miedźi pełnego mądrośći, y rozumu, y

uxoris ejus, 7. Varia & ſumptuoſiſſima domorum & templi Suppellex, 13,

1. Domum autem ſuam *a* ædificavit Salomon *b* tredecim annis, & ad perfectum usque perduxit.

2. Ædificavit quoque domum ſaltus Libani *c* centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis; & quatuor deambulacra inter columnas cedrinas; ligna quippe cedrina exciderat in columnas.

3. Et tabulatis cedrinis veſtivit totam cameram *d*, quæ quadraginta quinque columnis ſuſtentabatur. Unus autem ordo habebat columnas quindecim.

4. Contra ſe invicem poſitas,

5. Et e regione ſe reſpicientes, æquali ſpatio inter columnas, & ſuper columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia.

6. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis; & alteram porticum in facie majoris porticus; & columnas, & epiſtylia *e* ſuper columnas.

7. Porticum quoque ſolii, in qua tribunal eſt, fecit; & texit lignis cedrinis a pavimento usque ad ſummitatem.

8. Et domuncula, in qua ſedebatur ad judicandum, erat in media porticu, ſimili opere *f*. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (quam uxorem duxerat Salomon) tali opere, quali & hanc porticum.

9. Omnia lapidibus pretioſis, qui ad normam quamdam atque menſuram tam intrinſecus quam extrinſecus ſerrati erant; a fundamento usque ad ſummitatem parietum, & extrinſecus usque ad atrium majus.

10. Fundamenta autem de lapidibus pretioſis, lapidibus magnis decem ſive octo cubitorum.

11. Et deſuper lapides pretioſi æquales menſuræ ſecti erant, ſimiliterque de cedro.

12. Et atrium majus rotundum, trium ordinum de lapidibus ſectis, & unius ordinis de dolata cedro; nec non & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus.

13. Miſit quoque rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro *g*,

14. Filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio artificem ærarium, & plenum ſapientia, & intelligentia, & doctri-

a ſc. poſt templum.
b ſc annis 12. cum dimidio Conf. cap. 6. ſuper v. 38. & cap. 9. v. 10.
c ſic dictam, quia ex cedris Libani & quia Libanum referebat amœnitate.
d i. ſuperiorem domus partem.
e i. capitella.
f ſup. 3. 7.
g iſte Hiram ex patre de tribu Nephthali & matre de tribu Dan, ut patet 2. Par. c. 2. 13. & c. 4. 16. Tirius dicitur ob diuturnam iſtic habitationem.

na ad faciendum omne opus ex ære. Qui, cum venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus ejus.

15. Et finxit duas columnas æreas decem & octo cubitorum altitudinis columnam unam; *a* & linea duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque.

16. Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære; quinque cubitorum altitudinis capitellum unum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum;

17. Et quasi in modum retis, & catenarum sibi invicem miro opere contextarum. Utrumque capitellum columnarum fusile erat; septena versuum *b* retiacula in capitello uno, & septena retiacula in capitello altero.

18. Et perfecit columnas, & duos ordines per circuitum retiaculorũ singulorũ, ut tegerent capitella, quæ erant super summitatẽ, malogranatorũ; eodem modo fecit & capitello secundo.

19. Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant in porticu quatuor cubitorum,

20. Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper juxta mensuram columnæ contra retiacula; malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi

21. Et statuit duas columnas in porticu templi; cumq; statuisset columnam dexteram, vocavit eam nomine Jachin *c*; similiter erexit columnam secundam; & vocavit nomen ejus Booz *d*

22. Et super capita columnarũ opus in modũ lilii posuit, perfectumq; est opus columnarum.

23. Fecit *e* quoq; mare fusile decem cubitorum a labio usq; ad labium, rotundum in circuitu; quinq; cubitorũ altitudo ejus, & resticula *f* triginta cubitorum cingebat illud per circuitum.

24. Et sculptura super labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare; duo ordines sculpturarum striatarum *g* erant fusiles.

25. Et stabat super duodecim boves, e quibus tres respiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem; & mare super eos desuper erat; quorum posteriora universa intrinsecus latitabant.

26. Grossitudo autem luteris *h*, trium unciarum *i* erat; labiumque ejus, quasi labium calicis, & folium repandi *k* lilii; duo millia batos capiebat.

27. Et fecit decem bases æneas *l*, quatuor cubi-

a Jerem. 52, 21.

b i. gyrorum seu Zonarum.

c i. e. confirmat.

d i. fortitudo q. d. Dei fortitudo confirmet hanc domum.

e 2. Par. 4. 3.

f sc. in modum funis.

g i. excavatarum.

h i. conchæ, quam supra vocavit mare.

i Hebr. palmi.

k seu recurvi.

l mystice significant decem præcepta &c. sicut omnia, quæ sunt in universo, ita & omnia, quæ sunt in templo, mystice deserviunt ad explicandas dotes & virtutes dona & beneficia Christi, ejus Matris, & Sponsæ seu Ecclesiæ.

y náuki ná wszelką robotę z miedźi. Ktory, gdy przyszedł do królá Sálomoná, spráwił wszytkie roboty iego.

15. Y urobił dwá słupy miedźiáne; ieden słup ná ośmnáśćie łokći w zwysz; á sznur ná dwánáśćie łokiet opásował obádwá słupy.

16. Uczynił też dwie Cápitelle, ktore miáno postáwić ná wierzchu słupow, ulane z miedźi; pięć łokiet w zwysz Cápitellum iedno, y pięć łokiet w zwysz Capitellum drugie;

17. A iákoby ná ksztalt śieći y łáncuszkow społem między sobą dźiwną robotą poplećionych. Obiedwie Cápitellá słupow lane były; śiedm rzędow śiátek ná Cápitellum iednym, á śiedm śiátek ná Cápitellum drugim.

18. Y dokonał słupow y dwu rzędow w około káżdey śiatki, áby okryły Cápitellá, ktore były ná wierzchu málogránatow; tymże sposobem uczynił ná Cápitellum drugim.

19. A Cápitellá, ktore były ná wierzchu słupow, iákoby robotą liliey urobione były w przyśionku ná cztery łokćie.

20. Y záśię inne Cápitellá ná wierzchu słupow, zwierzchu podług miáry słupá przećiw śiatkom; á iáblek gránatowych było dwie śćie rzędow około Cápitellum drugiego;

21. Y postáwił dwá słupy w przyśionku kośćielnym; á postáwiwszy słup práwy, názwał go imienim Jachin; tákże postáwił słup drugi, y názwał imię iego Booz.

22. A ná wierzchu słupow robotę ná ksztalt liliey postáwił; y dokonáłá się robotá słupow.

23. Uczynił też morze lane ná dźieśiąći łokiet od brzegu áż do brzegu, okrągłe w około; ná piąći łokiet wysokość iego, á sznurek ná trzydźieśći łokiet opásował ie w około.

24. A rzezánie pod kráiem obchodźiło ie dźieśiąćią łokći obtaczáiąc morze; dwá rzędy rzezánia żłobkowátego lane były.

25. A stáło ná dwunaśćie wolech, z ktorych trzey pátrzáli ná połnocy, á trzey ná zachod Słońcá; á trzey ná południe, á trzey ná wschod Słońcá, á morze ná nich zwierzchu było; ktorych pośládki wszytkie się we wnątrz kryły.

26. A między umywálnie byłá ná trzy wielkie pálce, á kray iey, iąkoby kray u kubká, á iáko list rozwitey liliey; brálo w śię dwá tyśiącá wiáder;

27. Y uczynił dźieśięć podstáwkow mie-dźiá-

dźiánych, káždy podſtawek wzdłuż ná cztery łokćie, á ná cztery łokćie wſzerz, á ná trzy łokćie wzwyſz.

28. A ſámá robotá podſtáwkow mieyſcy gládka byłá; á rzezanie między ſpoieniem.

29. A między koronkámi, y plećieńcámi lwi, y woły y Cheruby; y tákże przy ſpoieniu zwierzchu; á pod lwy y woły, iákoby rzemienie z miedźi wiſzące.

30. Y cztery kołá do káżdego podſtáwku, y ośi miedźiáne; y ná czterech ſtronách iákoby rámionká pod umywálnią ulane ku ſobie weſpoł pátrzące.

31. Brzeg też umywálnie był wewnątrz ná wierzchu głowy, á co ſię ze wnątrz okázowáło, było ná ieden łokieć wſzytko okrągłe, á miáło tákże pułtorá łokćiá; á ná węgłách ſłupow były rozliczne rzezánia; á śrzodki między ſłupámi ná cztery gránie, á nie okrągłe.

32. Cztery też kołá, ktore u czterech rogách podſtáwku były, dźierżáły ſię śiebie pod podſtáwkiem; iedno koło było ná pułtorá łokćiá wyſokie.

33. A kołá tákie były, iákie bywáią u wozu; y ośi ich, y ſpice, y dzwoná, y piaſty wſzytko lite.

34. Bo y one cztery rámionká ná káżdym węgle podſtáwká iednego z tegoż podſtáwká ulane y ſpoione były.

35. A ná wierzchu podſtáwká byłá okrągłość nieiáka ná puł łokćiá, ták urobiona, żeby ná nię umywalnia mogłá bydź włożona, máiąc rzezánia ſwe, y rozne ryćia ſámá z śiebie.

36. Wyrzezał też ná deſczkách onych, ktore były z miedźi, y ná węgłách, Cherubimy, y lwy y pálmy, iákoby ná podobieńſtwo człowieká ſtoiącego, że ſię nie wyryte ále przyſtáwione wokoło widźiáły.

37. Tymże ſpoſobem uczynił dźieśięć podſtáwkow iednego lania, y miáry, y iednákiego rzezánia.

38. Ktemu uczynił dźieśięć umywádlni miedźiánych; czterdźieśći batow bráłá iedná umywádlniá, á byłá ná cztery łokćie; á káżdą umywádlnią ná káżdym, to ieſt, ná dźieśiąćiu podſtáwkách poſtáwił.

39. Y poſtáwił dźieśięć podſtáwkow, pięć po práwey ſtronie kośćiołá, á pięć po lewey; á morze poſtáwił ná práwey ſtronie kośćiołá ná wſchod ku południu.

40. Ná-

cubitorum longitudinis baſes ſingulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis.

28. Et ipſum opus baſium, interraſile erat; & ſculpturæ inter juncturas *a*.

29. Et inter coronulas & plectas, leones & boves & Cherubim; & in juncturis ſimiliter deſuper; & ſubter leones & boves, quaſi lora ex ære dependentia.

30. Et quatuor rotæ per baſes ſingulas, & axes ærei; & per quatuor partes quaſi humeruli *b* ſupter luterem fuſiles, contra ſe invicem reſpectantes.

31. Os quoque luteris *c* intrinſecus erat in capitis ſummitate; & quod forinſecus apparebat, unius cubiti erat totum rotundum, pariterque habebat unum cubitum & dimidium; in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant; & media intercolumnia, quadrata non rotunda.

32. Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos baſis erant, cohærebant ſibi ſubter baſim; una rota habebat altitudinis cubitum & ſemis.

33. Tales autem rotæ erant, quales ſolent in curru fieri; & axes earum, & radii, & canthi, & modioli, omnia fuſilia.

34. Nam & humeruli illi quatuor per ſingulos angulos baſis unius, ex ipſa baſi fuſiles & conjuncti erant.

35. In ſummitate autem baſis erat quædam rotunditas dimidii cubiti, ita fabrefacta, ut luter deſuper poſſet imponi, habens cælaturas ſuas, variasque ſculpturas ex ſemetipſa.

26. Sculpſit quoque in tabulatis *d* illis, quæ erant ex ære, & in angulis, Cherubim, & leones, & palmas, quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis, ut non cælata, ſed appoſita per circuitum viderentur.

37. In hunc modum fecit decem baſes, fuſura una, & menſura, ſculpturaque conſimili.

38. Fecit quoque decem luteres *e* æneos; quadraginta batos capiebat luter unus, eratque quatuor cubitorum; ſingulos quoque luteres per ſingulas, id eſt, decem baſes, poſuit.

39. Et conſtituit decem baſes, quinque ad dexteram partem templi, & quinque ad ſiniſtram, mare *f* autem poſuit ad dexteram partem templi contra Orientem ad Meridiem.

a quas infra vocat plectas.

b fulcia & ſuſtentacula luterum.

c luterem excipiens.

d Spatiis.

e i. conchas ad lavandum.

f ex quo lavabantur ſacerdotes; dein ex conchis abluebantur victimæ. Sa.

40. Fecit

40. Fecit ergo Hiram lebetes, & ſcutras, & hamulas; & perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini.

41. Columnas duas, & funiculos capitellorum ſuper capitella columnarum duos; & retiacula duo, ut operirent duos funiculos, qui erant ſuper capita columnarum.

42. Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis; duos verſus malogranatorum in retiaculis ſingulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erant ſuper capita columnarum.

43. Et baſes decem, & luteres decem ſuper baſes.

44. Et mare unum, & boves duodecim ſubter mare.

12. Cui Hazael ait: Quare dominus meus flet? At ille dixit: Quia scio, quæ facturus sis filiis Israel mala. *b* Civitates eorum munitas igne succendes, & juvenes eorum interficies gladio, & parvulos eorum elides, & prægnantes divides.

13. Dixitque Hazael: Quid enim sum servus tuus canis, *c* ut faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus: Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore.

14. Qui cum recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum. Qui ait: Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit: Dixit mihi: Recipies sanitatem.

15. Cumque venisset dies altera, tulit stragulum *d*, & infudit aquam, & expandit super faciem *e* ejus; quo mortuo, regnavit Hazael pro eo.

16. Anno quinto Joram filii Achab regis Israel, & Josaphat regis *f* Juda regnavit Joram filius Josaphat rex Juda.

17. Triginta *g* duorum annorum erat cum regnare cœpisset, & octo annis regnavit in Jerusalem.

18. Ambulavitque in viis regum Israel, sicut ambulaverat domus Achab; filia enim Achab erat uxor ejus, & fecit, quod malum est in conspectu Domini.

19. Noluit *h* autem Dominus disperdere Judam, propter David servum suum, sicut promiserat ei, ut daret illi lucernam *i* & filiis ejus cunctis diebus.

20. In *k* diebus ejus recessit Edom, ne esset sub Juda, & constituit sibi regem.

21. Venitque Joram Seira *l*, & omnes currus cum eo; & surrexit nocte, percussitque Idumæos, qui eum circumdederant, & principes curruum; populus autem fugit in tabernacula sua.

22. Recessit ergo Edom, ne esset sub Juda, usque ad diem hanc. Tunc recessit & Lobna *m* in tempore illo.

23. Reliqua autem sermonum Joram, & universa, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda?

24. Et

a sc. quantum ad vim morbi.
b Infr. 13. 7.
c i. abjectus.
d Chald. opertimentum villosum.
e ut suffocaret ita regem, specie tenus, ut refrigeraret febricitantem.
f i. rege Juda, sive cum adhuc esset rex Juda.
g 2. Par. 21. 5.
h 2. Reg. 7. 16.
i i. splendorem regium.
k Gen. 27. 40. 2. Par. 21. 8. An. M. 3115. Ant. Chr. 889.
l i. montem Seir.
m Civitas in sorte Juda. Jos. 21.

krol Syryjski posłał mię do ciebie, mowiąc: Będęli mogł ozdrowieć z tey niemocy moiey?

10. Y rzekł mu Elizeusz: Idź, rzecz mu: Będźiesz zdrow; lecz mi Pan pokazał, że śmiercią umrzesz.

11. Y stał z nim, y strwożył się áż do zápłonienia twarzy; y płakał mąż Boży.

12. Ktoremu rzekł Házáel: Czemu Pan moy płácze? A on rzekł: Iż wiem, co zá złośći poczynisz synom Izráelowym. Miástá ich obronne ogniem spalisz, y młodźieńce ich mieczem pomorduiesz, y dźieći ich poroztrącasz, á brzemienne porozćinasz.

13. Y rzekł Házáel: A cożem ia sługá twoy, pies, żebych miał uczynić rzecz ták wielką? Y rzekł Elizeusz: Okazał mi Pan, że ty będźiesz krolem Syryiskim.

14. Ktory odszedszy o Elizeuszá przyszedł do páná swego. Ktory rzekł do niego: Cożći powiedźiał Elizeusz: A on odpowiedźiał: Powiedźiał mi, przyidźiesz do zdrowia.

15. A gdy przyszedł dźień drugi, wźiął kołdrę, y nálał wody, y rozćiągnął ná obliczu iego; ktory gdy umárł, krolował Házáel miásto niego.

16. Roku piątego Jorámá syná Achábá krola Izráelskiego, y Jozáphátá krola Judzkiego krolował Jorám syn Jozáphátá krola Judzkiego.

17. Trzydźieśći mu lat, y dwie było, gdy począł krolować, á ośm lat krolował w Jeruzalem.

18. Y chodźił drogámi krolow Izráelskich, iáko chodźił dom Achábow; corká bowiem Achábowá byłá żoną iego; y czynił złość przed oczymá Páńskimi.

19. A Pan niechćiał wytráćić Judy dla Dawidá sługi swego, iáko mu był przyrzekł, áby mu dał świecę, y synom iego po wszytkie dni.

20. Zá czásow iego odstąpił Edom, áby nie był pod Judą, y postánowił sobie krolá.

21. Y przyćiągnął Jorám do Sairá, y wszytkie wozy z nim; y wstał w nocy, y poráźił Edomczyki, ktorzy go byli obtoczyli, y hetmány wozow, á lud ućiekł do przybytkow swoich.

22. Odstąpił tedy Edom, żeby nie był pod Judą áż do dniá dźiśieyszego. Odstąpiłá tedy, y Lobná onego czásu.

23. A ostátek mow Jorám, y wszystko co czynił, izali to nie nápisano iest w księgách słow dni krolow Judzkich?

24. Y

24. Y záſnął Jorám z oycy ſwymi, y pogrzebion ieſt z nimi w mieście Dawidowym, y krolował Ochoziaſz ſyn iego miáſto niego.

25. Roku dwunaſtego Jorámá ſyná Achábowego krolá Izráelſkiego krolował Ochoziáſz ſyn Jorámá krolá Judſkiego.

26. Dwádźieśćiá lat y dwie było Ochozyaſzowi, gdy począł krolowáć, á rok ieden krolował w Jeruzalem; imię mátki iego Athália corká Amry krolá Izráelſkiego.

27. Y chodźił drogámi domu Achábowego, y czynił złość przed Pánem, iáko dom Achábow; bo był źięćiem domowi Achábowemu.

28. Wyćiągnął też z Joramem ſynem Achábowym ná woynę przećiw Házáelowi krolowi Syriyſkiemu do Rámoth Galáád, y zránili Syriyczykowie Jorámá.

29. Ktory ſię wroćił, żeby go leczono do Jezráhel, bo go zránili byli Syriyczykowie w Rámoth walczącego przećiw Házáelowi krolowi Syriyſkiemu. A Ochoziaſz ſyn Jorámow krol Judzki ſtąpił náwiedzác ſyná Achábowego w Jezráhelu, bo tám chorował.

24. Et dormivit Joram cum patribus ſuis, ſepultusque eſt cum eis in civitate David, & regnavit Ochozias filius ejus pro eo.

25. Anno *a* duodecimo Joram filii Achab regis Iſrael regnavit *b* Ochozias filius Joram regis Judæ.

26. Viginti duorum annorum erat Ochozias, cum regnare cœpiſſet *c*, & uno anno regnavit *d* in Jeruſalem; nomen matris ejus Athalia filia Amri *e* regis Iſrael.

27. Et ambulavit in viis domus Achab; & fecit, quod malum eſt coram Domino, ſicut domus Achab; gener enim domus Achab fuit.

28. Abiit *f* quoque cum Joram filio Achab ad præliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulneraverunt Syri Joram;

29. Qui reverſus eſt, ut curaretur in Jezrahel; quia vulneraverant eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazael regem Syriæ. Porro Ochozias filius Joram rex Juda, deſcendit inviſere Joram filium Achab in Jezrahel, quia ægrotabat ibi.

a 2. Par. 22. 1.
b An. M. 3119.
c i. patre vivente.
d i. ſolus poſt mortem patris.
e i. filia Achab filii Amri.
Confer. v. 18. ſup. & 2. Par. 22. 2. cum 21. 6.
f Ann. M. 3120.

ROZDZIAŁ IX.

Jehu ná kroleſtwo Izráelſkie pomázanemu roſkazuie Pan, áby wykorzenił dom Achábow; dla tego żabił Jorámá, y Ochoziáſzá krola Judzkiego; łecz Jezábel z okná kazał zrzućić, y źiedli ią pśi, według proroctwá Eliaſzowego.

CAPUT IX.

Jehu in regem Iſrael unctio mandat Dominus, ut deleat domum Achab, 5. Occidit ergo Joram una cum Ochozia rege Juda, 21. Corpus Jezabel e feneſtra ipſius juſſu præcipitatæ canes comedunt, juxta Eliæ vaticinium, 30.

1. A Elizeuſz Prorok záwołał iednego z ſynow prorockich, y rzekł mu: Przepáſz biodrá twoie, á weźmi bánkę oliwy te w rękę twą, á idź do Rámoth Galáád.

2. A gdy tám przyidźieſz, uyźrzyſz Jehu ſyná Jozáphátá, ſyná Námſi; á wſzedſzy káżeſz mu wſtáć z poyśrzodku bráćiey iego, y wwiedźieſz do wnętrzney komory.

3. A dźierżąc bánkę oliwy wleieſz ná głowę iego, y rzeczeſz: To mowi Pan, Pomázałem ćię krolem nád Izráelem. Y otworzyſz drzwi, y ućieczeſz, y nie záſtánowiſz ſię tám.

4. A ták poſzedł młodźieniec pácholę proroká do Rámoth Galáád,

5. Y wſzedł tám; á oto hetmánowie woyſká śiedźieli, y rzekł: Mam ſłowo do ćiebie o hetmánie. Y rzekł Jehu: Do kogo z nas wſzytkich? A on rzekł; Do ćiebie o hetmánie.

1. ELiſeus autem Prophetes vocavit unum de filiis prophetarum, & ait illi: Accinge lumbos tuos *g*, & tolle lenticulam olei hanc in mamu tua, & vade in Ramoth Galaad.

2. Cumque *h* veneris illuc, videbis Jehu filium Joſaphat filii Namſi; & ingreſſus ſuſcitabis *i* eum de medio fratrum *k* ſuorum, & introduces in interius cubiculum.

3. Tenensque lenticulum olei, fundes ſuper caput ejus, & dices: Hæc dicit Dominus: Unxi te regem ſuper Iſrael. Aperiesque oſtium, & fugies, & non ibi ſubſiſtes.

4. Abiit ergo adoleſcens puer *l* prophetæ in Ramoth Galaad,

5. Et ingreſſus eſt illuc; ecce autem principes exercitus ſedebant, & ait: Verbum mihi ad te, o princeps. Dixitque Jehu: Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te, o princeps.

Eodem Anno 3120.
g i. para te ad iter.
h 3. Reg. 19. 16.
i ſurgere facies.
k i. ſociorum.
l i. diſcipulus.

6. Et ſurrexit & ingreſſus eſt cubiculum; at ille fudit oleum ſuper caput ejus, & ait: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Unxi te regem ſuper populum Domini Iſrael,

7. Et percuties domum Achab domini tui & ulciſcar ſanguinem ſervorum meorum prophetarum, & ſanguinem omnium ſervorum Domini, de manu Jezabel.

8. Perdamque *a* omnem domum Achab; & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum *b*, & noviſſimum *c* in Iſrael.

a 3. Reg. 21. 21.
b ſc. in loco munito.
c ſc. derelictum.

9. Et dabo domum Achab, ſicut *d* domum Jeroboam filii Nabat, & ſicut domum *e* Baaſa filii Ahia.

d 3 Reg. 15. 29.
e 3. Reg. 16. 3.

10. Jezabel quoque comedent canes in agro Jezrahel, nec erit, qui ſepeliat eam. Aperuitque oſtium, & fugit.

11. Jehu autem egreſſus eſt ad ſervos domini ſui, qui dixerunt ei: Rectene ſunt omnia? quid venit inſanus iſte ad te? Qui ait eis: Noſtis hominem, & quid locutus ſit *f*.

f ſc. quid loqui ſoleat.

12. At illi reſponderunt: Falſum eſt, ſed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc locutus eſt mihi, & ait: Hæc dicit Dominus: Unxi te regem ſuper Iſrael.

13. Feſtinaverunt itaque, & unusquisque tollens pallium ſuum poſuerunt ſub pedibus ejus, in ſimilitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt: Regnavit Jehu.

14. Conjuravit ergo Jehu filius Joſaphat filii Namſi contra Joram; *g* porro Joram obſederat *h* Ramoth Galaad, ipſe & omnis Iſrael contra Hazael regem Syriæ;

g ſup. 8. 28.
h ſc. ut recuperaret.

15. Et reverſus fuerat, ut curaretur in Jezrahel propter vulnera, quia percuſſerant eum Syri, præliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixitque Jehu: Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de civitate, ne vadat, & nuntiet in Jezrahel.

16. Et aſcendit, & profectus eſt in Jezrahel; Joram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Juda deſcenderat ad viſitandũ Joram.

17. Igitur ſpeculator, qui ſtabat ſuper turrim Jezrahel, vidit globum Jehu venientes, & ait: Video ego globum. Dixitque Joram: Tolle currum *i*, & mitte in occurſum eorum, & dicat vadens: Rectene ſunt omnia?

i 70. equitem.

18. Abiit ergo, qui aſcenderat currum, in occurſum ejus, & ait: Hæc dicit rex: Pacatane

6. Y wſtał, y wſzedł do komory, á on wylał oliwę ná głowę iego, y rzekł: To mowi Pan Bog Izráelow: Pomázałem ćię krolem nád ludem Pańſkim Izráelem,

7. Y wytráciſz dom Achábá páná twego, y pomſczę śię krwie ſług moich prorokow, y krwie wſzytkich ſług Páńſkich z ręki Jezabel.

8. Y wytrácę wſzytek dom Achábow; y zábiię z Ácháb mokrzącego ná śćiánę, y zámknionego, y oſtátecznego w Izráelu.

9. Y dam dom Achábow iáko dom Jeroboámá ſyná Nábát, y iáko dom Bááſy ſyná Ahia.

10. Jezabelę też źiedzą pśi ná polu Jezráhelſkim, á nie będźie, ktoby ią pogrzebł. Y otworzył drzwi, y ućiekł.

11. A Jehu wyſzedł do ſług páná ſwego; ktorzy mu rzekli: Dobrzeli ieſt wſzytko? Po coż przyſzedł ten ſzálony do ćiebie? Ktory im rzekł: Znáćie człowieká, y co mowił.

12. A oni odpowiedźieli: Fałſzći to, ále ráczey nam powiedz. Ktory im rzekł: To á to mi mowił, y rzekł: To mowi Pan: Pomázałem cię krolem nád Izráelem.

13. Poſpieſzyli śię tedy, á wźiąwſzy káżdy płaſcz ſwoy położyli pod nogi iego ná podobieńſtwo máieſtatu, y zátrąbili w trąbę, y mowili: Kroluie Jehu.

14. Sprzyśiągł śię tedy Jehu ſyn Jozáphátá ſyná Námſi ná Jorámá, á Jorám był obległ Rámoth Galáád, ſam y wſzytek Izráel przećiw Házáelowi krolowi Syriyſkiemu;

15. A wroćił ſię był, áby śię leczył w Jezráhelu ná rány, bo go byli zránili Syriyczykowie walczącego przećiw Házáelowi krolowi Syriyſkiemu. Y rzekł Jehu: Ieſli ſię wam podoba, niechay żaden zbieg nie wychodźi z miáſtá, żeby nie ſzedł, á nie oznaymił w Jezráhelu.

16. Y wśiadł, y iáchał do Jezráhelá; bo tám chorował Jorám, á Ochoziaſz krol Judzki przyiáchał był, náwiedzáć Jorámá.

17. Stroż tedy, ktory ſtał ná wieży Jezráhelſkiey, uyźrzał poczet Jehu przyieżdżáiącego, y rzekł: Widzę ia poczet. Y rzekł Jorám: Weźmi woz, á pośli przećiwko nim, á niech ſpyta ten, ktory iedźie: Dobrzeli ieſt wſzytko?

18. A ták iáchał, ktory był wśiadł ná woz przećiw niemu, y rzekł: To mowi krol: Spo-

Spokoyneli ieſt wſzytko? Y rzekł Jehu: Co tobie, y pokoiowi? miiay, á iedź zámną. Powiedźiał też ſtroż, rzekąc: Przyiáchał poſeł do nich, á nie wracá śię.

19. Poſłał też drugi woz z końmi; y przyiáchał do nich, y rzekł: To mowi krol: Pokoyli ieſt? Y rzekł Jehu: Co tobie y pokoiowi? min, á iedź zá mną.

20. Y powiedźiał ſtroż rzekąc: Przyiáchał aż do nich, á niewráca ſię; á iázdá ieſt iákoby iázdá Jehu ſyná Námſi, bo ſzalenie iedźie.

21. Y rzekł Jorám: Záprzągay woz. Y záprzęgli woz iego, y wyiachał Joram krol Izráelſki, y Ochoziaſz krol Judzki, káżdy ná ſwym woźie, y wyiácháli ná przećiwko Jehu, y náleźli go ná polu Nábotá Jezráhelitczyká.

22. A gdy uyźrzał Jorám Jehu, rzekł: A pokoy Jehu? A on odpowiedźiał: Co zá pokoy? Ieſcze cudzołoſtwá Jezabel mátki twoiey, y czáry iey mnogie trwáią.

23. Y náwrocił Jorám rękę ſwą, y ućiekáiąc rzekł do Ochoziaſzá: Zdrádá Ochoziaſzu.

24. A Jehu wyćiągnął łuk ręką, y poſtrzelił Jorámá między plecy; y wyſzłá ſtrzalá przez ſerce iego, y wnet upadł ná woźie ſwoim.

25. Y rzekł Jehu do Bádácerá hetmáná: Weźmi, á porzuć go ná roli Nábothá Jezráhelitczyká; bo pámiętam kiedy ia, y ty śiedząc ná woźie iácháliſmy zá Achábem oycem tego, że Pan to brzemię podniosł nań, mowiąc:

26. Ieſli nie zá krew Nábothá, y zá krew ſynow iego, ktorąm wczorá widźiał, mowi Pan, oddam tobie, ná tey roli; mowi Pan. A ták teraz weźmi, á porzuć go ná roli według ſłowá Páńſkiego.

27. A Ochoziaſz krol Judzki widząc to, ućiekał drogą domu ogrodowego; y gonił go Jehu, y rzekł: Y tego też zábiyćie ná woźie iego. Y zránili go ná wſtępie Gáuer, ktory ieſt u Jebláám; ktory ućiekł do Mágeddá, y tám umárł.

28. A ſludzy iego włożyli go ná woz iego, y wiezli do Jeruzalem; y pogrzebli go w grobie z oycy iego w mieśćie Dáwidowym.

29. Roku iedenáſtego Jorámá ſyná Achábowego, krolował Ochoziaſz nád Judą,

30. Y przyiáchał Jehu do Jezráhelá. A Jezabel uſłyſzawſzy o wieźdźie iego, poſarbowálá oczy ſwe bielidłem, y ochędożyłá głowę ſwoię, y ſpoyźrzálá oknem

tane ſunt omnia? Dixitque Jehu: Quid tibi & paci *a*? tranſi, & ſequere me. Nuntiavit quoque ſpeculator, dicens: Venit nuntius ad eos, & non revertitur.

19. Miſit etiam currum equorum ſecundum; venitque ad eos, & ait: Hæc dicit rex: Numquid pax eſt? Et ait Jehu: Quid tibi & paci? tranſi, & ſequere me.

20. Nuntiavit autem ſpeculator, dicens: Venit usque ad eos, & non revertitur; eſt autem inceſſus quaſi inceſſus Jehu filii Namſi, præceps *b* enim graditur.

21. Et ait Joram: Junge currum. Junxeruntque currum ejus, & egreſſus eſt Joram rex Iſrael, & Ochozias rex Juda, ſinguli in curribus ſuis, egreſſiq; ſunt in occurſum Jehu, & invenerunt eum in agro Naboth Jezrahelitæ

22. Cumque vidiſſet Joram Jehu, dixit: Pax eſt Jehu? At ille reſpondit: Quæ pax? adhuc fornicationes Jezabel matris tuæ, & veneficia *c* ejus multa vigent.

23. Convertit autem Joram manum *d* ſuam, & fugiens ait ad Ochoziam: Inſidiæ Ochozia.

24. Porro Jehu tetendit arcum manu, & percuſſit Joram inter ſcapulas; & egreſſa eſt ſagitta per cor ejus, ſtatimq; corruit in curru ſuo.

25. Dixitq; Jehu ad Bedacer ducem: Tolle, projice eum in agro Naboth Jezrahelitæ; memini enim, quando ego & tu ſedentes in curru ſequebamur Achab patrem hujus, quod Dominus onus *e* hoc levaverit ſuper eum, dicens:

26. Si *f* non pro ſanguine Naboth, & pro ſanguine filiorum ejus, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro iſto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & projice eum in agrum juxta verbum Domini.

27. Ochozias autem rex Juda videns hoc, fugit per viam *g* domus horti; perſecutusque eſt eum Jehu, & ait: Etiam hunc percutite in curru ſuo; & percuſſerunt eum in aſcenſu Gaver, qui eſt juxta Jeblaam; qui fugit in Mageddo, & mortuus eſt ibi.

28. Et impoſuerunt eum ſervi ejus ſuper currum ſuum, & tulerunt in Jeruſalem; ſepelieruntque eum in ſepulchro cum patribus ſuis in civitate David.

29. Anno undecimo Joram filii Achab, regnavit *h* Ochozias ſuper Judam.

30. Venitque Jehu in Jezrahel. Porro Jezabel, introitu ejus audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornavit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram

a i. cum pace.

b Hebr. furioſe.

c Per iſta figurate ſignificat idololatriam v. Nahum. 3. 4.

d q. d. habenas.

e i. vaticinium de punitione

f 3. Reg. 21. 22.

g i. ſecretiorem.

h i. regni particeps eſt effectus a patre morbo laborante; quo tandem mortuo, ipſe in regnum ſucceſſit, ann. 12. Jorami iſtius, 4. Reg. 8. 24.

31. Ingredientem Jehu per portam, & ait: *a* Numquid pax poteſt eſſe Zambri, qui interfecit dominum ſuum?

a 3. Reg. 16. 10.

32. Levavitque Jehu faciem ſuam ad feneſtram, & ait: Quæ eſt iſta? & inclinaverunt ſe ad eum duo, vel tres eunuchi.

33. At ille dixit eis: Præcipitate eam deorſum; & præcipitaverunt eam, áſperſusque eſt ſanguine paries, & equorum ungulæ conculcaverunt eam.

34. Dumque introgreſſus eſſet, ut comederet, biberetque, ait: Ite, & videte maledictam illam, & ſepelite eam; quia filia regis eſt.

35. Cumque iſſent, ut ſepelirent eam, non invenerunt niſi calvariam, & pedes, & ſumas manus *b*

b Chald. manuum extremitates.

36. Reverſique nuntiaverunt ei. Et ait Jehu *c*: Sermo Domini eſt, quem locutus eſt per ſervum Eliam Thesbiten, dicens: In agro Jezrahel comedent canes carnes Jezabel.

c 3. Reg. 21. 23.

37. Et erunt carnes Jezabel ſicut ſtercus ſuper faciem terræ in agro Jezrahel, ita ut prætereuntes dicant: Hæccine eſt illa Jezabel?

31. Ná Jehu wieżdżącego w bramę, y rzekłá: Y możeſz bydź pokoy Zambremu, ktory zábił páná ſwego?

32. Y podnióſł Jehu twarz ſwoię ku oknu, y rzekł: Ktora to ieſt? Y wychylili ſię do niego dwá, ábo trzey rzeczáńcy.

33. A on im rzekł: Zrzuććie ią ná dol, y zrzućili ią, y pokropiłá ſię śćiáná krwią, á kopytá końſkie podeptáły ią.

34. A gdy wſzedł żeby iadł y pił, rzekł: Idźćie á oglądayćie przeklęta onę, á pogrzebćie ią; bo ieſt corká krolewſka.

35. A gdy ſzli, áby ią pogrzebli, nie náleźli iedno trupi łeb á nogi, y końce rąk.

36. A wroćiwſzy ſię powiedźieli mu. Y rzekł Jehu: Mowá Páńſká ieſt, ktorą mowił przez ſługę ſwego Eliaſzá Tesbytczyká, rzekąc: Ná roli Jezrahelſkiey źiedzą pśi ćiáło Jezabel,

37. A będźie ćiáło Jezabel, iáko gnoy ná źiemi ná roli Jezráhel, ták, iż będą mowić mimo idący: Táſz to oná ieſt Jezabel?

CAPUT X.

Jehu 42. fratres Ochoziæ necat, & 70. filios Achab, totam progeniem delens, 1. Sacerdotes Baal callide convocatos occidit, exuſta illius ſtatua, & templo in cloacam verſo; 18. Sed propter peccata Jehu cæſus eſt Iſrael ab Hazael; mortuo Jehu ſuccedit filius ejus Joachaz, 31.

1. Erant autem Achab ſeptuaginta filii in Samaria; Scripſit *d* ergo Jehu litteras, & miſit in Samariam, ad optimates civitatis, & ad majores natu, & ad nutritios Achab, dicens:

Eodem Anno M. 3120. Ant Chr. 884.

d ſc. tentans illorum animos.

2. Statim ut acceperitis litteras has, qui habetis filios domini veſtri, & currus, & equos, & civitates firmas, & arma,

3. Eligite meliorem, & eum, qui vobis placuerit de filiis domini veſtri, & eum ponite ſuper ſolium patris ſui, & pugnate pro domo domini veſtri.

4. Timuerunt illi vehementer *e*, & dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt ſtare coram eo, & quo modo nos valebimus reſiſtere?

e territi hac belli denuntiatione.

5. Miſerunt ergo præpoſiti domus, & præfecti civitatis, & majores natu, & nutritii, ad Jehu dicentes: Servi tui ſumus, quæcumque juſſeris, faciemus, nec conſtituemus

ROZDZIAŁ X.

O zábićiu ſynow Achábowych, y wſzego rodu iego, tákież y o bráćiey Ochozyaſzá królá Judzkiego, kśiędzow tákież báłwáńſkich chytrze zwołánych pobićie, Kośćioł ich ſkáżony; ále dla grzechow Jehu porázył Házael Izráela; Jehu umárł, a Joacház po nim krolował,

1. Y Acháb miał śiedmdźieśiąt ſynow w Sámáriiey; Nápiſał tedy Jehu liſty, y poſłał do Sámáryiey do przełożonych mieyſkich, y do ſtárſzych, y do tych, ktorzy wychowywáli ſyny Achábowe, w te ſłowá:

2. Skoro te liſty weźmiećie, ktorzy máćie ſyny páná wáſzego, y wozy, y konie, y miáſtá mocne, y oręża,

3. Obierzćie lepſzego, y tego, ktory ſię wam ſpodoba z ſynow páná wáſzego, y tego poſadzćie ná ſtolicy oycá iego, á biyćie ſię o dom páná wáſzego.

4. Ulękli ſię oni bárzo, y rzekli: Oto dwá krolowie nie mogli ſię zoſtáć przed nim, á iákoż ſię my ſprzećiwić będźiem mogli?

5. Poſłáli tedy przełożeni domu, y urzędnicy miáſta, y ſtárſzy, y wychowywáćiele do Jehu, mowiąc: Ieſteſmy ſłużebnicy twoi, cokolwiek roſkażeſz, uczyniemy, áni krolá nád ſobą

sobą stánowiemy, cokolwiekći się podobá, uczyń.

6. Y odpisał im listy powtore, rzekąc: Ieśliśći moi, á mnieśćie posłuszni, weźćiesz głowy synow páná wászego, á przyiedźćie do mnie iutro teyże godźiny do Jezráhelá. A synow krolewskich śiedmdźieśiąt mężow chowano u przednieyszych miástá.

7. A gdy przyszły listy do nich, wźięli syny krolewskie, y zábili śiedmdźieśiąt mężow, y włożyli głowy ich w kosze, y posłáli do niego do Jezráhelá.

8. Y przyszedł poseł, y oznaymił mu rzekąc: Przynieśiono głowy synow krolewskich. Ktory odpowiedźiał: Skłádźćie ie ná dwie kupie wedle weszćia bramy áż do záránia.

9. A gdy rozedniáło, wyszedł, y stoiąc rzekł do wszytkiego ludu: Sprawiedliwiśćie; ieslim się ia sprzyśiągł ná páná mego, y zábiłem go, ktoż te wszytkie pobił?

10. Obaczćiesz tedy teraz, iż nie upádło z mow Páńskich ná źiemię, ktore mowił Pan ná dom Achábow, y uczynił Pan, co mowił w ręce sługi swego Eliaszá.

11. Pobił tedy Jehu wszytkie, ktorzy byli zostáli z domu Achábowego w Jezráhelu, y wszytkie pány iego, y znáiome, y ofiárowniki, áż y sczątká po nim nie zostáło.

12. Y wstawszy przyiáchał do Sámáriiey; á gdy przyszedł do domu pástárzkiego ná drodze,

13. Nálazł bráćią Ochoziaszá krolá Judzkiego, y rzekł do nich: Cośćie wy zacz? Ktorzy odpowiedźieli: Iesteśmy bráćia Ochoziaszowi, á przyszliśmy náwiedźić zdrowie synow krolewskich, y synow krolowey.

14. Ktory rzekł: Poimayćie ie żywe; ktore gdy poimáli żywe, pośćináli ie u studnie podle domu, czterdźieśći y dwu mężow, y nie zostáwił z nich żadnego.

15. A Odiáchawszy z onąd nálazł Jonádáb syná Recháb idącego przećiw sobie, y błogosłáwił mu; y rzekł do niego: Ieśli serce twoie proste iáko serce moie z sercem twoim? Y rzekł Jonádáb: Iest. Ieśli, práwi, iest, day rękę twoię. Ktory dał mu rękę swoię. A on go wźiął ná woz do śiebie.

16. Y rzekł do niego: Iedź zemną, á oglądaj żarzliwość moię o Páná. A wźiąwszy go ná swoy woz

17. Wiozł do Sámáriiey. Y pobił wszytkie, ktorzy

mus nobis regem; quæcumque tibi placent, fac.

6. Rescripsit autem eis litteras secundo, dicens: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras in Jezrahel. Porro filii regis, septuaginta viri apud optimates civitatis nutriebantur.

7. Cumque venissent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Jezrahel.

8. Venit autem nuntius, & indicavit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos acervos juxta introitum portæ usque mane.

9. Cumque diluxisset, egressus est, & stans dixit ad omnem populum: Justi *a* estis; si ego conjuravi contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit *b* omnes hos?

10. Videte *c* ergo nunc, quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, & Dominus fecit, quod locutus est in manu servi sui Eliæ.

11. Percussit igitur Jehu omnes, qui reliqui erant de domo Achab in Jezrahel, & universos optimates ejus, & notos *d*, & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ.

12. Et surrexit, & venit in Samariam; cumque venisset ad Cameram pastorum in via,

13. Invenit fratres Ochoziæ regis Juda, dixitque ad eos: Quinam estis vos: Qui responderunt: Fratres Ochoziæ sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ.

14. Qui ait: Comprehendite eos vivos; quos cum comprehendissent, vivos jugulaverunt eos in cisterna juxta Cameram, quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quemquam.

15. Cumque abiisset inde, invenit Jonadab filium Rechab *e* in occursum sibi, & benedixit *f* ei. Et ait ad eum: Numquid est cor tuum rectum *g*, sicut cor meum cum corde tuo? & ait Jonadab: Est. Si est, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille levavit eum ad se in currum:

16. Dixitque ad eum: Veni mecum, & vide zelũ meum pro Domino. Et impositũ in curru suo

17. Duxit in Samariam. Et percussit omnes, qui

a Chald. innoxii.
b q. d. omnia facta sunt ex voluntate Domini.
c 3. Reg. 21. 29.
d Chald. propinquos.
e Rechabitarum institutorem. Jerem. 35.
f i. salutavit.
g sc. erga me.

qui reliqui fuerant de Achab in Samaria usque ad unum juxta verbum Domini, quod locutus eſt per Eliam.

18. Congregavit ergo Jehu omnem populum, & dixit ad eos: *a* Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius.

a 3. Reg. 16. 31.

19. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & univerſos ſervos ejus, & cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad me; nullus ſit, qui non veniat, ſacrificium enim grande eſt mihi Baal; quicumque defuerit, non vivet. Porro Jehu faciebat hoc inſidioſe *b*, ut diſperderet cultores Baal.

b Chald. callide.

20. Et dixit: Sanctificate *c* diem ſolemnem Baal. Vocavitque,

c i. indicite.

21. Et miſit in univerſos terminos Iſrael & venerunt cuncti ſervi Baal; non fuit reſiduus ne unus quidem, qui non veniret. Et ingreſſi ſunt templum Baal; & repleta eſt domus Baal, a ſummo usque ad ſummum *d*.

d Chald. ab angulo ad angulum.

22. Dixitque his, qui erant ſuper veſtes: Proferte veſtimenta univerſis ſervis Baal. Et protulerunt eis veſtes.

23. Ingreſſusque Jehu, & Jonadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal: Perquirite, & videte, ne quis forte vobiſcum ſit de ſervis Domini, ſed ut ſint ſervi Baal ſoli.

24. Ingreſſi ſunt igitur, ut facerent victimas & holocauſta; Jehu autem præparaverat ſibi foris octoginta viros, & dixerat eis: Quicumque fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus veſtras, anima ejus *e* erit pro anima illius *f*.

e ſc. qui fugere permiſerit.

f q. d. pro illo occidetur.

25. Factum eſt autem, cum completum eſſet holocauſtum, præcepit Jehu militibus & ducibus ſuis: Ingredimini, & percurite eos, nullus evadat. Percuſſeruntque eos in ore gladii, & projecerunt *g* milites & duces; & ierunt in civitatem templi Baal,

g ſc. eorum cadavera.

26. Et protulerunt ſtatuam de fano Baal, & combuſſerunt,

27. Et comminuerant eam. Deſtruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas *h* usque in diem hanc

h i. publicas.

28. Delevit itaque Jehu Baal *i* de Iſrael;

i Cultum Baal idoli Sidoniorum a Jezabel recenter inductum.

29. Verumtamen a peccatis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael, non receſſit, nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel, & in Dan.

30. Dixit

ktorzy byli zoſtáli z Achábu w Sámárliey áż do iednego, według ſłowá Páńſkiego, ktore mowił przez Eliaſzá.

18. Zgromádźił tedy Jehu wſzytek lud, y rzekł do nich: Achab chwalił Báála máło, ále go ia więcey będę chwalił.

19. Teraz tedy wſzytkich prorokow Báál, y wſzytkich miniſtrow iego, y wſzytkich ofiárownikow iego wzowćie do mnie; niech żadnego nie będźie, ktoryby nie przyſzedł: bo ofiárę mam wielką Báálowi; kogokolwiek nie będźie doſtawáło, nie będźie żyw. A to Jehu czynił ná zdrádźie, áby wytráćił chwalce Báálowe.

20. Y rzekł: Poświęććie dźień uroczyſty Báálowi. Y wezwał,

21. Y poſłał ná wſzytkie granice Izráelſkie, y przyſzli wſzyſcy miniſtrowie Báál, nie zoſtał, áni ieden, ktoryby nie przyſzedł. Y weſzli do zboru Báálowego, y nápelnił ſię dom Báálow od końcá áż do końcá.

22. Y rzekł tym, ktorzy byli nád ſzátámi: Wynieśćie ſzáty wſzytkim miniſtrom Báálowym. Y wynieśli im ſzáty.

23. Y wſzedſzy Jehu, y Jonádáb ſyn Recháb do zboru Báálowego, rzekł chwalcom Báálowym: Przepátrzćie á obaczćie, by tu ſnać nie był kto zwami z ſług Páńſkich, ále żeby tylko ſámi byli miniſtrowie Báálowi.

24. A ták weſzli, áby czynili ofiáry, y cálopalenia; á Jehu nágotował był ſobie przed zborem ośmdźieśiąt mężow, y rzekł im: Ktokolwiek ućiecze z tych ludźi, ktore ia przywiodę w ręce wáſze, duſzá iego będźie zá duſzę onego.

25. Y ſtáło ſię, gdy ſię ſkończyło cáłopálenie, roſkazał Jehu żołnierzom, y hetmánom ſwym: Wnidźćie á pobiyćie ie, niech żaden nie uydźie. Y pobili ie páſczeką mieczá, y wyrzućili żołnierze, y hetmánowie; y ſzli do miáſtá zboru Baal,

26. Y wynieśli Bálwáná ze zboru Báál, y ſpalili,

27. Y ſkruſzyli go. Zbor też Báálow ſkáźili, y poczynili z niego wychody áż do dnia dźiśieyſzego.

28. Wygłádźił tedy Jehu Báála z Izráelá;

29. Wſzákże od grzechow Jeroboáma ſyná Nábát, ktory do grzechu przyprawił Izráelá, nie odſtąpił, áni opuśćił ćielcow złotych, ktorzy byli w Bethel, y w Dán.

30. Y

30. Y rzekł Pan do Jehu: Ponieważeś pilnie czynił, co práwo było, y podobáło się w oczách moich, y wſzytko, co było w ſercu moim, uczyniłeś przećiwko domowi Achab, ſynowie twoi áż do czwartego pokolenia będą śiedźieć ná ſtolicy Izráelſkiey.

31. Lecz Jehu nie ſtrzegł, żeby chodźił w zakonie Páná Bogá Izráelowego ze wſzytkiego ſercá ſwego; bo nie odſtąpił od grzechow Jeroboámá, ktory ku grzechowi przywiodł Izráelá.

32. W one dni począł Pan teſknić nád Izráelem; y poráźił ie Házáel we wſzytkich gránicách Izráelſkich,

33. Od Jordanu ku wſchodniey ſtronie wſzytkę źiemię Galáád, y Gád, y Ruben, y Mánáſſe, od Aroer, ktory ieſt nád potokiem Arnon, y Galáád, y Bazán.

34. A oſtátek ſłow Jehu, y wſzytko co czynił y męſtwo iego, áza to nie ieſt nápiſáno w kśięgách ſłow dni krolow Izráelſkich?

35. Y záſnął Jehu z oycy ſwymi, y pogrzebli go w Sámáriiey; y krolował Joácház ſyn iego miáſto niego.

36. A dni, ktorych krolował Jehu nád Izráelem, dwádźieśćiá y ośm lat ieſt w Sámáriiey.

30. Dixit autem Dominus ad Jehu; Quia ſtudioſe egiſti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia, quæ erant in corde meo, feciſti contra domum Achab *a*; filii tui usque ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael.

a Infr. 13. 12.

31. Porro Jehu non cuſtodivit, ut ambularet in lege Domini Dei Iſrael in toto corde ſuo; non enim receſſit á peccatis Jeroboam, qui peccare fecerat Iſrael.

32. In diebus illis cœpit Dominus tædere *b* ſuper Iſrael; percuſſitque eos Hazael in univerſis finibus Iſrael,

b Chald. indignari.

33. A Jordane contra orientalem plagam, omnem terram Galaad, & Gad, & Ruben, & Manaſſe, ab Aroer, quæ eſt ſuper *c* Torrentem Arnon, & Galaad, & Baſan.

c i. juxta.

34. Reliqua autem verborum Jehu, & univerſa, quæ fecit, & fortitudo ejus, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael?

35. Et dormivit Jehu ćum patribus ſuis, ſepelieruntque eum in Samaria; & regnavit Joachaz filius ejus pro eo.

36. Dies autem, quos regnavit Jehu ſuper Iſrael, viginti & octo anni ſunt, in Samaria.

ROZDZIAŁ XI.

Athália zbiła ſyny krolewſkie oprocz Joáſá; ále potym zá ſpráwą Joiády kápłáná zábytá, á Joás krolem Judzkim poſtánowion; kośćioł, y obrázy Báál báłwáná popſowáne.

1. ATháliá tedy mátká Ochoziaſzowa, uyźrzawſzy że ſyn iey umárł, powſtáłá, y pobiłá wſzytko naśienie krolewſkie.

2. A wźiąwſzy Jozábá corká krola Jorámá, śioſtrá Ochoziaſzowá, Joáſá ſyná Ochoziaſzowego, ukrádłá go z pośrzodku ſynow krolewſkich, ktore zábiiano, y mámkę iego z łożnice; y ſkryłá go od oblicza Atháliiey, żeby go nie zábito.

3. Y był przy niey ſześć lat potáiemnie w domu Páńſkim; Lecz Athália krolowáłá nád źiemią.

4. A śiodmego roku poſłał Joiádá, y wźiąwſzy rotmiſtrze, y żołnierze wwiodł do śiebie do kośćiołá Páńſkiego, y uczynił z nimi przymierze; á poprzyśiągſzy ie w domu Páńſkim, ukazał im ſyná krolewſkiego,

5. Y

CAPUT XI.

Athalia, omni ſemine regio præter Joas extincto, regnum ſibi uſurpat, 1. Sed præcipiente Jojada ſacerdote occiditur, 4. Joas rex Juda conſtituitur, deſtructis aris & imaginibus Baal, 12.

1. AThalia vero mater Ochoziæ, videns mortuum filium ſuum, ſurrexit, & interfecit omne ſemen regium.

2. Par. 22. 10. eodem anno M. 3120.

2. Tollens autem Joſaba filia regis Joram, ſoror Ochoziæ, Joas filium Ochoziæ, furata eſt eum de medio filiorum regis, qui interficiebantur, & nutricem ejus de triclinio; & abſcondit eum a facie Athaliæ, ut non interficeretur.

3. Eratque cum ea ſex annis clam in domo Domini *d*; porro Athalia regnavit ſuper terram.

d i. atrii porticibus.

4. Anno *e* autem ſeptimo miſit Joiada, & aſſumens centuriones, & milites introduxit ad ſe in templum Domini *f*, pepigitque cum eis fœdus; & adjurans eos in domo Domini, oſtendit eis filium regis;

e 2. Par. 23. 1. anno M. 3126. Ant. Chr. 878.

f ſc. atrium.

5. Et

5. Et præcepit illis, dicens: Iſte eſt ſermo, quem facere debetis;

6. Tertia pars veſtrum introeat ſabbato, & obſervet excubias domus regis. Tertia autem pars ſit ad portam Sur *a*; & tertia pars ſit ad portam, quæ eſt poſt habitaculum ſcutariorum; & cuſtodietis excubias *b* domus Meſſa.

7. Duæ vero partes e vobis, omnes egredientes ſabbato, cuſtodiant excubias domus Domini circa regem,

8. Et vallabitis eum habentes arma in manibus veſtris; ſi quis autem ingreſſus fuerit ſeptum templi, interficiatur; eritisque cum rege introeunte & egrediente.

9. Et fecerunt centuriones juxta omnia, quæ præceperat eis Jojada ſacerdos; & aſſumentes ſinguli viros ſuos, qui ingrediebantur ſabbatum, cum his, qui egrediebantur ſabbato, venerunt ad Jojadam ſacerdotem.

10. Qui dedit eis haſtas, & arma regis David, quæ erant in domo Domini.

11. Et ſteterunt ſinguli habentes arma in manu ſua a parte templi dextera *c*, usque ad partem ſiniſtram altaris, & ædis, circum regem.

12. Produxitque filium regis, & poſuit ſuper eum diadema *d*, & teſtimonium *e*; feceruntque eum regem, & unxerunt *f*; & plaudentes manu dixerunt: Vivat rex.

13. Audivit autem Athalia vocem populi currentis: & ingreſſa ad turbas in templum Domini,

14. Vidit regem ſtantem ſuper tribunal juxta morem, & cantores *g*, & tubas prope eum, omnemque populum terræ lætantem, & canentem tubis; & ſcidit veſtimenta ſua, clamavitque: Conjuratio, conjuratio!

15. Præcepit autem Jojada centurionibus, qui erant ſuper exercitum, & ait eis: Educite eam extra ſepta templi, & quicumque eam ſecutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim ſacerdos: Non occidatur in templo Domini.

16. Impoſueruntque ei manus, & impegerunt eam per viam introitus equorum, juxta palatium, & interfecta eſt ibi *h*.

17. Pepigit ergo Jojada fœdus inter Dominum, & inter regem, & inter populum, ut eſſet populus Domini, & inter regem & populum.

18. Ingreſſusque eſt omnis populus terræ tem-

a quæ in atrio erat præcipua.
b Chald. ſollicite.
c ſc. auſtrali.
d Chald. coronam.
e ſc. legem, quæ regibus proponebatur.
f ſc. ad tollendam controverſiam de regno, ſicut Salomonem, alioqui regum filii non ungebantur.
g Chald. magnates.
h en pœnam ambitionis! nam ut regnaret, interfecerat ſemen regium.

5. Y przykazał im, mowiąc: Tá ieſt mowá, ktorą uczynić maćie.

6. Trzećiá część was niechay wnidźie w Sábáth, á niech trzyma ſtraż domu krolewſkiego. A trzećia część niechay będźie u brámy Sur; á trzećia część u bramy, ktora ieſt zá mieſzkániem tarcznikow; y będźiećie ſtrzedz ſtraży domu Meſſá.

7. A dwie częśći z was wſzytkich wychodzących w Sábáth niechay ſtrzegą ſtraży domu Páńſkiego około krolá.

8. Y obſtąpićie go, máiąc bronie w rękách wáſzych; á ktoby wſzedł do zágrodzenia kośćielnego, niech zábit będźie; y będźiećie przy krolu wchodzącym, y wychodzącym.

9. Y uczynili rotmiſtrzowie wedle wſzytkiego co im roſkázał był kápłan Joiádá, y wźiąwſzy káżdy męże ſwe, ktorzy wchodźili w Sábáth z onymi, ktorzy mieli odeyść w Sábáth, przyſzli do Joiády kápłaná.

10. Ktory im dał oſczepy, y oręże krolá Dawidá, ktore były w domu Páńſkim.

11. Y ſtánęli káżdy máiąc broni w ręce ſwey, po práwey ſtronie kośćiołá, áż do lewey ſtrony ołtarzá, y kośćiołá, około krolá.

12. Y wywiodł ſyná krolewſkiego, y włożył nań koronę, y świádectwo; y uczynili go krolem, y pomázáli; á kłáſkáiąc rękomá, mowili: Niech żyie krol.

13. A Athália uſłyſzáłá głos ludu bieżącego, y wſzedſzy do gminu do Kośćiołá Páńſkiego,

14. Uyźrzałá krolá ſtoiącego ná máieſtaćie według obyczáiu, y śpiewaki, y trąby bliſko niego, y wſzytek lud źiemie weſelący ſię, y trąbiący w trąby; y rozdárłá odźienie ſwe, y záwołáłá: Sprzyśiężenie, ſprzyśiężenie!

15. Y roſkazał Joiádá rotmiſtrzom, ktorzy byli nád woyſkiem, y rzekł im: Wywiedźćie ią z zágrodzenia kośćiołá, á ktokolwiek poydźie zá nią, niech mieczem zábit będźie. Bo rzekł był kápłan: Niech nie będźie zábita w kośćiele Páńſkim.

16. Y włożyli ná nię ręce, y wypchnęli drogą, gdźie konie chodzą, podle pálácu, y tám ią zábito.

17. Uczynił tedy Joiádá przymierze międzу Pánem, á między krolem, y między ludem; áby był ludem Páńſkim, y między krolem á ludem.

18. Y wſzedł wſzytek lud źiemie do zboru Báál,

Báál, y zepsowáli ołtarze iego, y obráży duże pokruszyli; Mátáná też ofiárowniká Báál zábili przed ołtarzem. Y postáwił kápłan straż w domu Páńskim.

19. Y wźiął rotmistrze, y poczty Cerethy, y Phelety, y wszytek lud źiemie, y prowádźili krola z domu Páńskiego; y przyszli drogą bramy tarcznikow ná pálac, y śiadł ná stolicy krolewskiey.

20. Y weselił się wszytek lud źiemie, y miásto się uspokoiło; á Athália zábitá iest mieczem w domu krolewskim.

21. A śiedm lat było Joásowi, gdy począł krolować.

templū Baal, & destruxerunt aras ejus, & imagines contriverunt valide *a*. Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos *b* custodias in domo Domini.

19. Tulitque centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, deduxeruntque regem de domo Domini; & venerunt per viam portæ scutariorum in palatium, & sedit super thronum regum.

20. Lætatusque est omnis populus terræ, & civitas conquievit; Athalia autem occisa est gladio in domo regis.

21. Septemque annorum erat Joas, cum regnare cœpisset.

a 70. studiose. *b* sc. summus.

ROZDZIAŁ XII.

Joás ná oprawę Kośćiołá Páńskiego puśćił kápłanom pieniądze ofiárne. Házáel krol Syryyski chćiał obledz Jeruzálem, Joás krol skárby Kośćielne pobrawszy, dał mu, áby odćiągnął od miástá; potym zábit od służebnikow, po nim zostáł krolem Amasiás.

1. ROku śiodmego Jehu krolował Joás, y czterdźieśći lat krolował w Jeruzálem; imię mátki iego Sebia z Bersábee.

2. Y czynił Joás práwość przed Pánem po wszytkie dni, przez ktore go uczył Joiádá kápłan.

3. Wszákże wyżyn nie odiął; bo iescze lud ofiárował, y zápalał ná wyżynách kádźidło.

4. Y rzekł Joás do kápłánow: wszytkie pieniądze świętych, ktore wnieśione będą do kośćiołá Páńskiego od przechodzących, ktore ofiáruią zá okup dusze, y ktore dobrowolnie, y zdániem sercá swego wnoszą do kośćiołá Páńskiego;

5. Niechay ie biorą kápłani według porządku swego, á niech opráwuią budowánie kośćielne, ieśli uyźrzą, że co popráwić potrzebá.

6. Aż do dwudźiestego tedy trzećiego roku krolá Joáśá, niepopráwowáli kápłani budowánia kośćielnego.

7. Y wezwał krol Joás Joiády wielkiego kápłaná, y kápłanow, mowiąc im: Czemu nie opráwuiećie budowánia kośćielnego? nie bierzćieszże tedy więcey pieniędzy według porządku wászego, ále ie ná popráwę kośćiołá oddáyćie.

8. Y zákazano kápłanom więcey bráć pieniędzy

CAPUT XII.

Joas gazophylacii pecuniam ad sartatecta templi instauranda expendit, 4. Hazaeli regi Syriæ bellum contra Jerusalem paranti mittit templi & palatii thesauros, 17. Tandem a servis suis occiditur, cui succedit filius Amasias, 20.

1. ANno septimo Jehu regnavit Joas *c*, & quadraginta annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Sebia de Bersabee.

2. Fecitque Joas rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Jojada sacerdos.

3. Verumtamen excelsa non abstulit; adhuc enim populus immolabat *d*, & adolebat in excelsis incensum.

4. Dixitque Joas ad sacerdotes *e*: Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini a prætereuntibus *f*, quæ offertur pro pretio animæ *g*, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini.

5. Accipiant illam sacerdotes juxta ordinem suum, & instaurent sartatecta domus, si quid necessarium viderint instauratione.

6. Igitur usque ad vigesimum tertium annum regis Joas, non instauraverunt sacerdotes sartatecta templi.

7. Vocavitque rex *h* Joas Jojadam pontificem & sacerdotes, dicens eis: Quare sartatecta non instauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam juxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam.

8. Prohibitique sunt sacerdotes ultra accipere

c eodem ann. M. 3126.

d sc. Deo, sed non in loco licito. *e* anno M. 3147. Ant. Chr. 857. *f* i. innumerum transeuntibus anno ætatis 20. *g* sc. ad juge sacrificium dimidius siclus Exod. 30.

h anno M. 3148.

pere pecuniam a populo, & inſtaurare ſarta-tecta domus.

9. Et tulit Jojada pontifex gazophylacium *a* unum, aperuitque foramen deſuper, & poſuit illud juxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini, mittebantque in eo ſacerdotes, qui cuſtodiebant oſtia, omnem pecuniam, quæ deferebatur ad templum Domini.

10. Cumque viderent nimiam pecuniam eſſe in gazophylacio, aſcendebat ſcriba regis, & pontifex, effundebantque & numerabant pecuniam, quæ inveniebatur in domo Domini.

11. Et dabant eam juxta numerum atque menſuram in manu eorum, qui præerant cæmentariis domus Domini; qui impendebant eam in fabris lignorum, & in cæmentariis iis, qui operabantur in domo Domini,

12. Et ſartatecta faciebant; & in iis, qui cædebant ſaxa, ut emerent ligna, & lapides, qui excidebantur, ita ut impleretur inſtauratio domus Domini in univerſis, quæ indigebant expenſa ad muniendam domum.

13. Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ *b* templi Domini, & fuſcinulæ & thuribula, & tubæ, & omne vas aureum, & argenteum, de pecunia, quæ inferebatur in templum Domini;

14. Iis enim, qui faciebant opus, dabatur ut inſtauraretur templum Domini;

15. Et non fiebat *c* ratio iis hominibus, qui accipiebant pecuniam, ut diſtribuerent eam artificibus; ſed in fide tractabant eam.

16. Pecuniam vero pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini, quia ſacerdotum erat.

17. Tunc *d* aſcendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitque eam; & direxit faciem ſuam, ut aſcenderet in Jeruſalem.

18. Quam ob rem tulit Joas rex Juda omnia ſanctificata *e*, quæ conſecraverant Joſaphat, & Joram, & Ochozias patres ejus reges Juda, & quæ ipſe obtulerat; & univerſum argentum *f* quod inveniri potuit in theſauris templi Domini, & in palatio regis; miſitque Hazaeli regi Syriæ, & receſſit ab Jeruſalem.

19. Reliqua autem ſermonum Joas, & univerſa,

a arcam ad Gazas ſeu pecunias oblatas colligendas.

b Chald. calices argentei.

c i. non exigebatur de accepto expenſo; tam certæ & exploratæ fidei erant.

d Anno M. 3165. Ant. Chr. 839. 2. Par. 24. 23.

e ſc. donaria.

f Hebr. Chald. & 70. aurum.

niędzy od ludu, y popráwowáć budowánia domowego.

9. Y wźiął Joiadá nawyſzy kápłan ſkárbną ſkrzynię iednę, y uczynił ná wierzchu dźiurę, y poſtawił ią przy ołtarzu po práwey ſtronie wchodzących do domu Páńſkiego, y kłádli w nię kápłani, ktotzy ſtrzegli drzwi, wſzytkie pieniądze, ktore przynoſzono do kośćiołá Páńſkiego.

10. A gdy widźieli zbytnie pieniądze w ſkrzyni, przychodźił piſarz krolewſki, y nawyſzy kápłan, y wyſypowáli, y liczyli pieniądze, ktore ſię naydowáły w domu Páńſkim.

11. Y dawáli ie pod liczbą, y pod wagą w rękę tych, ktorzy byli przełożeni nád murárzmi domu Páńſkiego; ktorzy ie wydawáli ná ćieśle, y murárze tym, ktorzy robili w domu Páńſkim,

12. Y ktorzy budowánia opráwowáli, y ná te, ktorzy kámienie łamáli, y áby kupowáli drzewo, y kámienie, ktore łamano, ták żeby ſię wykonáłá popráwá domu Páńſkiego we wſzytkim, co nakłádu potrzebowáło ná obwárowánie domu.

13. Wſzákże nie ſpráwowano z tychże pieniędzy naczynia do wody do kośćiołá Páńſkiego, y widełek, y kádźidlniá, y trąb, y wſzelkiego naczynia złotego, y ſrebrnego z pieniędzy, ktore wnoſzono do kośćiołá Páńſkiego.

14. Tym bowiem, ktorzy robili, dawano ie, áby oprawowány był kośćioł Páńſki;

15. Y nie ſłuchano liczby tych ludźi, ktorzy bráli pieniądze, áby ie rzemięſlnikom rozdawáli; ále ná wiárę nimi ſzáfowáli.

16. Lecz pieniędzy zá wyſtęp, y pieniędzy zá grzechy nie wnośili do kośćiołá Páńſkiego, bo były kápłáńſkie.

17. Przyćiągnął tedy Házáel krol Syriyſki, y dobywał Geth, y wźiął ji; y obroćił twarz ſwą, áby ćiągnął do Jeruzalem.

18. Przetoż wźiął Joás krol Judzki wſzytkie rzeczy poświęcone, ktore byli poświęćili Jozáphát, y Jorám, y Ochoziaſz oycowie iego krolowie Judſcy, y ktore był ſam ofiárował; y wſzytko ſrebro, ktore ſię náleść mogło w ſkárbiech kośćiołá Páńſkiego, y w páłacu krolewſkim; y poſłał Házáelowi krolowi Syriyſkiemu, y odćiągnął od Jeruzálem.

19. A oſtátek mow Joás, y wſzytko co uczynił,

czynił, izali to nie nápiſáno ieſt w księgách ſłow dni krolow Judzkich?

20. Y powſtáli ſłudzy iego, y ſprzyśięgli ſię między ſobą, y zábili Joás w domu Mello ná ſſtępowániu do Sellá.

21. Abowiem Joſáchár ſyn Semááth; y Joſábád ſyn Somer ſłudzy iego, zábili go, y umárł; y pogrzebli go z oycy iego w mieśćie Dawidowym; y krolował Amáſiás ſyn iego miáſto niego.

ROZDZIAŁ XIII.

Joáchás krol Izráelſki dla złośći ſwe z dopuſzczenia Bożego utrapion był od krolá Syriyſkiego; po nim krolował Joás ſyn iego. Ten wedla Elizeuſzowego proroctwa trzykroć porázył Syriią. A wrzucony trup do grobu Elizeuſzowego, ożył.

1. ROku dwudźieſtego trzećiego Joáſá ſyná Ochoziáſzá krolá Judzkiego, krolował Joácház ſyn Jehu nád Izráelem w Sámáriiey śiedmnáśćie lat.

2. Y czynił złość przed Pánem, y náśládował grzechow Jeroboámá ſyná Nábát, ktory ku grzechow przywiodł Izráelá, y nie odſtąpił od nich.

3. Y rozgniewáłá ſię zápálczywość Páńſká ná Izráelá, y dał ie w ręce Házáelá krolá Syriyſkiego, y w ręce Benádád ſyná Házáelowego po wſzytkie dni.

4. A Joácház modlił śię obliczu Páńſkiemu; y wyſłuchał go Pan; bo widźiał ućiśnienie Izráelá, że ie był ſtárł krol Syriyſki;

5. Y dał Pan Izráelowi zbáwićielá, y wybáwion ieſt z ręki krola Syriyſkiego; y mieſzkáli ſynowie Izráelſcy w przybytkách ſwoich iáko wczorá, y dźiś trzeći dźień.

6. Wſzákże nie odſtąpili od grzechow domu Jeroboámowego, ktory przypráwił ku grzechowi Izráelá, ále w nich chodźili; bo y gay zoſtał w Sámáriiey.

7. Y nie zoſtáło Joácházowi z ludu iedno pięćdźieśiąt iezdnych, á dźieśięć wozow, y dźieśięć tyśięcy pieſzych; bo ie był wytráćił krol Syriyſki, y obroćił był iáko proch we młoćbie boiowiſká.

8. A oſtátek mow Joácház, y wſzytko co czynił, y męſtwo iego, izali to nie nápiſáno ieſt w księgách mow dni krolow Izráelſkich?

9. Y záſnął Joácház z oycy ſwymi, y pogrzebli

verſa, quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Juda?

20. Surrexerunt autem ſervi ejus, & conjuraverunt inter ſe, percuſſeruntque Joas in domo Mello in deſcenſu Sella.

21. Joſachar namque filius Semaath, & Jozabad filius Somer, ſervi ejus, percuſſerunt eum, & mortuus eſt; & ſepelierunt eum cum patribus ſuis in civitate David, regnavitque Amaſias filius ejus pro eo.

CAPUT XIII.

Joachaz rex Iſrael propter peccata ſua afflictus a rege Syriæ, converſus ad Dominum liberatur; cui ſuccedit filius Joas, 1. Qui juxta Eliſei vaticinium Syros ter devicit, 14. Mortui Eliſei ſepulchro injectus mortuus ſuſcitatur, 21.

1. ANno vigeſimo tertio Joas filii Ochoziæ regis Juda *a*, regnavit Joachaz filius Jehu ſuper Iſrael in Samaria decem & ſeptem annis.

a anno M. 3148. Ant. Chr. 856.

2. Et fecit malum coram Domino, ſecutusque eſt peccata Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael; & non declinavit ab eis.

3. Iratusque eſt furor Domini contra Iſrael, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filii Hazael cunctis diebus *b*.

b ſc. Joachaz.

4. Deprecatus eſt autem Joachaz faciem Domini, & audivit eum Dominus; vidit enim anguſtiam Iſrael, quia attriverat eos rex Syriæ;

5. Et dedit Dominus ſalvatorem *c* Iſraeli, & liberatus eſt de manu regis Syriæ, habitaveruntque filii Iſrael in tabernaculis ſuis ſicut heri & nudius tertius.

c ſc. filium Joachaz v. Infr. v. 25.

6. Verumtamen non receſſerunt a peccatis domus Jeroboam, qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulaverunt; ſiquidem & lucus *d* permanſit in Samaria.

d ſc. plantatus in honorem Baal.

7. Et non ſunt derelicti Joachaz de populo niſi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum; interfecerat *e* enim eos rex Syriæ, & redegerat quaſi pulverem in tritura areæ.

e juxta prophetiam Eliſei. ſup. 8. 12.

8. Reliqua autem ſermonum Joachaz, & univerſa, quæ fecit, & fortitudo ejus, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael?

9. Dormivitque Joachaz *f* cum patribus ſuis,

f Anno M. 3165. Ant. Chr. 839.

suis, & sepelierunt eum in Samaria; regnavitque Joas filius ejus pro eo.

10. Anno trigesimo septimo Joas *a* regis Juda regnavit *b* Joas filius Joachaz super Israel in Samaria sedecim annis,

11. Et fecit, quod malum est in conspectu Domini; non declinavit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulavit.

12. Reliqua autem sermonum Joas, & universa, quæ fecit, & fortitudo ejus, quomodo pugnaverit contra Amasiam regem Juda, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?

13. Et dormivit Joas cum patribus suis; Jeroboam autem sedit super solium ejus. Porro Joas sepultus est in Samaria cum regibus Israel.

14. Eliseus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est; descenditque ad eum Joas rex *c* Israel, & flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater *d* mi, currus *e* Israel & auriga *f* ejus!

15. Et ait illi Eliseus: Affer arcum, & sagittas. Cumq; attulisset ad eum arcum & sagittas,

16. Dixit ad regem Israel: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit *g* Eliseus manus suas manibus regis,

17. Et ait: Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Eliseus: Jace sagittam. Et jecit. Et ait Eliseus: Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam; percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam.

18. Et ait: Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit ei; Percute jaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, & stetisset;

19. Iratus est vir Dei contra eum, & ait: Si percussisses quinquies, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem *h*; nunc autem tribus vicibus percuties eam.

18. Mowiąc: Tobie dam źiemię Chanáán, ſznur dźiedźictwá wáſzego.

19. Gdy ich byłá liczbá mála, máli y obywátele iey.

20. Y przeſzli od narodu do narodu, á z kroleſtwá do innego ludu.

21. Nie dopuśćił żádnemu potwarzáć ich, ále karał dla nich krole.

22. Nie tykayćie pomázáńcow moich, á ná proroki moie nie bądźćie złośliwymi.

23. Spiewayćie Pánu wſzytká źiemia; opowiádayćie ode dniá do dniá zbáwienie iego.

24. Opowiádayćie między narody chwałę iego; między wſzytkimi ludźmi dźiwy iego.

25. Bo wielki Pan, y bárzo chwalebny, y ſtráſzliwy náde wſzytkie bogi.

26. Wſzytcy bowiem bogowie pogáńſcy bálwáni; á Pan niebioſá uczynił.

27. Wyznánie y wielmożność przed nim; moc y weſele ná mieyſcu iego.

28. Przynośćie Panu, fámilię narodow; przynośćie Pánu chwałę y pánowanie.

29. Dawayćie Pánu chwałę, imieniowi iego, podnieśćie ofiárę, á przyidźćie przed oblicze iego; y kłániayćie ſię Pánu w ozdobie świętey.

30. Niech ſię wzruſzy od obliczá iego wſzytká

7. In illo die fecit David principem ad confitendum Domino Aſaph, & fratres ejus.

8. Confitemini *a* Domino, & invocate nomen ejus; notas facite in populis adinventiones ejus.

9. Cantate ei, & pſallite ei; & narrate omnia mirabilia ejus.

10. Laudate nomen ſanctum ejus; lætetur cor quærentium Dominum.

11. Quærite Dominum, & virtutem ejus; quærite faciem ejus ſemper.

12. Recordamini mirabilium ejus, quæ fecit; ſignorum illius, & judiciorum oris ejus.

13. Semen Iſrael ſervi ejus; filii Jacob electi ejus.

14. Ipſe Dominus Deus noſter; in univerſa terra judicia ejus.

15. Recordamini in ſempiternum pacti ejus; ſermonis, quem *b* præcepit in mille generationes.

16. Quem pepigit cum Abraham; & juramenti illius cum Iſaac.

17. Et conſtituit illud Jacob in præceptum; & Iſrael in pactum ſempiternum.

18. Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum *c* hæreditatis veſtræ.

19. Cum eſſent pauci numero, parvi *d* & coloni ejus.

20. Et tranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

21. Non dimiſit quemquam calumniari *e* eos, ſed increpavit pro eis reges.

22. Nolite *f* tangere Chriſtos *g* meos; & in prophetis meis nolite malignari.

23. Cantate *h* Domino omnis terra; annuntiate ex die in diem ſalutare ejus.

24. Narrate in gentibus gloriam ejus; in cunctis populis mirabilia ejus.

25. Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis; & horribilis ſuper omnes deos.

26. Omnes enim dii populorum, idola; Dominus autem cœlos fecit.

27. Confeſſio & magnificentia coram eo, *i* fortitudo & gaudium in loco ejus.

28. Afferte Domino familiæ populorum; afferte Domino gloriam & imperium.

29. Date Domino gloriam, nomini ejus, levate ſacrificium, & venite in conſpectu ejus; & adorate Dominum in decore ſancto.

30. Commoveatur *k* a facie ejus omnis terra;

a Pſalm. 104. 1. Iſai. 12. 4.

b ſc. obſervandum.

c Pro ſorte & portione.

d ſc. conditione.

e opprimere.

f Pſal. 104. 15.

g i. reges & ſacerdotes.

h Pſal. 95. 1.

i q. d. ipſe eſt laude digniſſimus & magnificentiſſimus.

k ſc. timore & reverentia.

terra; ipſe enim fundavit orbem immobilem.

31. Lætentur cœli *a* & exultet terra; & dicant: in nationibus Dominus regnavit.

32. Tonet mare *b*, & plenitudo ejus; exultent agri, & omnia quæ in eis ſunt.

33. Tunc laudabunt ligna ſaltus coram Domino; quia venit judicare terram.

34. Confitemini *c* Domino, quoniam bonus; quoniam in æternum miſericordia ejus.

35. Et dicite: Salva nos Deus ſalvator noſter, & congrega nos, & erue de gentibus, ut confiteamur nomini ſancto tuo, & exultemus, in carminibus tuis.

36. Benedictus Dominus Deus Iſrael ab æterno uſque in æternum; & dicat omnis populus: Amen, & hymnum Domino.

37. Reliquit itaque ibi coram arca fœderis Domini Aſaph & fratres *d* ejus, ut miniſtrarent in conſpectu arcæ jugiter per ſingulos dies & vices ſuas.

38. Porro Obededom, & fratres ejus ſexaginta octo; & Obededom filium Idithun, & Hoſa conſtituit janitores.

39. Sadoc autem ſacerdotem *e*, & fratres ejus ſacerdotes, coram tabernaculo Domini in excelſo, quod erat in Gabaon,

40. Ut offerrent holocauſta Domino ſuper altare holocautomatis jugiter, mane & veſpere, juxta omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Domini, quam præcepit Iſraeli.

41. Et poſt eum Heman, & Idithun, & reliquos electos, unumquemque vocabulo ſuo *f* ad confitendum Domino: Quoniam in æternum miſericordia ejus.

42. Heman quoque, & Idithun canentes tuba, & quatientes cymbala, & omnia muſicorum organa ad canendum Deo; filios autem Idithun fecit eſſe portarios.

43. Reverſuſque eſt omnis populus in domum ſuam; & David, ut benediceret *g* etiam domui ſuæ.

a i. cœlorum incolæ. *b* mundus, qui infra mare, ager, & ſaltus dicitur, piſces vero & arbores homines. *c* Laudes & grates dicite. *d* i. cognatos. *e* ſc. ſummum. *f* i. nominatim ſeu magni nominis virum. *g* bene precando.

tká źiemiá; on bowiem utwierdźił okrąg nieporuſzony.

31. Niech ſię weſelą niebioſá, á niech ſię ráduie źiemiá, y niech mowią: w národźiech Pan krolował.

32. Niech zágrzmi morze, y nápełnienie iego; niech ſię rozweſelą polá, y wſzytko co ieſt ná nich.

33. Tedy będą chwalić drzwá leśne przed Pánem; iż przyſzedł ſądźić źiemię.

34. Wyznawayćie Pánu, bo dobry; bo ná wieki miłośierdźie iego.

35. A mowćie: Zbaw nas Boże zbáwićielu naſz, y zgromadz nas, y wybaw od narodow, ábyſmy wyznawáli świętemu imieniowi twemu, y rádowáli ſię w pieśniách twoich.

36. Błogoſłáwiony Pán Bog Izráelow, od wieku áż do wieku; y niech mowi wſzytek lud: Amen, y pieśń Pánu.

37. Zoſtawił tedy tám przed ſkrzynią przymierza Páńſkiego, Aſaphá, y bráćią iego, áby ſłużyli przed obliczem ſkrzynie uſtáwicznie ná káżdy dźień, y ná przemiány ſwe.

38. Lecz Obededomá, y bráćią iego ſześćdźieśiąt y ośm; y Obededomá ſyná Idithun, y Hoſę, uczynił odźwiernymi.

39. A Sádoka kápłanem, y bráćią iego kápłany, przed przybytkiem Páńſkim ná wyżynie, ktorá byłá w Gábáon.

40. Aby ofiárowáli cáłopalenia Pánu ná ołtarzu, cáłopalenia uſtáwicznie poránu y w wieczor, według wſzytkiego co nápiſano ieſt w zakonie Páńſkim, ktory przykazał Izráelowi.

41. A po nim Hemáná, y Idithun, y inne wybráne, káżdego imieniem iego, áby wyznawáli Pánu: Iż ná wieki miłośierdźie iego.

42. Heman też, y Idithun trąbiący ná trąbiech, y gráiący ná cymbalech, y ná wſzelákich náczyniách muzyckich, ná śpiewánie Bogu; á ſyny Idithun poczynił odźwiernymi.

43. Y wroćił ſię wſzytek lud do domu ſwego; y Dawid, áby też błogoſłáwił domowi ſwemu.

CAPUT XVII.

Cogitanti David ædificare domum Domino, 1. Promittitur filius, qui illam ſit ædificaturus, 11. Unde David gratias agens, Dei erga ſe bonitatem extollit, 16.

ROZDZIAŁ XVII.

Gdy Dawid zámyślił budowáć dom Boży, obiecał mu Pan ſyná, ktory go miał budowáć, zá co Dawid dźięki czyni, wynoſząc dobrodźieyſtwo á dobrotliwość Bożą.

1. A Gdy mieſzkał Dawid w domu ſwym, rzekł do Nátháná proroká: Oto ia mieſzkam w domu cedrowym, á ſkrzyniá przymierza Páńſkiego ieſt pod ſkorámi.

2. Y rzekł Nathan do Dawidá: Uczyń wſzytko, co ieſt w ſercu twoim; ábowiem Bog ieſt z tobą.

3. Oney tedy nocy ſtáłá ſię mowá Boża do Nátháná, mowiąc:

4. Idź, á powiedz ſłudze memu Dawidowi: To mowi Pan: Nie będźieſz ty mnie budował domu ku mieſzkániu.

5. Abowiem nie mieſzkał w domu od onego czáſu, ktoregom wywiodł Izráelá, áż do dniá tego; álem záwſze odmieniał mieyſcá przybytku, y w namiećiem

6. Mieſzkał ze wſzytkim Izráelem. Azam mowił, áby iednemu z ſędźiow Izráelſkich, (ktorymem był roſkazał, áby paśli lud moy) y rzekłem: Czemuśćie mi nie zbudowáli domu cedrowego?

7. Teraz tedy ták mowić będźieſz do ſługi mego Dawidá: To mowi Pan záſtępow: Iam ćiebie wźiął, gdyś po páſtwiſkách zá trzodą chodźił, ábyś był wodzem ludu mego Izráelſkiego,

8. Y byłem z tobą, gdźiekolwiekeś chodźił; y wytráćiłem wſzytkie nieprzyiaćioły przed tobą, y uczyniłem ći imię iáko iednemu z wielkich, ktorzy ſą ſławni ná źiemi.

9. Y dałem mieyſce ludowi memu Izráelſkiemu; będźie wſczepion, y będźie mieſzkał ná nim, a więcey nie będźie poruſzon; áni ich zetrą ſynowie niezbożni, iáko ná początku,

10. Ode dni, ktorychem dał ſędźie ludowi memu Izráelſkiemu, y poniżyłem wſzytkie nieprzyiaćioły twoie. A tákći oznáymuię, iż tobie Pan dom zbuduie.

11. A gdy wypełniſz dni twoie, że poydźieſz do oycow twoich, wzbudzę náśienie twoie do tobie, ktore będźie z ſynow twoich; y utwierdzę kroleſtwo iego.

12. Ten mi zbuduie dom, y utwierzę ſtolicę iego áż ná wieki.

13. Ia mu będę oycem, á on mi będźie ſynem; á miłośierdźia mego nie odeymę od niego, iákom odiął od tego, ktory był przed tobą.

14. Y poſtánowię go w domu moim, y w kroleſtwie moim áż ná wieki; á ſtolicá iego trwáła będźie ná wieki.

15. We-

1. Cum autem habitaret David in domo ſua *a*, dixit ad Nathan prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina; arca autem fœderis Domini ſub pellibus *b* eſt.

2. Et ait Nathan ad David: Omnia quæ in corde tuo ſunt, fac; Deus enim tecum eſt.

3. Igitur nocte illa factus eſt ſermo Dei ad Nathan, dicens:

4. Vade, & loquere David ſervo meo: Hæc dicit Dominus: Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum.

5. Neque enim manſi in domo *c* ex eo tempore, quo eduxi Iſrael, usque ad diem hanc; ſed fui ſemper mutans loca tabernaculi, & in tentorio

6. Manens cum omni Iſrael. Numquid locutus ſum ſaltem uni judicum Iſrael, quibus præceperam, ut paſcerent populum meum, & dixi: Quare non ædificaſtis mihi domum cedrinam?

7. Nunc itaque ſic loqueris ad ſervum meum David: Hæc dicit Dominus exercituum: Ego tuli te, cum in paſcuis ſequereris gregem, ut eſſes dux populi mei Iſrael.

8. Et fui tecum, quocumque perrexiſti; Et interfeci omnes inimicos tuos coram te, fecique tibi nomen quaſi unius magnorum, qui celebrantur in terra.

9. Et dedi locum populo meo Iſrael; plantabitur, & habitabit in eo *d* & ultra non commovebitur; nec filii iniquitatis atterent eos, ſicut a principio.

10. Ex diebus quibus dedi judices populo meo Iſrael, & humiliavi univerſos inimicos tuos. Annuntio ergo tibi, quod ædificaturus ſit tibi Dominus domum *e*.

11. Cumque impleveris dies tuos, ut vadas ad patres tuos *f*, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod erit de filiis tuis; & ſtabiliam regnum ejus.

12. Ipſe ædificabit mihi domum; & firmabo ſolium ejus usque in æternum *g*.

13. Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium; & miſericordiam meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli ab eo *h*, qui ante te fuit.

14. Et ſtatuam eum in domo mea, & in regno meo usque in ſempiternum; & thronus ejus erit firmiſſimus in perpetuum.

15. Juxta

a 2. Reg. 6. 17. Ann. M. 2960. ant. Chr. 1044.
b Hebr. cortinis.
c i. templo ſtabili.
d i. fixas ſedes a me accepit.
e i. familiam & poſteritatem ſtabilem.
f i. per mortem.
g nota figuræ ſeu Salomoni convenit æternitas ſeu longitudo temporis, ſed figurato ſeu Chriſto vera & propria æternitas. Luc. 1. 32.
h ſc. Saul.

15. Juxta omnia verba hæc, & juxta universam visionem istam, sic locutus est Nathan ad David.

16. Cumque venisset rex David, & sedisset *a* coram Domino, dixit: Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, ut præstares mihi talia?

a Mansisset v. 2. Reg. 7. v. 18.

17. Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo, ideoque locutus es super domum servi tui etiam in futurum *b*; & fecisti me spectabilem super omnes homines Domine Deus.

b 70. longinquum.

18. Quid ultra addere potest David, cum ita glorificaveris servum tuum, & cognoveris eum?

19. Domine propter famulum tuum *c* juxta cor tuum *d* fecisti omnem magnificentiam hanc, & nota esse voluisti universa magnalia.

c i. mea causa.
d i. pro tua bona voluntate.

20. Domine, non est similis tui; & non est alius Deus absque te, ex omnibus, quos audivimus auribus nostris.

21. Quis enim est alius, ut populus tuus Israel, gens una in terra, ad quam perrexit Deus, ut liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine sua atque terroribus ejiceret nationes a facie ejus, quem de Ægypto liberaret?

22. Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum usque in æternum, & tu Domine factus es Deus ejus.

23. Nunc igitur Domine, sermo, quem locutus es famulo tuo, & super domum ejus, confirmetur in perpetuum, & fac, sicut locutus es.

24. Permaneatque & magnificetur nomen tuum usque in sempiternum; & dicatur Dominus exercituum Deus Israel, & domus David servi ejus permanens coram eo.

25. Tu enim Domine Deus meus revelasti auriculam *e* servi tui, ut ædificares ei domum; & idcirco invenit servus tuus fiduciam, ut oret coram te.

e i. aperuisti mihi.

26. Nunc ergo Domine, tu es Deus; & locutus es ad servum tuum tanta beneficia.

27. Et cœpisti benedicere domui servi tui, ut sit semper coram te; te enim, Domine, benedicente, benedicta erit in perpetuum.

CAPUT XVIII.

Prælia & victoriæ David, 1. Tributa gentibus imposita. Officiales, 14.

1. Factum

15. Według tych wszytkich słow, y według wszytkiego widzenia tego mowił Náthán do Dawidá.

16. A gdy przyszedł krol Dawid, y śiadł przed Pánem, rzekł: Ktożem ia ieſt Pánie Boże, y co zá dom moy, żeś mi dał tákie rzeczy?

17. Ale y to zdáło ſię máło przed oczymá twemi, przetożeś mowił o domie ſługi twego też ná przyszły czáś; y uczyniłeś mię známienitym nád wszytkie ludźie, Pánie Boże.

18. Coż więcey może przydáć Dawid, gdyżeś ták uwielbił ſługę twego, y poznałeś go?

19. Pánie dla ſługi twego według sercá twego uczyniłeś wszytkę tę wielmożność, y chćiałeś, áby znáiome były te wszytkie wielkie rzeczy.

20. Pánie niemász podobnego tobie, y niemász innego Bogá oprocz ćiebie, ze wszytkich, o ktorycheśmy słyszeli uszymá nászemi.

21. A ktoryż inny ieſt, iáko lud twoy Izráelski, narod ieden ná źiemi, do ktorego chodźił Bog, áby wybáwił, y uczynił sobie ludem, y wielkośćią swoią, y ſtráchámi wyrzućił narody przed obliczem iego, ktory był z Ægyptu wyzwolił?

22. Y położyłeś lud twoy Izráelski sobie zá lud áż ná wieki. A ty Pánie zoſtałeś Bogiem iego.

23. Teraz tedy Pánie mowá, ktorąś powiedźiał ſłudze twemu, y o domie iego, niech będźie utwierdzona ná wieki, á uczyń, iákoś rzekł.

24. A imię twoie niechay trwa, y niech będźie uwielbione áż ná wieki; y niech mowią: Pan záſtępow Bog Izráelow, á dom Dawidá ſługi iego trwaiący przed nim.

25. Ty bowiem Pánie Boże moy odkryłeś ucho ſługi twego, żebyś mu dom zbudował; y przetoż nálazł ſługá twoy ufánie, żeby ſię modlił przed tobą.

26. Teraz tedy Pánie tyś ieſt Bog; y mowiłes do ſługi twego ták wielkie dobrodźieyſtwá.

27. Y począłeś błogosłáwić domowi ſługi twego, áby był záwżdy przed tobą; bo gdy ty Pánie błogosłáwisz, będźie błogosłáwion ná wieki.

ROZDZIAŁ XVIII.

Woyny, y zwyćięſtwá Dawidowe. Hołdowniki, á urzędniki iego opisuie.

1. Y

1. Y Sstáło się potym, że poráźił Dawid Philisthyny, y poniżył ie, y wźiął Geth, y corki iego z ręki Philisthynow.

2. Y poráźił Moáb, y sstáli się Moabitowie niewolniki Dawidowymi, dawáiąc mu dáry.

3. Tego czásu poráźił Dawid też Adárezer krolá Sobá kráiny Emáth, gdy wyiáchał, áby rozszerzył páństwo swoie áż do rzeki Euphrates.

4. Wźiął tedy Dawid tyśiąc poczwornych iego, y śiedm tyśięcy iezdnych, y dwádźieśćia tyśięcy mężow pieszych, y poderznął żyły wszytkich koni wozowych, wyiąwszy sto poczwornych, ktore sobie záchował.

5. Nádiáchał y Syriyczyk z Damaszku, áby rátował Adárezerá krolá Sobá; lecz y tego poráźił Dawid dwádźieśćiá y dwá tyśięcy mężow.

6. Y osádźił żołnierze w Dámászku, áby mu też Syria służyłá, y dáry dawáłá. Y wspomagał go Pan we wszytkim, do czego się był obroćił.

7. Pobrał też Dawid saydaki złote, ktore mieli sludzy Adárezerowi, y przyniosł ie do Jeruzálem.

8. Ale y z Thebáth, y z Chun miast Adárezerowych miedźi bárzo wiele, z ktorey uczynił Sálomon morze miedźiáne, y słupy, y naczynie miedźiáne.

9. Co gdy usłyszał Thou krol Hemáth, to iest że Dawid poráźił wszytko woysko Adárezerá krolá Sobá,

10. Posłał Adorámá syná swego do krolá Dawidá, áby prośił od niego pokoiu, y porádował się z nim, że poráźił, y zwoiował Adárezerá; bo Thou był nieprzyiaćielem Adárezerowym.

11. Lecz y wszytkie naczynia złote y srebrne, y miedźiáne poświęćił Dawid krol Pánu, ze srebrem y złotem, ktore był pobrał ze wszech národow, ták z Idumeiey, y z Moáb, y synow Ammon, iáko z Philisthynow, y z Amálekitow.

12. Abisai záś syn Sárwiiey poráźił Edom w Dolinie żup solnych osmnaśćie tyśięcy;

13. Y osádźił Edom żołnierzem, áby Idumea służyłá Dawidowi; y záchował Pan Dawidá we wszem, do czego się obroćił.

14. Krolował tedy Dawid náde wszytkim Izráelem, y czynił sąd y spráwiedliwość wszytkiemu ludowi swemu.

15. A

1. FActum * est autem post hæc, ut percuteret David Philisthiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth *a* & filias ejus *b* de manu Philisthiim.

2. Percuteretque Moab, & fierent Moabitæ servi David, offerentes ei munera *c*.

3. Eo tempore percussit David etiam Adarezer regem Saba regionis Hemath, quando perrexit, ut dilataret imperium suum usque ad flumen Euphraten *d*.

4. Cepit ergo David mille quadrigas ejus, & septem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum, subnervavitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reservavit sibi.

5. Supervenit autem & Syrus Damascenus, ut auxilium præberet Adarezer regi Soba; sed & hujus percussit David viginti duo millia virorum.

6. Et posuit milites in Damasco, ut Syria quoque serviret sibi, & offerret munera. Adjuvitque eum Dominus in cunctis, ad quæ perrexerat.

7. Tulit quoque David pharetras aureas, quas habuerant servi Adarezer, & attulit eas in Jerusalem.

8. Nec non de Thebath & Chun, urbibus Adarezer, æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & vasa ænea.

9. Quod cum audisset Thou rex Hemath, percussisse videlicet David omnem exercitum Adarezer regis Soba,

10. Misit Adoram *e* filium suum ad regem David, ut postularet ab eo pacem, & congratularetur ei, quod percussisset, & expugnasset Adarezer; adversarius quippe erat Thou Adarezer.

11. Sed & omnia vasa *f* aurea, & argentea, & ænea consecravit David rex Domino, cum argento & auro, quod tulerat ex universis gentibus, tam de Idumæa, & Moab, & filiis Ammon, quam de Philisthiim & Amalec.

12. Abisai vero filius Saruiæ percussit Edom *g* in Valle Salinarum, decem & octo millia;

13. Et constituit in Edom præsidium, ut serviret Idumæa David; salvavitque Dominus David in cunctis, ad quæ perrexerat.

14. Regnavit ergo David super universum Israel, & faciebat judicium atque justitiam *h* cuncto populo suo.

15. Por-

* 2 Reg. 8. 1. Anno M. 2960. Ant. Chr. 1044.

a Urbem Philisthæorum.

b i. villas metropoli subjectas.

c i. tributum.

d Qui erant termini terræ semini Abrahæ promissæ (Gen. 15. 18. cum Deut. 11. 24. & Jos. 1. 3.) quos solus David & filius ejus Salomon possedit 1. Reg. 4. 21. 2. Par. 9. 28.

e Alias, Joram.

f sc. missa a Thou.

g sc. simul cum Syris.

h Judicium juste administrabat.

15. Porro Joab filius Saruiæ erat super exercitum, & Josaphat filius Ahilud a comentariis.

16. Sadoc autē filius Achitob, & Achimelec [a] filius Abiathar, saerdotes [b]; & Susa, scriba,

17. Banaias quoque filius Joiadæ super legiones Cerethi, & Phelethi; porro filii David, primi ad manum regis [c].

15. A' Joáb syn Sárwiiey był nád woyskiem, á Josáphát syn Ahilud był Kánclerzem.

16. A Sádok syn Achitob, y Abimelech syn Abiáthár káplani; á Susa pisarzem.

17. Bánaias też syn Joiády nád ufcámi Cerethy, y Phelety; á synowie Dawidowi, pierwszy przy ręce kroiewskiey.

[a] Alii Abimelec.
[b] sc. summi.
[c] Præcipui ut alios dignitate antecederent.

CAPUT XIX.

2. Reg 10. 1. Anno M. 2967. ante Chr. 1037.

Hanon rex Ammon, servos David, qui ad consolandum de patris morte venerant, contumelia afficit, 1. A David invaditur, 6. Vincitur una cum Syris auxiliaribus, 14.

1. Accidit autem, ut moreretur Naas rex filiorum Ammon & regnaret filius ejus pro eo.

2. Dixitque David: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas; præstitit enim mihi pater ejus gratiam [d]. Misitque David nuntios ad consolandum eum super morte patris sui. Qui cum pervenissent in terram filiorum Ammon, ut consolarentur Hanon,

3. Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon; tu forsitan putas, quod David honoris causa in patrem tuum miserit, qui consolentur te; nec animadvertis, quod, ut explorent, & investigent, & scrutentur terram tuam, venerint ad te servi ejus?

4. Igitur Hanon pueros David, decalvavit, & rasit, & præcidit tunicas eorum a natibus usque pedes, & dimisit eos.

5. Qui cum abiissent, & hoc mandassent [e] David, misit in occursum eorum (grandem enim contumeliam sustinuerant) & præcepit, ut manerent in Jericho, donec cresceret barba eorum, & tunc reverterentur.

6. Videntes autem filii Ammon, quod injuriam fecissent David, tam Hanon, quam reliquus populus, miserunt mille talenta argenti, ut conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria Maacha, & de Soba, currus & equites.

7. Conduxeruntque triginta duo millia curruum [f], & regem Maacha cum populo ejus. Qui cum venissent, castra metati sunt e regione Medaba. Filii quoque Ammon congregati de urbibus suis, venerunt ad bellum.

8. Quod cum audisset David, misit Joab, & omnem exercitum virorum fortium;

9. Egres-

[d] 70. misericordiam.
[e] Curassent nuntiari.
[f] Intelligo per Metonymiam tot millia equitum, qui e curribus pugnabant.

ROZDZIAŁ XIX.

Hánon krol Amoński, służebniki Dawidowe, ktorzy przyszli, áby go ćieszyli z śmierći oycá iego, hániebnie zelżywszy, odesłał; ktorego Dawid porążił, y zwyćiężył społu, y z Syriyczyki pomocniki iego.

1. Y Przydáło się, że umárł Náás krol synow Ammon, y krolował syn iego miásto niego.

2. Y rzekł Dawid: Uczynię miłośierdźie nád Hánonem synem Náás; bo mi oćieć iego łáskę pokazał; y posłał Dawid posły, áby go ćieszyli z śmierći oycá iego, ktorzy gdy przyiácháli do źiemie synow Ammon, áby ćieszyli Hánoná,

3. Rzekli książętá synow Ammon do Hánoná: Mniemasz ty podobno, żeby Dawid dla poczćiwośći przećiw oycu twemu posłał, coby ćię ćieszyli; nie baczysz, że dla tego, áby wyszpiegowáli, y wypátrzyli y wyśledźili źiemię twoie, przyiácháli do ćiebie słudzy iego.

4. Przeto Hánon obłyśił, y ogolił sługi Dawidowe, y pourzynał száty ich od zádu áż do nog, y puśćił ie.

5. Ktorzy gdy odiácháli, y z tym wskazáli do Dawidá, posłał przećiwko im (bo byli wielką zelżywość podięli) y roskazał, áby mieszkáli w Jerichu, ážby urosłá brodá ich, á tedy żeby się wroćili.

6. A widząc synowie Ammon, że krzywdę uczynili Dawidowi, ták Hánon, iáko y inny lud, posłáli tyśiąc tálentow srebrá, áby sobie náięli z Mesopotámiiey, y z Syriiey Máácha, y z Sobá, wozy y iezdne.

7. Y náięli dwá y trzydźieśći tyśięcy wozow, y krolá Máácha z ludem iego. Ktorzy przyćiągnąwszy, położyli się obozem przećiwko Medába. Synowie też Ammon zebrawszy się z miast swoich, wyćiągnęli ná woynę.

8. Co gdy usłyszał Dawid, posłał Joábá, y wszytko woysko mężow mocnych;

9. A

9. A wyſzedſzy ſynowie Ammon, zſzykowáli ſię u bramy mieyſkiey; á krolowie, ktorzy mu ná pomoc przyiácháli, oſobno w polu ſtánęli.

10. Joáb tedy bacząc, że miał ná śię woynę, y z przodku, y z tyłu, wybrał męże námocnieyſce ze wſzytkiego Izráelá, y udał śię przećiw Syriyczykowi.

11. A oſtátek ludu dał pod rękę Abiſai brátá ſwego, y událi ſię przećiw ſynom Ammon.

12. Y rzekł: Ieſliby mię przemagał Syriyczyk, daſz mi rátunek; á ieſli ćiebie przemágáć będą ſynowie Ammon, będęć ná pomoc.

13. Zmacnia ſię, á mężnie ſobie poczynaymy o lud náſz, y o miáſtá Bogá náſzego; á Pan uczyni, co w oczách iego dobre ieſt.

14. Ruſzył ſię tedy Joáb, y lud, ktory był z nim przećiwko Syriyczykowi ku bitwie; y w tył ie obroćił.

15. A ſynowie Ammonowi, uyźrzawſzy że tył podał Syriyczyk, ućiekli też ſámi przed Abiſai brátem iego, y wpádli do miáſtá; á Joáb ſię też wroćił do Jeruzálem.

16. A widząc Syriyczyk, iż upadł przed Izráelem, wypráwił poſły, y przywiodł Syriyczyká, ktory był zá rzeką; á Sophách hetman żołnierſtwá Adárezer był wodzem ich.

17. Co gdy dáno znáć Dawidowi, zebrał wſzytkiego Izráelá, y przeprawił ſię przez Jordan, y przypadł ná nie, y zſzykował ſię przećiwko im, á oni przećiw niemu walczyli.

18. Y ućiekł Syriyczyk przed Izráelem; y pobił Dawid Syriyczykow śiedm tyśięcy wozow, y czterdźieśći tyśięcy piechoty, y Sopháchá hetmáná woyſká.

19. A widząc ſługi Adárezer, iż byli od Izráelá zwyćiężeni, zbiegli do Dawidá, y ſłużyli mu; y niechćiáłá więcey Syria dáwáć pomocy ſynom Ammon.

9. Egreſſique filii Ammon, direxerunt aciem juxta portam civitatis; reges autem, qui ad auxilium ejus venerant, ſeparatim in agro *a* ſteterunt. [*a* In urbis Medaba.]

10. Igitur Joab intelligens bellum ex adverſo, & poſt tergum contra ſe fieri, elegit viros fortiſſimos de univerſo Iſrael, & perrexit contra Syrum.

11. Reliquam autem partem populi dedit ſub manu Abiſai, fratris ſui; & perrexerunt contra filios Ammon.

12. Dixitque: Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi; ſi autem ſuperaverint te filii Ammon, ero tibi in præſidium.

13. Confortare, & agamus viriliter pro populo noſtro, & pro urbibus Dei noſtri; Dominus autē, quod in conſpectu ſuo bonum eſt, faciet.

14. Perrexit ergo Joab, & populus, qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium; & fugavit eos.

15. Porro filii Ammon videntes, quod fugiſſet Syrus, ipſi quoque fugerunt Abiſai fratrem ejus, & ingreſſi ſunt civitatem *b*; reverſusque eſt etiam Joab in Jeruſalem. [*b* Medaba.]

16. Videns autem Syrus, quod cecidiſſet coram Iſrael, miſit nuntios, & adduxit Syrum, qui erat trans fluvium *c*; Sophach autem princeps militiæ Adarezer, erat dux eorum. [*c* i. Euphratem.]

17. Quod cum nuntiatum eſſet David, congregavit univerſum Iſrael, & tranſivit Jordanem, irruitque in eos, & direxit ex adverſo aciem, illis contra pugnantibus.

18. Fugit autem Syrus Iſrael; & interfecit David de Syris ſeptem millia curruum *d*, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principem. [*d* 2. Reg. 10. 18. dicit ſeptingentos, i. electos & excellentes.]

19. Videntes autem ſervi Adarezer ſe ab Iſrael eſſe ſuperatos *e*, transfugerunt ad David, & ſervierunt ei; noluitque ultra Syria auxilium præbere filiis Ammon. [*e* Anno M. 2968. Ant. Chr. 1036.]

ROZDZIAŁ XX.

Woyny ktore ſię Dawidowi ſzczęśliwie wiodły przećiw Ammonitom, y Philiſthynom, Obrzymá o czterech dwudźieſtu pálcow zábito.

1. Y Sſtáło ſię po roku, o tym czaśię, gdy krolowie zwykli wyieżdźáć ná woynę, zebrał Joáb woyſko, y co mocnieyſze rycerſtwo, y ſpuſtoſzył źiemię z ſynow Ammon, y

CAPUT XX.

Bella Davidis proſpera adverſum Ammonitas, 1. Ac contra Philiſthæos; occiditur gigas ſenos habens digitos, hoc eſt ſimul 24. 4.

1. FActum * eſt autem poſt anni circulum eo tempore, quo ſolent reges ad bella procedere, congregavit Joab exercitum, & robur militiæ & vaſtavit terram filiorum Ammon; [* 2. Reg. 10. 7. & 11. 1. Anno M. 2969. Ant. Chr. 1035.]

mon; perrexitque, & obſedit Rabba; porro David manebat in Jeruſem, quando Joab percuſſit Rabba, & deſtruxit eam.

2. Tulit autem David coronam Melchom *a* de capite ejus, & invenit in ea auri pondo talentum, & pretioſiſſimas gemmas, fecitque ſibi inde diadema *b*; manubias quoque urbis plurimas tulit;

3. Populum autem, qui erat in ea, eduxit; & fecit ſuper eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta tranſire, ita ut diſſecarentur, & contererentur; ſic fecit David cunctis urbibus filiorum Ammon; & reverſus eſt cum omni populo ſuo in Jeruſalem.

4. Poſt *c* hæc initum eſt bellum in Gazer adverſum Philiſthæos; in quo percuſſit Sobochai Huſathites, Saphai de genere Raphaim *d*, & humiliavit eos.

5. Aliud quoque bellum geſtum eſt adverſus Philiſthæos, in quo percuſſit Adeodatus filius Saltus *e* Bethlehemites fratrem Goliath Gethæi, cujus haſtæ lignum erat quaſi liciatorium texentium.

6. Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longiſſimus, ſenos habens digitos, id eſt ſimul viginti quatuor; qui & ipſe de Rapha *f* fuerat ſtirpe generatus.

7. Hic blasphemavit *g* Iſrael; & percuſſit eum Jonathan filius Samaa fratris David. Hi ſunt filii Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu David & ſervorum ejus.

a i. regis eorum.

b Non ut immediate capiti ſuo imponeret, ſed ſupra caput in throno & conopæo regio alligatum ſuo vertici immineret. Tirin.

c 2 Reg. 21. 18 anno M. 2986 Ant. Chr. 1018.

d i Gigantum.

e Hebr. & Chald. Elchanan filius Jair.

f i. Gigantis.

g probris affecit. Anno M. 2987. 2. Reg. 24 1. infr. 27. 24.

y ćiągnął dáley, y obległ Rábba; lecz Dawid mieſzkał w Jeruzálem, gdy Joáb zburzył Rábba y ſkáźił ią.

2. Y wźiął Dawid koronę Melchom z głowy iego, y nálazł w niey tálent złotá, y kámienie bárzo drogie, y uczynił ſobie z niey koronę; korzyśći też miáſtá wźiął bárzo wiele;

3. A lud, ktory w nim był, wywiodł, y kazał po nich włoczyć wozki młodźiebne, y ſanie, y wozy żelázne, ták że ie rozśiekano y potárto; ták uczynił Dawid wſzytkim miáſtom ſynow Ammon; y wroćił ſię ze wſzytkim ludem ſwym do Jeruzálem.

4. Potym záczęłá ſię woyná w Gázer przećiw Philiſthynom; ná ktorey poráźił Sobochay Huſathczyk, Sápháiá z narodu Rápháim, y poniżył ie.

5. Byłá też druga woyná przećiw Philiſthynow, ná ktorey zábił Bogdan ſyn Láſu Bethlehemczyk brátá Goliáthá Getheyczyká, ktorego drzewo oſczepu było iáko nawoy tkácki.

6. Ale y druga woyná przypádłá w Geth, ná ktorey był człowiek bárzo długi máiący po ſześći pálcow, to ieſt weſpoł dwádźieśćiá y czterzy; ktory też był z pokolenia Ráphá zrodzony.

7. Ten bluźnił Izráelá; y zábił go Jonáthán ſyn Sammáá brátá Dawidowego. Ci ſą ſynowie Rápha w Geth, ktorzy upádli od ręki Dawidowey y ſług iego.

CAPUT XXI.

David populum numerando offendit, 1. Peſte, quam ex tribus elegerat, percutitur, 7. Deum oratione placat, & altare in area Ornan Jebuſæi erigit, 18.

1. Conſurrexit autem Satan contra Iſrael; & concitavit David, ut numeraret Iſrael.

2. Dixitque David ad Joab, & ad principes populi: Ite, & numerate Iſrael a Berſabee usque Dan; & afferte mihi numerum, ut ſciam.

3. Reſponditque Joab: Augeat Dominus populum ſuum centuplum, quam ſunt; nonne domine mi rex! omnes ſervi tui ſunt? quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum *h* reputetur Iſraeli?

4. Sed ſermo regis magis prævaluit; egreſſusque

h i. in perniciem ſeu pœnam peccati.

ROZDZIAŁ XXI.

Dawid tym, że lud policzyć kazał, zgrzeſzył, Páná rozgniewał, ukorzywſzy ſię zaś ubłagał, że przeſtał morem lud karáć, wywiodł ołtarz ná placu Ornáná Jebuzeyczyká.

1. A Szátan powſtał ná Izráelá; y podwiodł Dawidá, żeby policzył Izráelá.

2. Y rzekł Dawid do Joabá, y do przełożonych nád ludem: Idźćie, á obliczćie Izráelá od Berſabee áż do Dán; á przynieśćie mi liczbę, żebych wiedźiał.

3. Y odpowiedźiał Joáb: Niech przyſporzy Pan ludu ſwego ſto kroć więcey, niżli go ieſt; ázá nie wſzyſcy pánie moy krolu! ſą ſługy twoi? przeczże ſię tego dowiáduie pan moy, coby zá grzech było poczytano Izráelowi?

4. Ale ſłowo krolewſkie więcey przemogło,

gło, y wyſzedł Joáb, y obſzedł wſzytkiego Izráela, y wroćił ſię do Jeruzálem.

5. Y dał Dawidowi liczbę tych, ktore był obſzedł; y nálázłá ſię wſzytká liczbá Izráelá tyśiąc tyśięcy, y ſto tyśięcy mężow, dobywáiących mieczá, á z Judá czterzy ſtá, y śiedmdźieśiąt tyśięcy walecznikow.

6. Bo Lewi, y Beniáminá nie liczył; przeto iż Joab przezdźięki czynił roſkazánie krolewſkie.

7. Y nie podobáło ſię Bogu co było roſkazano; y ſkarał Izráelá.

8. Y rzekł Dawid do Bogá: Zgrzeſzyłem wielce, żem to uczynił; proſzę, oddal nieprawość ſługi twego, bom ći głupie uczynił.

9. Y rzekł Pan do Gada widzącego Dawidowego, mowiąc:

10. Idź, á mow do Dawidá, y rzecz mu: To mowi Pan: Ze trzech rzeczy dáięć obieráć; obierz iedno, ktore będźieſz chćiał, y uczynim ći.

11. Y przyſzedſzy Gad do Dawidá rzekł mu: To mowi Pan: Obierz, co chceſz;

12. Abo głod przez trzy látá, ábo przez trzy mieśiące ućiekáć przed nieprzyiáćioły twemi, á niemoc uyść mieczá ich, ábo że przez trzy dni miecz Páńſki, y mor będźie w źiemi, y Anioł Páńſki zábiiáć we wſzytkich gránicách Izráelſkich; á ták teraz obacz, co mam odpowiedźieć temu, ktory mię poſłał.

13. Y rzekł Dawid do Gad: Ze wſzech ſtron ućiſk mię ćiśnie, ále mi lepiey wpáść w ręce Páńſkie, bo mnogie ſą miłośierdźia iego, niżli w ręce człowiecze.

14. Przepuśćił tedy Pan mor ná Izráelá, y poległo z Izráelá śiedmdźieśiąt tyśięcy mężow.

15. Poſłał też Aniołá do Jeruzálem, áby ie wytráćił; á gdy ie wytráćił, uyźrzał Pan, y zlitował ſię nád wielkośćią złego; y roſkazał Aniołowi, ktory wytracał: Doſyć iuż, niech przeſtánie ręká twoiá: A Anioł Páńſki ſtał podle boiowiſká Ornán Jebuzeyczyka.

16. Y podnioźſzy Dawid oycy ſwe, uyźrzał Aniołá Páńſkiego ſtoiącego między niebiem á źiemią, á dobyty miecz w ręce iego, y obrocony ná Jeruzálem. Y pádli ták ſam iáko ſtárſzy obleczeni we włośiennicę, twarzą ná źiemię.

17. Y rzekł Dawid do Bogá: Azam nie ia ieſt, ktorym roſkazał, áby lud policzono? Ia kto-

ſusque eſt Joab, & circuivit univerſum Iſrael; & reverſus eſt Jeruſalem;

5. Deditque David numerum eorum, quos circuierat; & inventus eſt omnis numerus Iſael, mille millia *a* & centum millia virorum educentium gladium; de Juda autem quadringenta ſeptuaginta millia bellatorum.

6. Nam Levi, & Benjamin non numeravit; eo quod Joab invitus exequeretur regis imperium.

7. Diſplicuit autem Deo quod juſſum erat, & percuſſit Iſrael.

8. Dixitque David ad Deum: Peccavi nimis, ut hoc facerem; obſecro, aufer iniquitatem ſervi tui, quia inſipienter egi.

9. Et locutus eſt Dominus ad Gad Videntem *b* Davidis, dicens:

10. Vade, & loquere ad David, & dic ei: Hæc dicit Dominus: Trium tibi optionem do; unum, quod volueris, elige, & faciam tibi.

11. Cumque veniſſet Gad ad David, dixit ei: Hæc dicit Dominus: Elige, quod volueris;

12. Aut tribus annis famem *c*: aut tribus menſibus te fugere hoſtes tuos, & gladium eorum non poſſe evadere; aut tribus diebus gladium Domini, & peſtilentiam verſari in terra, & angelum Domini interficere in univerſis finibus Iſrael; nunc igitur vide, quid reſpondeam ei, qui miſit me.

13. Et dixit David ad Gad: Ex omni parte me anguſtiæ premunt; ſed melius mihi eſt, ut incidam manus Domini, quia multæ ſunt miſerationes ejus, quam in manus hominum.

14. Miſit ergo Dominus *d* peſtilentiam in Iſrael, & ceciderunt de Iſrael ſeptuaginta millia virorum.

15. Miſit quoque angelum in Jeruſalem, ut percuteret eam; cumque percuteretur, vidit Dominus, & miſertus eſt ſuper magnitudine mali; & imperavit Angelo, qui percutiebat: Sufficit, jam ceſſet manus tua. Porro angelus Domini ſtabat juxta aream Ornan Jebuſæi.

16. Levansque David oculos ſuos, vidit angelum Domini ſtantem inter cœlum & terram, & evaginatum gladium in manu ejus, & verſum contra Jeruſalem; & ceciderunt tam ipſe, quam majores natu veſtiti ciliciis, *e* proni in terram.

17. Dixitque David ad Deum: Nonne ego ſum, qui juſſi, ut numeraretur populus? Ego, qui

a 2. Reg. 24.

b Prophetam.

c v. 2. Reg. 24. 13. ubi ſeptem anni famis pronuntiantur.

d ſc. ut puniret David ob ſuperbiam, populum autem ob peccata propria.

e Hebr. & 70. ſaccis.

qui peccávi; ego, qui malum feci, iſte grex quid commeruit? Domine Deus meus vertatur, obſecro, manus tua in me, & in domum patris mei; populus autem tuus non percutiatur.

18. Angelus autem Domini præcepit Gad, ut diceret Davidi, ut aſcenderet, extrueretque altare Domino Deo in area Ornan *a* Jebuſæi.

19. Aſcendit ergo David juxta ſermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini.

20. Porro Ornan cum ſuſpexiſſet, & vidiſſet angelum, quatuorque filii ejus cum eo, abſconderunt ſe; nam eo tempore terebat in area triticum.

21. Igitur cum veniret David ad Ornan, conſpexit eum Ornan, & proceſſit ei obviam de area, & adoravit eum pronus in terram.

22. Dixitque ei David: Da mihi locum areæ tuæ, ut ædificem in ea altare Domino; ita ut quantum valet argenti, accipias, & ceſſet plaga a populo.

23. Dixit autem Ornan ad David: Tolle, & faciat dominus meus rex, quodcumque ei placet; ſed & boves do in holocauſtum, & tribulas *b* in ligna, & triticum in ſacrificium; omnia libens præbebo.

24. Dixitque ei rex David: Nequaquam ita fiet, ſed argentum dabo, quantum valet; neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita.

25. Dedit ergo David Ornan pro loco ſiclos auri juſtiſſimi ponderis ſexcentos.

26. Et *c* ædificavit ibi *d* altare Domino; obtulitque holocauſta, & pacifica, & invocavit Dominum, & exaudivit eum in igne de cœlo *e* ſuper altare holocauſti.

27. Præcepitque Dominus angelo; & convertit gladium ſuum in vaginam.

28. Protinus ergo David, videns, quod exaudiſſet eum Dominus in area Ornan Jebuſæi, immolavit ibi victimas.

29. Tabernaculum autem Domini, *f* quod fecerat Moyſes in deſerto, & altare holocauſtorum, ea tempeſtate erat in excelſo Gabaon.

30. Et non prævaluit David ire ad altare, ut ibi obſecraret Deum; nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium angeli Domini.

a Vocabatur & Areuna 2. Reg. 24. 23.

b ſc. inſtrumenta ruſtica.

c 2. Par. 3. 1.

d hic & Iſaac immolatus & poſtea templum ædificatum eſt. Joſeph. l. 1. Antiq. c. 14 Hier. in tradit. Hebraic.

e ſc miſſo.

f Exod. 36. 2.

ktorym zgrzeſzył; ia ktorym złe uczynił; tá trzodá co záwinęłá? Pánie Boże moy niech śię obróći ręká twoiá ná mię, y ná dom oycá mego; á lud twoy niech trácom nie będźie.

18. A Anioł Páńſki przykazał Gádowi, áby rzekł Dawidowi, żeby wſtąpił, y zbudował ołtarz Pánu Bogu ná boiowiſku Ornan Jebuzeyczyká.

19. Wſtąpił tedy Dawid według mowy Gad, ktorą mu mowił imieniem Páńſkim.

20. Lecz Ornán gdy weyźrzał wzgorę, y uyźrzał Aniołá, y czterzey ſynowie iego z nim, ſkryli śię; bo ná ten czás młóćił ná boiowiſku pſzenicę.

21. A ták gdy ſzedł Dawid do Ornán, uyźrzał go Ornán, y wyſzedł przećiw iemu z boiowiſká, y pokłonił mu śię twarzą do źiemie.

22. Y rzekł mu Dawid: Day mi plác boiowiſká twego, ábych zbudował ná nim ołtarz Pánu; ták żebyś wźiął ſrebrá zá co ſtoi, y żeby uſtáłá plaga od ludu.

23. Y rzekł Ornán do Dawidá: Weźmi, á niech uczyni pan moy krol, cokolwiek mu śię podoba; ále y woły dáię ná cáłopalenie, y wozki ná drwá, y pſzenicę ná ofiárę; wſzytko z chęćią dam.

24. Y rzekł mu krol Dawid: Nie będźie ták, ále dam ſrebro zá co ſtoi; bo tobie bráć nie mam, y ták ofiárowáć Pánu cáłopalenie dárowne.

25. Dał tedy Dawid Ornán zá mieyſce ſykłow złotá ſześć ſet wagi ſpráwiedliwey.

26. Y zbudował tám ołtarz Pánu, y ofiárował cáłopalenie, y zapokoyne, y wzywał Páná, y wyſłuchał go w ogniu z niebá ná ołtarz cáłopalenia.

27. Y roſkazał Pan Anyołowi; y obróćił miecz ſwoy w poſzwy.

28. Nátychmiaſt tedy widząc, Dawid że go wyſłuchał Pan ná boiowiſku Ornán Jebuzeyczyká, ofiárował tám ofiáry.

29. A przybytek Páńſki, ktory był ſpráwił Moyżeſz ná puſczy, y ołtarz cáłopálenia, ná on czás był ná wyżynie Gábáon.

30. Y niemogł Dawid iśdź do ołtarzá, áby tám prośił Bogá; zbytnim bowiem był ſtráchem przeſtráſzony, widząc mecz Anyołá Páńſkiego.

ROZDZIAŁ XXII.

Dawid materią gotuie ná Kośćioł; poleca Sálomonowi budowánie Kośćiołá; upominá go, áby ſię bał Páná Bogá; przykazuie też wſzytkim kśiążętam, áby pomagáli Sálomonowi.

1. Y Rzekł Dawid: To ieſt dom Boży, y to ołtarz ná cáłopalenie Izráelowi.

2. Y przykazał, áby zgromádzeni byli wſzyſcy nowonáwroceni z źiemie Izráelſkiey, y poſtánowił z nich Kámienniki ná łamánie kámieni, y ćioſánie, áby był budowány dom Boży.

3. Zeláza też bárzo wiele ná gwoźdźie do drzwi, y ná ſpuſczánie, y ná ſpaiánie, nágotował Dawid, y miedźi wągę niezliczoną.

4. Drzewá też cedrowe nie mogły bydź oſzácowáne, ktorych Sydończycy y Tyriyczycy náwieźli byli do Dawidá.

5. Y rzekł Dawid: Sálomon ſyn moy ieſt dźiećię máluczkie y kocháne, á dom ktory chcę, áby zbudowány był Pánu, táki ma bydź, żeby był po wſzech źiemiách ſławny; á ták nágotuię mu potrzeby. Y dla tego przed śmierćią ſwą nágotował wſzytkie nakłady.

6. Y záwołał Sálomoná ſyná ſwego; y przykazał mu, áby zbudował dom Pánu Bogu Izráelowemu.

7. Y rzekł Dawid do Sálomoná: Synu moy, byłá wolá moiá zbudowáć dom imieniowi Páná Bogá mego,

8. Ale ſtáłá ſię mowá Páńſka do mnie, mowiąc: Rozlałeś wiele krwie, y walczyłeś wiele walek, nie będźieſz mogł budowáć domu imieniowi memu, ták wiele krwie rozlawſzy przedemną;

9. Syn, ktory ſię tobie národźi, będźie mąż bárzo ſpokoyny; bo go uſpokoię ode wſzech nieprzyiáćioł iego wokoło; y dla tey przyczyny będźie zwan ſpokoyny; y dam pokoy y odpoczynienie w Izráelu po wſzytkie dni iego.

10. On zbuduie dom imieniowi memu, y on mi będźie zá ſyná, á ia mu będę zá oycá; y utwierdzę ſtolicę kroleſtwá iego nád Izráelem ná wieki.

11. Teraz tedy ſynu moy, niech Pan będźie z tobą, y niechći ſię ſczęśći, y zbuduy dom Pánu Bogu twemu, iáko mowił o tobie.

12. Niechći też Pan da roſtropność y ſmyſł, ábyś

CAPUT XXII.

David præparat neceſſaria ad ædificandum templum Domini, 1. Salomoni præcipit, ut illud extruat, & Deum ſedulo colat, 6. Principes, ut illi ſint auxilio, exhortatur, 17.

1. DIxitque David: Hæc *a* eſt domus *b* Dei, & hoc altare in holocauſtum Iſrael.

2. Et præcepit *c*, ut congregarentur omnes proſelyti *d* de terra Iſrael, & conſtituit ex eis latomos ad cædendos lapides, & poliendos, ut ædificaretur domus Dei.

3. Ferrum quoque plurimum ad clavos januarum, & ad commiſſuras atque juncturas præparavit David; & æris pondus innumerabile.

4. Ligna quoque cedrina non poterant æſtimari *e*, quæ Sidonii, & Tyrii deportaverant ad David.

5. Et dixit David: Salomon filius meus puer parvulus eſt & delicatus *f*; domus autem, quam ædificari volo Domino, talis *g* eſſe debet, ut in cunctis regionibus nominetur, præparabo ergo ei neceſſaria. Et ob hanc cauſam ante mortem ſuam omnes præparavit impenſas.

6. Vocavitque Salomonem filium ſuum; & præcepit ei, ut ædificaret domum Domini Deo Iſrael.

7. Dixitque David ad Salomonem: Fili mi, voluntatis meæ fuit, ut ædificarem domum nomini Domini Dei mei *h*.

8. Sed factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti; non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me.

9. Filius, qui naſcetur tibi, erit vir quietiſſimus; faciam enim eum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitum; & ob hanc cauſam Pacificus *i* vocabitur; & pacem & otium dabo in Iſrael cunctis diebus ejus.

10. Ipſe *k* ædificabit domum nomini meo, & ipſe erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem; firmaboque ſolium regni ejus ſuper Iſrael in æternum.

11. Nunc ergo fili mi, ſit Dominus tecum, & proſperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, ſicut locutus eſt de te.

12. Det quoque tibi Dominus prudentiam &

a Hic in monte Moria Dei juſſu & revelatione templum conſtrui debet.
b 2. Par. 3. 1.
c Anno M. 2988. Ant. Chr. 1016.
d i. advenæ.
e Hebr. & 70. numerari.
f i. tener.
g Hebr. magnifica.
h 2. Reg. 7. 1. ſup. 17.
i Hebr. Selomoh.
k 2. Reg. 7. 13. 3 Reg. 5. 5. 2. Reg. 7. 14. Hebr. 1. 5.

& ſenſum, ut regere poſſis Iſrael, & cuſtodire legem Domini Dei tui.

13. Tunc enim proficere poteris, ſi cuſtodieris mandata & judicia, quæ præcepit Dominus Moyſi, ut doceret Iſrael; confortare, & viriliter age, ne timeas, neque paveas.

14. Ecce ego in paupertate mea *a* præparavi impenſas domus Domini, auri talenta centum millia *b*, & argenti mille millia talentorum; æris vero, & ferri non eſt pondus, vincitur enim numerus magnitudine; ligna & lapides præparavi ad univerſa impendia.

a Ex modeſtia ita loquitur.
b Faciunt mille ducentos ſeptuaginta quinque milliones aureorum, Tir.

15. Habes quoque plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificesque lignorum, & omnium artium ad faciendum opus prudentiſſimos,

16. In auro & argento & ære & ferro, cujus non eſt numerus. Surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum.

17. Præcepit quoque David cunctis principibus Iſrael, ut adjuvarent Salomonem filium ſuum.

18. Cernitis, inquit, quod Dominus Deus veſter vobiſcum ſit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos veſtros in manus veſtras, & ſubjecta ſit terra coram Domino, & coram populo ejus.

19. Præbete igitur corda veſtra, & animas veſtras, ut quæratis Dominum Deum veſtrum; & conſurgite, & ædificate ſanctuarium Domino Deo, ut introducatur arca fœderis Domini, & vaſa Domino conſecrata, in domum, quæ ædificatur nomini Domini.

ábyś mogł rządźić Izráelá, y ſtrzedz zakonu Páná Bogá twego.

13. Abowiem tedy będźieſz mogł poſtąpić, ieſli będźieſz ſtrzegł przykazan, y ſądow, ktore przykazał Pan Moyzeſzowi, áby nauczył Izráela; Zmacnayże ſię, á czyń mężnie, nie boy ſię, áni ſię lękay.

14. Oto iá w ubostwie moim nágotowałem nakłády ná dom Páńſki, złotá tálentow ſto tyśięcy, á ſrebrá tyśiąc tyśięcy tálentow; á miedźi y żelázá wagi niemáſz, bo wielkość przechodźi liczbę; drzewá y kámienia przygotowałem, ná wſzytkie nakłády.

15. Máſz też rzemieſlnikow bárzo wiele kámiennikow, y murárzow, y rzemieſlnikow około drzewá, y wſzelkich rzemioſł do czynienia dźiełá bárzo roſtropnych,

16. Ze złotá, ze ſrebrá, y z miedźi, y z żeláza, ktoremu niemáſz liczby. A ták wſtań á czyń, á będźie Pan z tobą.

17. Przykazał też Dawid wſzytkim kśiążętam Izráelſkim, áby pomagáli Sálomonowi ſynowi iego,

18. Mowiąc: Widźićie, iż Pan Bog wáſz ieſt zwámi, y dał wam odpoczynek wokoło, y dał wſzytkie nieprzyiaćioły wáſze w ręce wáſze, y poddána ieſt źiemiá przed Pánem, y przed ludem iego.

19. Podáyćieſz tedy ſercá wáſze, y duſze wáſze, ábyśćie ſzukáli Páná Bogá wáſzego; á wſtáńćie, y buduyćie Swiątnicę Pánu Bogu, áby wnieśiona byłá ſkrzyniá przymierza Páńſkiego, y naczynia Pánu poświęcone, do domu, ktory ſię buduie imieniowi Páńſkiemu.

CAPUT XXIII.

David ſenex Salomonem regem deſignat, 1. Levitarum claſſes & officia diſtribuit, 6. Moyſi filios Leviticis annumerat, 14.

1. IGitur David ſenex & plenus dierum, regem conſtituit *c* Salomonem filium ſuum ſuper Iſrael.

c Eodem anno 2988. ætatis ſuæ fere 70. regni autem 40. ineunte; ante mortem ejus anno dimidio.

2. Et congregavit omnes principes Iſrael, & ſacerdotes atque Levitas.

3. Numeratique ſunt Levitæ a triginta annis, & ſupra; & inventa ſunt triginta octo millia virorum.

4. Ex his electi ſunt, & diſtributi in miniſterium domus Domini viginti quatuor millia; præpoſitorum autem & judicum ſex millia.

ROZDZIAŁ XXIII.

Dawid ſtáry náznáczywſzy krolem Sálomoná, policzonym Lewitom urzędy rozdáie, Moyzeſzowi ſynowie Lewitom przyliczeni.

1. DAwid tedy ſtáry y pełen dni, poſtánowił krolem Sálomoná ſyná ſwego nád Izráelem.

2. Y zgromádźił wſzytkie kśiążętá Izráelſkie, y kápłany, y Lewity.

3. Y policzono Lewity od trzydźieśći lat, y wyſſzey; y nálázło ſię ich trzydźieśći y ośm tyśięcy mężow.

4. Z tych wybrano, y rozłożono ná poſługę domu Páńſkiego dwádźieśćiá y czterzy tyśiące. A przełożonych y ſędźiow ſześć tyśięcy.

5. A odźwiernych czterzy tyśiące; y tákże wiele muzykow gráiących Pánu ná instrumenćiech, ktore był náspráwiał ku gràniu.

6. Y rozdźielił ie Dawid ná odmiány synow Lewi, to iest, Gerson, y Káath, y Merari.

7. Synowie Gerson: Leedan, y Semei.

8. Synowie Leedan: przednieyszy Jahiel, y Zethan, y Joel, trzey.

9. Synowie Semei: Sálomith, y Hosiel, y Arán, trzey. Ci przednieyszy fámiliy Leedán.

10. A synowie Semeiowi: Leheth, y Zizá, y Jaus, y Báriá; ći synowie Semei czterey.

11. Y był Leheth pierwszy, Zizá wtory; lecz Jaus y Báriá nie mieli wiele synow, y przetoż w iedney fámiliiey, y w iednym domu byli policzeni.

12. Synowie Káath: Amram, y Isáár, Hebron, y Oziel, czterzey.

13. Synowie Amrám: Aaron, y Moyzesz. Y odłączony iest Aaron, áby służył w świętym świętych, sam y synowie iego ná wieki, á żeby palił kádzenie Pánu, według obyczáiu swego, á błogosłáwił imieniowi iego ná wieki.

14. Moyzeszá też mężá Bożego synowie policzeni są w pokoleniu Lewi.

15. Synowie Moyzeszowi: Gersom, y Elieser.

16. Synowie Gersom: Subuel pierwszy.

17. A synowie Elieserowi byli Rohobiá pierwszy; y nie miał Elieser innych synow. Ale synowie Rohobiá rozmnożyli się wielce.

18. Synowie Isáár: Sálomith pierwszy.

19. Synowie Hebron: Jeriáw pierwszy, Amáriasz wtory, Jáhaziel trzeći, Jekmáám czwarty.

20. Synowie Oziel: Michá pierwszy; Jesiá wtory.

21. Synowie Merári: Moholi, y Musy. Synowie Moholi: Eleázár, y Cis.

22. A umárł Eleázár, y nie miał synow, ále corki; y poięli ie synowie Cis brácia ich.

23. Synowie Musi: Moholi, y Eder, y Jerimoth, trzey.

24. Ci synowie Lewi w rodách, y domiech swych, kśiążętá ná przemiány, y liczby głow káżdego z osobná, ktorzy odpráwowáli roboty służby domu Páńskiego ode dwudźiestu lat, y wyszey.

25. Mowił bowiem Dawid: Dał Pan Bog od-

5. Porro quatuor millia janitores; & totidem psaltæ canentes Domino in organis, quæ fecerat ad canendum.

6. *a* Et distribuit eos David per vices *b* filiorum Levi, Gerson videlicet, & Caath, & Merari.

7. Filii Gerson: Leedan, & Semei.

8. Filii Leedan: Princeps Jahiel, & Zethan, & Joel, tres.

9. Filii Semei: Sálomith, & Hosiel, & Aran, tres; isti principes familiarum Leedan.

10. Porro filii Semei, Leheth, & Ziza, & Jaus, & Baria; isti filii Semei quatuor.

11. Erat autem Leheth prior, Ziza secundus; porro Jaus, & Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in una familia, unaque domo computati sunt.

12. Filii Caath: Amram, & Isaar, Hebron, & Oziel, quatuor.

13. Filii *c* Amram: Aaron, & Moyses. Separatusque *d* est Aaron, ut ministraret in Sancto sanctorum, ipse & filii ejus in sempiternum, & adoleret incensum Domino secundum ritum suum, ac benediceret nomini ejus in perpetuum.

14. Moysi quoque hominis Dei, filii annumerati sunt in tribu Levi.

15. Filii *e* Moysi: Gersom, & Eliefer.

16. Filii Gersom: Subuel primus *f*.

17. Fuerunt autem filii Eliefer: Rohobia primus; & non erant Eliefer filii alii. Porro filii Rohobia multiplicati sunt nimis.

18. Filii Isaar: Salomith primus.

19. Filii Hebron: Jeriau primus, Amarias secundus, Jahaziel tertius, Jecmaam quartus.

20. Filii Oziel: Micha primus, Jesia secundus.

21. Filii Merari: Moholi, & Musi. Filii Moholi: Eleazar, & Cis.

22. Mortuus est autem Eleazar, & non habuit filios, sed filias; acceperuntque eas filii Cis fratres earum.

23. Filii Musi: Moholi, & Eder, & Jerimoth, tres.

24. Hi filii Levi in cognationibus, & familiis suis, principes per vices *g*, & numerum capitum singulorum, qui faciebant opera ministerii domus Domini a viginti annis, & supra.

25. Dixit enim David: Requiem dedit Dominus

a Sup. 6. 1.
b Seu 24. classes ut sabbatho ad sabbathum, id est integra hebdomada deservirent in templo.
c Sup. 6. 3.
d Hebr. 5. 4.
e Exod. 2. 22. & 18. 3. & 4.
f sc. dignitate. Hebr. caput seu princeps.
g i. officio.

minus Deus Iſrael populo ſuo, & habitationem Jeruſalem usque in æternum.

26. Nec erit officii Levitarum, ut ultra portent tabernaculum, & omnia vaſa ejus ad miniſtrandum.

f Iſ 60. 5.

g ſc. Chriſti.

18. Beati omnes, qui diligunt, & qui gaudent ſuper pace tua.

19. Anima mea benedic Dominum, quoniam liberavit Jeruſalem civitatem ſuam a cunctis tribulationibus ejus, Dominus Deus noſter.

20. Beatus ero, ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndam claritatem Jeruſalem.

21. Portæ *a* Jeruſalem ex ſapphiro & ſmaragdo ædificabuntur; & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum ejus.

22. Ex lapide candido & mundo omnes plateæ ejus ſternentur, & per vicos ejus alleluja cantabitur.

23. Benedictus Dominus, qui exaltavit eam, & ſit regnum ejus in ſæcula ſæculorum ſuper eam. Amen.

a Ab Allegorica Jeroſolyma aſcendit ad Anagogicam ſc. cæleſtem, quæ eſt glorioſa Sanctorum Eccleſia in cœlis v. Apoc. 21, v. 18.

CAPUT XIV.

Tobias ſenior moriturus completis 102. ætatis ſuæ annis, 1. Filium ac nepotes hortatur, ut ſepultis parentibus e Ninive migrent, quam evertendam dicit, & Jeruſalem inſtaurandam, 6. Exhortans illos ad pietatem, 10. Quod filius obſervans, tandem ad ſoceros revertitur, ibique completis 99. annis moritur, 14.

1. ET conſummati ſunt ſermones Tobiæ. Et poſtquam illuminatus eſt Tobias, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum ſuorum.

2. Completis itaque annis centum duobus, *b* ſepultus *c* eſt honorifice in Ninive.

3. Quinquaginta namque & ſex annorum lumen oculorum amiſit, ſexagenarius vero recepit.

4. Reliquum vero vitæ ſuæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

5. In hora autem mortis ſuæ vocavit ad ſe Tobiam filium ſuum, & ſeptem juvenes filios ejus nepotes ſuos, dixitque eis:

6. Prope erit interitus Ninive; non enim excidit verbum Domini *d*; & *e* fratres noſtri, qui diſperſi *f* ſunt a terra Iſrael, revertentur ad eam;

7. Omnis autem deſerta terra ejus replebitur, & domus Dei, quæ in ea incenſa eſt *g*, iterum reædificabitur; ibique *h* revertentur omnes timentes Deum.

b Gr. centum quinquaginta octo.
c Anno M. 3341. ant. Chr. 663.
d Quod prædixit per Jonam & Nahum.
e i. Esdr. 3. 8.
f Hebr. diſpergentur.
g Hebr. comburetur; hæc enim futura ſpiritu prophetico prædixit Tobias, in ſe videre minime potuit.
h i. eoque.

8. Et

18. Błogoſławieni wſzyſcy, ktorzy ćię miłuią, y ktorzy ſię weſelą z pokoiu twego.

19. Duſzo moiá błogoſław Páná, ábowiem wybáwił Jeruzálem miáſto ſwe od wſzech ućiſkow iego, Pan Bog náſz.

20. Błogoſłáwiony będę, ieſli będźie ſczątek naśienia mego, áby pátrzył ná świetność miáſtá Jeruzálem.

21. Bramy Jerozolimſkie z Száphiru, y Smáragdu będą zbudowáne, y z kámieniá drogiego wſzytek okrąg murow iego.

22. Kámieniem białym, y czyſtym wſzytkie ulice iego będą położone; á po ulicách iego będą śpiewáć Alleluia.

23. Błogoſłáwiony Pan, ktory ie wywyſzył, á niech będźie kroleſtwo iego ná wieki wiekow nád nim. Amen.

ROZDZIAŁ XIV.

Tobiaſz wypełniwſzy ſto dwie lećie, w godźinę śmierći ſwey, ſyná ſwego, y wnukuw ſwych nápominá, áby, pogrzebiwſzy oycow ſwych, wyſzli z Niniwe; á o zburzeniu teyże prorokuie, pobudza ich ku pobożnośći. Co ſyn wypełnia, á wracá ſię do świerkow ſwoich; á wypełniwſzy dźiewięćdźieśiąt dźiewięć lat, tám umarł.

1. Y Skończyły ſię mowy Tobiaſzowe. A Tobiaſz po oświeceniu ſwoim żył czterdźieśći y dwie lećie, y widźiał ſyny wnukow ſwoich.

2. Wypełniwſzy tedy ſto dwie lećie, pogrzebion ieſt uczćiwie w Niniwe.

3. Pięćdźieśiąt bowiem y ſześć lat máiąc, wzrok ſtráćił; á w ſześćidźieśiąt lat záś wźiął.

4. A oſtátek żywotá iego był w weſelu, y z dobrym pomnożeniem boiáźni Bożey poſtępował w pokoiu.

5. A w godźinę śmierći ſwey przyzwał do śiebie Tobiaſzá ſyná ſwego, y śiedm młodźieńcow ſynow iego wnukow ſwoich, y rzekł im:

6. Bliſko będźie zginienie Niniwe; bo nie upádło ſłowo Páńſkie; á bráćia náſzy, ktorzy ſą rozproſzeni z źiemie Izráelſkie, wrocą ſię do niey;

7. Y wſzytká puſta źiemiá iey nápełni ſię, á dom Boży, ktory w niey ſpalono, záśię zbudowány będźie; y tám ſię wrocą wſzyſcy, ktorzy ſię Bogá boią.

8. Y

8. Y opuſczą pogáni bałwány ſwoie, y przyjdą do Jeruzálem, y będą w nim mieſzkáć.

9. Y będą ſię w nim weſelić wſzyſcy krolowie źiemie, kłániáiąc ſię krolowi Izráelſkiemu.

10. Słuchayćie tedy ſynowie moi oycá wáſzego: Służćie Pánu w prawdźie, á ſtáraycie ſię, żebyśćie to czynili, co mu ſię podoba;

11. Y ſynom wáſzym przykażćie, áby czynili ſpráwiedliwośći, y iáłmużny; żeby pámiętáli ná Bogá, y błogoſłáwili go ná káżdy czás w prawdźie, y ze wſzytkiey śiły ſwoiey.

12. Teraz tedy ſynowie ſłuchayćie mię, á nie mieſzkayćie tu; ále ktoregokolwiek dniá pogrzebiećie mátkę wáſzę w iednym grobie podle mnie, odtąd uproſtuyćie kroki wáſze, ábyśćie wyſzli ztąd;

13. Bo widzę, iż nieprawośći ego uczyni mu koniec.

14. Y sſtáło ſię po śmierći mátki ſwey, Tobiaſz wyſzedł z Niniwe z żoną ſwą, y z ſynámi, y z ſynámi ſynow, y wroćił ſię do świekrow ſwoich.

15. Y nálazł ie zdrowe w ſtárośći dobrey; y miał pieczą o nich, y on záwárł oczy ich; y on wźiął wſzytko dźiedźictwo domu Ráguelowego; y oglądał piąte pokolenie, ſyny ſynow ſwoich.

16. A wypełniwſzy dźiewięćdźieśiąt dźiewięć lat w boiáźni Páńſkiey, z weſelim go pogrzebli.

17. A wſytek rod iego, y wſzytko pokolenie iego trwáło w świętym żywoćie, y w świętym obcowániu, ták iż byli przyiemni ták Bogu, iáko y ludźiom, y wſzytkim mieſzkáiącym ná źiemi.

8. Et relinquent gentes idola ſua *a*, & venient in Jeruſalem, & inhabitabunt in ea.

9. Et gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes regem Iſrael.

10. Audite ergo filii mei patrem veſtrum: Servite Domino in veritate, & iniquirite ut faciatis quæ placita ſunt illi;

11. Et filiis veſtris mandate, ut faciant juſtitias & eleemoſynas; ut ſint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute ſua.

12. Nunc ergo filii audite me, & nolite manere hic; ſed quacunque die ſepulchro matrem veſtram circa me in uno ſepelieritis, ex eo dirigite greſſus veſtros, ut exeatis hinc;

13. Video enim, quia iniquitas ejus finem dabit ei.

14. Factum eſt autem poſt obitum matris ſuæ, Tobias abſceſſit ex Ninive cum uxore ſua, & filiis, & filiorum filiis, & reverſus eſt ad ſoceros ſuos;

15. Invenitque eos incolumes in ſenectute bona; & curam eorum geſſit, & ipſe clauſit oculos eorum; & omnem hæreditatem domus Raguelis ipſe percepit; viditque quintam generationem, filios filiorum ſuorum.

16. Et completis annis nonaginta novem *b* in timore Domini, cum gaudio ſepelierunt eum *c*,

17. Omnis *d* autem cognatio ejus, & omnis generatio ejus in bona vita, & in ſancta converſatione permanſit, ita ut accepti eſſent tam Deo, quam hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

a Quia gentes ad Chriſti Eccleſiam convertentur.

b Græce 127.

c Græc. additur: in Ecbatanis

d in Græco additur: eum priusquam moreretur audiviſſe interitum Ninives quæ capta eſt a Nabuchodonoſore & Aſſuero, id eſt a Nabopolaſſare Nabuchodonoſoris magni patre, & Aſtyage Cyri avo (Aſſueri quoque nomine, Daniel. 9. appellato) qui conjunctis viribus Ninivem oppugnarunt; unde Syrus ait; captivitatem, in quam ipſam duxerunt in Mediam. Idque anno 95. Iſraeliticæ captivitatis, hoc eſt Mundi 3378. Atque ita Tobias junior, qui hic dicitur vixiſſe 99. annos, fuit annorum 4. cum abduceretur; & everſa eſt Ninive Joſia regnante, ut Hieronymus confirmat proemio in Jonam.

KSIĘGI JUDITH.

ROZDZIAŁ I.

Nábuchodonozor krol zwyćiężywſzy Medſkiego królá, chcąc opánowáć wſzyſtkie kroleſtwá, rozeſłał poſły do nich, ktore że nieuczćiwie przyięto, y odpráwiono, przyśiągł ſię mśćić.

1. ARpháxád tedy krol Medzki podbił był pod moc ſwoię wiele narodow, y on zbudował miáſto bárzo możne, ktore názwał Ekbátánis,

LIBER JUDITH.

CAPUT I.

Nabuchodonoſor victo rege Medorum, 1. Cunctis regnis imperare cupiens nuntios ad ea mittit; quibus absque honore remiſſis, indignatus jurat ſe id ulturum, 7.

1. ARphaxat *e*, itaque rex Medorum, ſubjugaverat multas gentes imperio ſuo, & ipſe ædificavit civitatem potentiſſimam, quam appellavit Ecbatanis,

e Is videtur eſſe Dejoces, qui Arbaci ſucceſſerat in imperio Medorum.

2. Ex lapidibus quadratis & sectis *a*; fecit muros ejus in latitudinem *b* cubitorum septuaginta, & in altitudinem cubitorũ triginta, turres vero ejus posuit in altitudinem cubitorum centum.

3. Per quadrum vero earum latus utrumque vicenorum pedum spatio tendebatur, posuitque portas ejus in altitudinem turrium;

4. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum.

5. Anno *c* igitur duodecimo regni sui; Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad, & obtinuit eum

6. In campo magno, qui appellatur Ragau circa Euphraten, & Tigrin, & Jadason in campo Erioch regis Elicorum.

7. Tunc exaltatũ est regnum Nabuchodonosor, & cor ejus elevatum est, & misit ad omnes, qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano.

8. Et ad gentes, quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon,

9. Et ad omnes, qui erant in Samaria, & trans flumen Jordanem usque ad Jerusalem, & omnem terram Jesse *d*, quousque perveniatur ad terminos Æthiopiæ.

10. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum;

11. Qui omnes uno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abjecerunt.

12. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex adversus omnem terram illam, juravit per thronum & regnum suum, quod defenderet *e* se de omnibus regionibus his.

a Græce; & latis cubitos tres; longis vero sex.

b Sic habent Sixtina Biblia & Correctiones Romanæ nihil mutant, quamvis plerique libri murorum latitudini, tribuant cubitos triginta, & altitudini septuaginta, teste Francisco Luca

c Anno Per. Julianæ 4057 M. 3347. ante Chr. 659.

d Græc. Gesem.

e i. e. ulcisceretur.

CAPUT II.

Holofernes a Nabuchodonosor mittitur, omnia regna vastaturus, cum potenti exercitu, 1. Multis locis per ipsum expugnatis, timor universos invadit, 12.

1. ANno * tertio decimo Nabuchodonosor regis, vigesima & secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, ut defenderet se *f*.

2. Vocavitque omnes majores natu, omnesque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium *g* consilii sui;

* Anno M. 3348.

f Seu ulcisceretur, sic defendere sumitur Rom. 12. v. 19. & apud classicos Auctores.

g i. arcanum.

2. Z kámieniá kwádratowego, y ćiosanego; wywiodł mury iego wszerz ná śiedmdźieśiąt łokći, á ná zwysz ná trzydźieśći, á wieże iego wywiodł wzgorę ná sto łokći.

3. A w kwádraćie ich obie stronie ná dwádźieśćia stop się rozćiągáły; y postáwił bramy iego według wielkośći wież;

4. Y chłubił się iáko możny w mocy woyská swego, y w chwale poczwornych swoich.

5. Roku tedy dwunastego krolestwá iego Nábuchodonozor krol Assyriyski, ktory krolował w Niniwe mieśćie wielkim, walczył przećiwko Arpháxád, y zwyćiężył go

6. Ná polu wielkim, ktore zową Rágau, nád Ephrátesem y Tygrem, y Jádásoem, ná polu Erioch Krolá Elikow.

7. Tedy się wyniosło krolestwo Nábuchodonozorowe, y podniosło się serce iego; y posłał do wszytkich, ktorzy mieszkáli w Ciliciey, y w Damászku, y w Libanie,

8. Y do narodow, ktorzy są w Kármelu, y w Cedar, y do obywátelow Gálileyskich ná wielkim polu Esdrelon,

9. Y do wszytkich, ktorzy byli w Sámáriiey, y zá rzeką Jordanem áż do Jeruzálem, y wszytkiey źiemie Jesse, áż przyidźiesz do gránic Æthyopskich.

10. Do tych wszytkich posłał posły Nábuchodonozor krol Assyriyski;

11. Ktorzy wszyszy iedną myślą odmowili, y z niczym ie odpráwili, á bez uczćiwośći odrzućili.

12. Tedy rozgniewawszy się krol Nábuchodonozor ná onę wszytkę źiemię, przysiągł przez stolicę, y przez krolestwo swe, że się miał bronić od wszytkich kráin tych.

ROZDZIAŁ II.

Nábuchodonozor wyprawił Holofernesa hetmáná z woyskiem ná one wszystkie krolestwá, áby ie poburzył. A gdy wielu pobił sobie, inne wszystkie strách wielki ogárnął.

1. ROku trzynastego Nábuchodonozorá krolá, dwudźiestego, y wtorego dniá miesiącá pierwszego sstáło się słowo w domu Nábuchodonozorá krolá Assyriyczykow, żeby się bronił.

2. Y zezwał wszytkie stársze, y wszytkie ketmány, y rycerstwo swe, y miał z nimi táiemnicę rády swey;

3. Y powiedźiał, że ná tym ieſt myśl iego, áby wſzytkę źiemię podbił pod moc ſwoię.

4. Ktora powieść gdy ſię podobáłá wſzytkim, wezwał krol Nábuchodonozor Holoferneſá hetmáná rycerſtwá ſwego,

5. Y rzekł mu: Wyciągni przećiw wſzelkiemu kroleſtwu zachodu ſłońcá, á oſobliwie przećiwko tym, ktorzy wzgárdźili roſkazániem moim.

6. Nie przepuśći oko twoie żádnemu kroleſtwu, á káżde miáſto obronne podbiieſz mi.

7. Tedy Holofernes wezwał hetmánow, y przełożonych śiły Aſſyriyſkiey, y policzył męże ná wypráwę, iáko mu krol roſkazał, ſto y dwádźieśćiá tyśięcy pieſzych walecznych, á iezdnych ſtrzelcow dwánáśćie tyśięcy.

8. Y wſzytkiemu woyſku ſwemu kazał ćiągnąć naprzod w mnoſtwie wielbłądow niezliczonych, z temi rzeczámi, ktorychby woyſku obfićie doſtawáło; wołow też ſtádá, y trzody owiec, ktorym liczby nie było.

9. Zboża że wſzytkie Syriiey kędy ćiągnąc miał, nágotowáć kazał.

10. A złotá y ſrebrá z domu krolewſkiego nábrał bárzo wiele.

11. Y wyiáchał ſam, y wſzytko woyſko z poczwornymi, y z iezdnymi, y z ſtrzelcy, ktorzy okryli wierzch źiemie iáko ſzáráńcza.

12. A gdy przeiáchał gránice Aſſyriyſkie, przyćiągnął ku wielkim goram Ange, ktore ſą po lewey ſtronie Cyliciiey; y doſzedł káżdego zameczku ich, y obżierżał káżdą twierdzą.

13. Y dobył miáſtá známienitego Melothy, y złupił wſzytkie ſyny Thárſys, y ſyny Iſmáhel, ktorzy byli przećiw puſczy, y ná południe źiemie Cellon.

14. Y przepráwił ſię przez Euphráteſá, y przyćiągnął do Mezopotámiiey; y zburzył wſzytkie miáſtá wyſokie, ktore tám były, od potoku Mámbre áż przyidźieſz do morzá;

15. Y opánował gránice ich od Cyliciiey, áż do gránic Jáphet, ktore ſą ná południe.

16. Y zábrał wſzytkie ſyny Mádián, y złupił wſzytkie bogáctwá ich, y wſzytkie, ktorzy ſię mu ſprzećiwili, paſczeką mieczá pobił.

17. A potym źiachał ná polá Dámáſzku we dni żniwá, y zápalił wſzytko zboże, á wſzytkie drzewá, y winnice wyćiąć kazał;

18. Y przypadł ſtrách iego ná wſzytkie mieſzkáiące ná źiemi.

3. Dixitque, cogitationem ſuam in eo eſſe, ut omnem terram ſuo ſubjugaret imperio.

4. Quod dictum cum placuiſſet omnibus, vocavit Nabuchodonoſor rex Holofernem principem militiæ ſuæ,

5. Et dixit ei: Egredere adverſus omne regnum Occidentis, & contra eos præcipue, qui contempſerunt imperium meum.

6. Non parcet oculus tuus ulli regno, omnemq; urbem munitam ſubjugabis mihi.

7. Tunc Holofernes vocavit duces, & magiſtratus virtutis Aſſyriorum; & dinumeravit viros in expeditionem, ſicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum & equitum ſagittariorum duodecim millia.

8. Omnemque expeditionem ſuam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus ſufficerent copioſe, boum quoque armenta, gregesque ovium, quorum non erat numerus.

9. Frumentum ex omni Syria in tranſitu ſuo parari conſtituit.

10. Aurum vero, & argentum de domo regis aſſumpſit multum nimis.

11. Et profectus eſt ipſe, & omnis exercitus cum quadrigis, & equitibus, & ſagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ, ſicut locuſtæ.

12. Cumque pertranſiſſet fines Aſſyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui ſunt a ſiniſtro Ciliciæ, aſcenditque omnia caſtella eorum, & obtinuit omnem munitionem.

13. Effregit *a* autem civitatem opinatiſſimam *b* Melothi, prædavitque *c* omnes filios Tharſis, & filios Iſmael, qui erant contra faciem deſerti, & ad auſtrum terræ Cellon.

14. Et tranſivit Euphraten, & venit in Meſopotamiam; & fregit omnes civitates excelſas, quæ erant ibi, a torrente Mambre usquequo perveniatur ad mare;

15. Et occupavit terminos ejus, a Cilicia usque ad fines Japheth, qui ſunt ad auſtrum.

16. Abduxitque omnes filios Madian, & prædavit omnem locupletationem eorum, omnesque reſiſtentes ſibi occidit in ore gladii.

17. Et poſt hæc deſcendit in campos Damaſci in diebus meſſis, & ſuccendit omnia ſata, omnesque arbores, & vineas fecit incidi;

18. Et cecidit timor illius ſuper omnes inhabitantes terram.

a i. expugnavit.
b i. e. famoſiſſimam.
c Sic licuit dicere interpreti noſtro ſicut Tullio: augurat, &c. Tirin.

CAPUT III.

Holoferni se ultro dedunt urbium ac provinciarum principes, ex quibus auxiliares sibi assumit, 1. Ipsorum tamen civitates, ac deos destruit, quo solus Nabuchodonosor deus habeatur, 11.

1. TUnc miserunt legatos suos universarum urbium, ac provinciarum reges ac principes, Syriæ scilicet Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libiæ *a*, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt:

2. Desinat indignatio tua circa nos; melius est enim, ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quam morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostræ damna patiamur.

3. Omnis civitas nostra, omnisque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregesque ovium, & caprarum, equorumque, & camelorum, & universæ facultates nostræ, atque familiæ in conspectu tuo *b* sunt;

4. Sint omnia nostra sub lege tua *c*.

5. Nos, & filii nostri, servi tui sumus.

6. Veni nobis pacificus dominus, & utere servitio nostro, sicut placuerit tibi.

7. Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute *d* magna, & obtinuit omnem civitatem, & omnem inhabitantem terram.

8. De universis autem urbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellū.

9. Tantusque metus provinciis illis incubuit, ut universarum urbium habitatores principes, & honorati simul cum populis exirent obviām venienti,

10. Excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibiis.

11. Nec ista tamen facientes, ferocitatem ejus pectoris mitigare potuerunt;

12. Nam & civitates eorum *e* destruxit, & lucos eorum excidit.

13. Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, ut omnes deos terræ exterminaret, videli. et ut ipse solus diceretur deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subjugari.

14. Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Apameam, omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terram Gabaa *f*,

a Alii Lyciæ.
b i. potestate tua.
c i. imperio.
d i. exercitu & fortitudine.
e Munitiones. v. Tirin.
f i. e. montosam & clivosam.

ROZDZIAŁ III.

Miásta y krolestwá dobrowolnie się poddáią Holofernesowi, z ktorych on sobie brał pomocniki, á przedsię burzył miásta, y Bogi, chcąc, áby Nábuchodonozorá Bogiem mieli.

1. POsłáli tedy posły swe wszytkich miast, y powiátow krolowie, y książęta, to iest z Syriiey Mezopotámiiey, y z Syriiey Sobál, y Libiiey, y Ciliciiey; ktorzy przyiáchawszy do Holoferná, mowili:

2. Niech przestánie gniew twoy przećiwko nam; Bo lepiey iest, żebyśmy żywi służyli Nábuchodonozorowi krolowi wielkiemu, á tobie się poddáli, niżlibyśmy pomárwszy z nászym zátráceniem, sámi niewolstwá nászego szkodę ćierpieli.

3. Káżde miásto násze, y wszytkie dźierżáwy, y wszytkie gory, y págorki, y polá, y stádá wołow, y trzody owiec, y koz, y koni, y wielbłądow, y wszytkie maiętnośći násze, y domy przed oczymá twemi są;

4. Niechay wszytko, co násze iest, pod práwem twoim będźie.

5. My, y synowie nászy iesteśmy sludzy twoi.

6. Przyiedź nam spokoyny Pan, używay służby nászey, iákoć się podoba.

7. Ziáchał tedy z gor z iezdnymi z mocą wielką, y opánował wszelkie miásto, y wszelkiego mieszkáiącego w źiemi.

8. A że wszytkich miast wźiął sobie męże mocne ku pomocy, y wybráne ku bitwie.

9. Y przypadł ták wielki strách ná one kráiny, iż wszysthich miast obywátele przedni stárszy, y poważni wespołek z pospolstwem wychodźili przećiw niemu, gdy przyieżdżał,

10. Przyiymuiąc go z wieńcámi, y z pochodniámi, táńcuiąc, y gráiąc ná bębniech, y ná piszczałkách.

11. Wszákże y to czyniąc, okrućieństwá sercá iego uskromić nie mogli;

12. Bo y miástá ich pokáźił, y gaie ich wyrąbał.

13. Bo mu był przykazał krol Nábuchodonozor, żeby wytráćił wszytkie Bogi źiemskie przeto, áby on sam był zwan Bogiem od tych narodow, ktoreby mogł Holofernes mocą swoią podbić.

14. A przeiáchawszy przez wszytkę Syrią Sobál, y wszytkę Apámeą, y wszytkę Mezopotámią, przyćiągnął do Idumeyczykow do źiemie Gabáá.

15. Y pobrał miáſtá ich, y mieſzkał tam przez trzydźieśći dni, zá ktore dni kazał ſię śćiągnąć wſzytkiemu woyſku śiły ſwey.

15. Accepitque civitates eorum, & ſedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit univerſum exercitum virtutis ſuæ.

ROZDZIAŁ IV.

Synowie Izráelſcy okrutnie ſię ulękli Holoferneſá y zá upominaniem Eliáchim kápłaná, korzą ſię przed Pánem poſty, y odręczeniem, á żądáią pomocy od Páná.

1. USłyſzawſzy to tedy ſynowie Izráelſcy, ktorzy mieſzkáli w źiemi Judzkiey, ulękli ſię przed obliczem iego bárzo.

2. Strách, y drżenie przeięło ſmyſły ich, by tego nie uczynił miáſtu Jeruzálem, y kośćiołowi Páńſkiemu, co uczynił innym miáſtom, y zborom ich.

3. Y rozeſłáli po wſzytkie Sámáriiey wokoł áż do Jericho, y záśiedli wſzytkie wierzchy gor;

4. Y miáſteczká ſwe obtoczyli mury, y zgromádźili oboża ná przygotowánie do woyny.

5. Eliakim też kápłan piſał do wſzytkich, ktorzy byli przećiw Ezdrelon, ktory leży przećiw polu wielkiemu podle Dotháin, y do wſzytkich, przez ktore przeiazd mogł bydź,

6. Aby oſadźili wſtępy ná gory, przez ktoreby mogłá bydź drogá do Jeruzálem, á żeby tám ſtrzegli, gdźieby ćiáſna drogá mogłá bydź między gorámi.

7. Y uczynili ſynowie Izráelſcy, wedle tego iáko im był poſtánowił kápłan Páńſki Eliachim.

8. Y wołał wſzytek lud do Páná z wielkim uśiłowániem, y korzyli duſze ſwe poſty, y modlitwámi, ſámi y niewiáſty ich.

9. Y kápłani oblekli ſię we włośienice, y niemowiątká położyli ná źiemię przed obliczem, kośćiołá Páńſkiego, y ołtarz Páńſki przykryli włośienicą.

10. Y wołáli do Páná Bogá Izráelſkiego iednomyślnie, áby nie były dáne ná łup dźiatki ich, á żony ich ná rozdźielenie, y miáſtá ich ná ſpuſtoſzenie, á świątośći ich ná ſplugáwienie, y nie ſtáły ſię pośmieſkiem pogánom.

11. Eliachim tedy kápłan Páńſki wielki, obchodźił wſzytkiego Izráelá, y mowił do nich

12. Rzekąc: Wiedzćie, iż Pan wyſłucha proſby wáſze, ieſliże trwáiąc potrwaćie w pośćiech, y w modlitwách przed obliczem Páńſkim.

13. Pá-

CAPUT IV.

Filii Iſrael vehementer Holofernem metuunt, 1. Hortatu Eliachim ſacerdotis ſe jejuniis ac oratione humiliant, & Domini auxilium implorant, 11.

1. TUnc audientes hæc filii Iſrael *a*, qui habitabant in terra Juda, timuerunt valde a facie ejus.

2. Tremor, & horror invaſit ſenſus eorum, ne hoc faceret Jeruſalem & templo Domini, quod fecerat cæteris civitatibus & templis earum *b*.

3. Et miſerunt in omnem Samariam per circuitum usque Jericho, & præoccupaverunt omnes vertices montium;

4. Et muris circumdederunt vicos ſuos, & congregaverunt frumenta in præparationem pugnæ.

5. Sacerdos etiam Eliachim *c* ſcripſit ad univerſos, qui erant contra Esdrelon, quæ eſt contra faciem campi magni juxta Dothain, & univerſos, per quos viæ tranſitus eſſe poterat,

6. Ut obtinerent aſcenſus montium, per quos via eſſe poterat ad Jeruſalem, & illic cuſtodirent, ubi anguſtum iter eſſe poterat inter montes.

7. Et fecerunt filii Iſrael, ſecundum quod conſtituerat eis ſacerdos Domini Eliachim.

8. Et clamavit omnis populus ad Dominum inſtantia magna, & humiliaverunt animas ſuas in jejuniis, & orationibus, ipſi & mulieres eorũ

9. Et induerunt ſe ſacerdotes ciliciis, & infantes proſtraverunt *d* contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio *e*;

10. Et clamaverunt ad Dominum Deum Iſrael unanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & uxores eorum in diviſionem, & civitates eorum in exterminium, & ſancta eorũ in pollutionem, & fierent opprobrium Gentibus.

11. Tunc Eliachim, ſacerdos Domini magnus, circuivit omnem Iſrael, allocutusque eſt eos

12. Dicens: Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in jejuniis, & orationibus in conſpectu Domini.

13. Me-

a i. Iſraelitæ ſive Judæi; eſt enim hic nomen generale, ut ſæpe alibi; non peculiare decem tribuum, qui jam a Salmanaſare fuerant deportati; ſic tamen ut multi adhuc ſupereſſent, ex Jacobi Epiſtola catholica clarum eſt.

b Græcus hic addit; recens enim aſcenderant e captivitate & nuper totus populus CONGREGATUS FUERAT EX JUDÆA vaſaque & altare, & domus ipſa a profanationt fuerant SANCTIFICATA. Notet lector: hæc non de Babylonica deportatione ac Judæorum ex ea reditus intelligenda eſſe; nam non dicit populum congregatum e Babylone, ſed ex Judæa, deinde addit; domum ipſam, a profanatione cum vaſis & altari ſanctificatam; hæc de reſipiſcentia Manaſſis intelligenda; ſecus diceret; reædificatam non ſolum ſanctificatam, ſi de ſecundo templo loqui voluiſſet.

c Sacerdos ſummus, Tirin græc. Joachim v. c. 15.

d ſc. ſe.

e i. ipſi induti cilicio, & cinere conſperſi, ut eſt in Græco.

13. Memores *a* eſtote Moyſi ſervi Domini, qui Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando dejecit;

14. Sic erunt univerſi hoſtes Iſrael; ſi perſeveraveritis in hoc opere *b*, quod cœpiſtis.

15. Ad hanc igitur exhortationem ejus deprecantes Dominum, permanebant in conſpectu Domini,

16. Ita ut etiam hi, qui offerebant Domino holocauſta, præcincti ciliciis offerrent ſacrificia Domino, & erat cinis ſuper capita eorum.

17. Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, ut viſitaret populum ſuum Iſrael.

a Exod. 17. 12.

b i. ſc. orationum & jejuniorum.

CAPUT V.

Rogat Holofernes duces Moab & Ammon de genere Iſraelitarum, 1. Enarrat Achior dux Ammonitarum Dei mirabilia circa populum Iſrael, monens, ne temere contra illos pugnet, 5. Indignantur contra Achior principes Holofernis, 26.

1. NUntiatumque eſt Holoferni principi militiæ Aſſyriorum, quod filii Iſrael præpararent ſe ad reſiſtendum, ac montium itinera concluſiſſent,

2. Et furore nimio exarſit in iracundia magna, vocavitque omnes principes Moab & duces Ammon,

3. Et dixit eis: Dicite mihi, quis ſit populus iſte, qui montana obſidet; aut quæ & quales & quantæ ſint civitates eorum; quæ etiam ſit virtus eorum, aut quæ ſit multitudo eorum; vel quis rex militiæ illorum?

4. Et quare præ omnibus, qui habitant in Oriente, iſti contempſerunt nos, & non exierunt obviam nobis, ut ſuſciperent nos cum pace?

5. Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon reſpondens, ait: Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conſpectu tuo de populo iſto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falſum ex ore meo.

6. Populus iſte ex progenie Chaldæorum eſt.

7. Hic primum in Meſopotamia *c* habitavit, quoniam noluerunt ſequi deos patrum ſuorum, qui erant in terra Chaldæorum;

8. De-

c Nempe in Ure (Gen. 11. 31. cum Actor. 7.) quare ſi hic liceat conjunctionem verſus ſequentis inſerere, ſic; & quoniam noluerunt - - deſerentes ceremonias, &c. ſenſus planus eſſet; qui alioquin cum oratione Stephani (Act. 7.) aut Joſue (Joſ. 24.) ægre componitur. Sed omnibus Achioris verbis auctoritatem canonicam tribuere, nihil nos cogit.

13. Pámiętayćie ná Moyzeſzá ſługę Páńſkiego, ktory Amáleká ufáiącego w mocy, y w możnośći ſwey, y w woyſku ſwym, y w tarczách ſwoich, y w woźiech ſwoich, y w iezdnych ſwoich, nie żelázem woiuiąc, ále prośbámi swiętimi modląc ſię poráźił;

14. Ták będą wſzyſcy nieprzyiaćiele Izráel, ieſli będźiećie trwáć ná tym uczyńku, ktoryśćie záczęli.

15. Ná to tedy upominánie iego proſząc Páná, trwáli przed oblicznośćią Páńſką,

16. Ták iż y ći, ktorzy ofiárowáli Pánu cáłopalenie, przepaſawſzy ſię włośienicámi ofiárowáli ofiáry Pánu, á popioł był ná głowách ich.

17. Y ze wſzytkiego ſercá ſwego wſzyſcy prośili Bogá, áby náwiedźił lud ſwoy Izráelſki.

ROZDZIAŁ V.

Holofernes pyta kśiążąt Moáb, y Ammon o narodu ludu Izráelſkiego; Achior hetman ſynow Ammon powiedźiał mu wſzyſtkie dźiwne rzeczy, ktore z nimi Pan Bog czynił; y rádzy, áby upornie ſię z nimi nie potykał; dlá tego rozgniewáli ſię ná Achiorá przednieyſzy Holofernesowi.

1. Y Oznaymiono Holofernesowi hetmánowi woyſká Aſſyriyſkiego, iż ſynowie Izráelſcy gotowáli ſię ná odpor, y zámknęli drogi przez gory;

2. Y zapálczywośćią zbytnią zápalił ſię w gniewie wielkim, y wezwał wſzytkich kśiążąt Moáb, y hetmánow Ammon,

3. Y rzekł im: Powiedzćie mi, co to ieſt zá lud, ktory ſię oſádźił ná gorách; ábo ktore, y iákie, y iáko wielkie miáſtá ich; co też ieſt zá moc ich, ábo iáko ich wiele ieſt; ábo co zá krol woyſká ich?

4. A czemu nád wſzytkie inne, ktorzy mieſzkáią ná wſchod ſłońcá, ći nas wzgárdźili, y nie wyſzli przećiwko nam, áby nas w pokoiu przyięli?

5. Achior tedy hetman wſzytkich ſynow Ammon, odpowiádáiąc, rzekł: Ieſli raczyſz ſłucháć pánie moy, powiem prawdę w oczách twoich o tym ludu, ktory ná gorách mieſzka, á ſłowo kłamliwe nie wynidźie z uſt moich.

6. Lud ten ieſt z narodu Cháldeyſkiego.

7. Ten przedtym mieſzkał w Mezopotamiey, że niechćieli náſzládowáć Bogow oycow ſwoich, ktorzy byli w źiemi Caldeyſkiey.

8. Od-

8. Odſtąpiwſzy tedy ceremoniy oycow ſwoich, ktore w mnoſtwie Bogow były,

9. Iednego Bogá niebieſkiego chwalili, ktory im też przykazał, áby ztámtąd wyſzli, á mieſzkáli w Chárán. A gdy głod ogárnął wſzytkę źiemię, ſzli do Ægyptu, y tám przez czterzy ſtá lat ták ſię rozmnożyli, że niemogło bydź woyſko ich policzone.

10. A gdy ie obćiążał krol Ægyptſki á w budowániu miaſt ſwoich gliną, y cegłą zniewolił ie; wołáli do Páná ſwego, y karał wſzytkę źiemię Ægyptſką rozmáytemi plagámi.

11. A gdy ie Ægyptcyánie wyrzućili od śiebie, á plagá od nich uſtáłá, y záś ie chćieli poymáć, y do ſwoiey niewoli záwroćić,

12. Gdy ći ućiekáli, Bog niebá otworzył morze, ták iż ztąd, y zowąd wody iáko mur ſtánęły, á ći ſuchą nogą, po dnie morſkim idąc przechodźili.

13. Ná ktorym mieyſcu gdy ich niezliczone woyſko Ægyptiánow goniło, ták wodą okryte ieſt, że áni ieden nie zoſtał, ktoryby, co ſię sſtáło, potomkom opowiedźiał.

14. A wyſzedſzy z morzá czerwonego, pośiedli puſtynie gory Siná, w ktorych nigdy człowiek mieſzkáć niemogł, áni ſyn człowieczy odpoczywał.

15. Tám zdroie gorzkie sſtáły ſię im ſłodkie ku pićiu, á przez czterdźieśći lat żywność z niebá doſtáli.

16. Gdźiekolwiek weſzli bez łuku y ſtrzały, y bez tarcze, y mieczá Bog ich walczył zá nie, y zwyćiężył.

17. Y nie był żaden, ktoryby oburzył ſię przećiw ludowi temu, iedno gdy odſtąpił od chwały Páná Bogá ſwego.

18. A ilekroć oprocz ſámego Bogá ſwego, innego chwalili, wydáni ſą ná łup, y pod miecz, y ná pośmiech.

19. A ilekroć pokutowáli, iż odſtąpili od chwały Páná Boga ſwego, dał im Bog niebieſki moc ku ſprzećiwieniu.

20. Nákoniec krolá Chánánęyſkiego, y Jebuzęyſkiego, y Pherezęyſkiego, y Hethęyſkiego, y Hewęyſkiego, y Amorręyſkiego, y wſzytkie mocarze w Hezebon porááźili, y źiemie, y miáſtá ich ſámi ośiedli;

21. Y poki ieno nie grzeſzyli przed obliczem Bogá ſwego, dobrze ſię znimi dźiało; ábowiem Bog ich nienawidźi nieprawośći.

22. Bo

8. Deſerentes itaque cæremonias patrum ſuorum, quæ in multitudine deorum erant,

9. Unum Deum cœli coluerunt, *a* qui & præcepit eis, ut exirent inde, & habitarent in Charan *b*. Cumque operuiſſet omnem terram fames *c*, deſcenderunt in Ægyptum, illicq; *d* per quadringentos annos ſic multiplicati ſunt, ut dinumerari eorum non poſſet exercitus.

10. Cumque gravaret eos rex Ægypti, atque in ædificationibus urbium ſuarum in luto & latere ſubjugaſſet eos, clamaverunt ad Dominum ſuum, & percuſſit totam terram Ægypti plagis variis.

11. Cumque *e* ejeciſſent eos Ægyptii a ſe, & ceſſaſſet plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad ſuum ſervitium revocare,

12. Fugientibus *f* his Deus cœli mare aperuit, ita ut hinc inde aquæ quaſi murus ſolidarentur, & iſti pede ſicco fundum maris perambulando tranſirent.

13. In quo loco, dum innumerabilis exercitus Ægyptiorum eos perſequeretur, ita aquis coopertus eſt, ut non remaneret vel unus, qui factum poſteris nuntiaret.

14. Egreſſi vero mare rubrum, deſerta Sina montis occupaverunt, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requievit.

15. Illic fontes amari obdulcati ſunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cœlo conſecuti ſunt.

16. Ubicumque ingreſſi ſunt ſine arcu & ſagitta, & absque ſcuto & gladio, Deus eorum pugnavit pro eis, & vicit.

17. Et non fuit, qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſſit a cultu Domini Dei ſui.

18. Quotiescumque autem præter ipſum Deum ſuum alterum coluerunt, dati ſunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium.

19. Quotiescumque autem pœnituerunt ſe receſſiſſe a cultura Dei ſui, dedit eis Deus cœli virtutem reſiſtendi.

20. Denique Chananæum regem, & Jebuſæum, & Pherezæum, & Hethæum, & Hevæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Heſebon proſtraverunt, & terras eorum, & civitates eorum ipſi poſſederunt;

21. Et usque dum non peccarent in conſpectu Dei ſui, erant cum illis bona; Deus enim illorum odit iniquitatem.

22. Nam

a Gen. 12. 1.

b Græci & Syrus in Chanaan, quod ſuadet hiſtoriæ ſeries.

c Geneſ. 46. 6.

d Deſunt in Græc. & Syr. illa verba per quadringentos annos, qui tamen ſic admitti poſſunt, ut verbum illic ad terram Chanaan æque ac Ægyptum referatur. Confer. cum Gen. 15. 13 Ex. 12. 40. & vide ibi annotata.

e Exod. 12. 33.

f Exod. 14. 29.

22. Nam & ante hos annos, cum recessissent a via, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt præliis a multis nationibus *a*, & plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam *b*.

23. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum ex dispersione, qui dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Jerusalem, ubi sunt sancta eorum.

24. Nunc ergo mi domine, perquire, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum; ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subjugati erunt sub jugo potentiæ tuæ;

25 Si vero non est offensio populi hujus coram Deo suo, non poterimus resistere illis; quoniam Deus eorum defendet illos; & erimus in opprobrium universæ terræ.

26. Et factum est, cum cessasset loqui Achior, verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum:

27. Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus ejus, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ?

28. Ut ergo agnoscat Achior, quoniam fallit nos, ascendamus in montana; & cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur;

29. Ut sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

a Puta Philisthæis, Syris, Ægyptiis, &c. de quibus in libris Regum. *b* Puta a Salmanasare; immo & ab Assyriis, qui Manassem captivum abduxerunt. Certe si de captivitate a Nabuchodonosore facta loqueretur; potius: omnes quam: plurimi eorum dixisset. Græcus vero hic addit: & templum eorum in solum, seu profanum factum est, id enim de profanatione, non destructione dictum esse patet ex notis sup. cap. 4. v. 2.

22. Bo y przed temi láty, gdy odstąpili od tey drogi, ktorą im był Bog dał, áby nią chodźili, wytráceni są bitwámi od wiela narodow, y śiłá ich zábrano w niewolą do źiemie nie swoiey.

23. A niedawno náwroćiwszy się do Páná Bogá swego, zgromádźili się z rozproszenia, ktorym byli rozproszeni, y przyszli ná te [illegible]kie gory, y z nowu záś trzymáią Jeruzálem, gdźie iest świątnicá ich.

24. Teraz tedy moy Pánie, dowiáduy się, iesli iest iáka niepráwość ich przed oczymá Bogá ich, ćiągnimy do nich, bo ie poddáiąc podda Bog ich tobie, y będą podbići pod iárzmo mocy twoiey.

25. Ale iesli niemász obráżenia ludu tego przed Bogiem swoim, nie będźiem się im mogli sprzećiwić; ábowiem Bog ich będźie ich bronił; y będźiem ná pośmiewisko wszystkiey źiemi.

26. Y stáło się, gdy przestał mowić Achior te słowá, rozgniewáli się wszyscy przednieyszy Holofernesowi, y myślili go zábić, mowiąc ieden do drugiego:

27. Ktoż to iest, ktory powiáda, żeby się synowie Izráelscy mogli sprzećiwić krolowi Nábuchodonozorowi, y woyskom iego, ludźie nie zbroyni, y bez mocy, y bez umieiętnośći náuki woienney?

28. Aby tedy poznał Achior, iż nas zdradza, poiedźmy ná gory; á gdy poymáni będą mocarze ich, tedy znimisz mieczem przebit będźie;

29. Zeby káżdy narod wiedźiał, iż Nábuchodonozor iest Bogiem źiemie, á oprocz niego niemász inszego.

CAPUT VI.

Iratus Holofernes jubet Achior in Bethuliam duci, ut ea devicta simul puniatur, 1. Servi a fundibulariis repulsi, eum arbori alligant, sed solutum filii Israel, cognita causa, consolantur, 9. Deumque humiliter implorant, 14.

1. FActum est autem, cum cessassent loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior:

2. Quoniam prophetasti nobis dicens, quod gens Israel defendatur a Deo suo; ut ostendam tibi, quoniam non est Deus *c*, nisi Nabuchodonosor;

c En blasphemiam, cujus pœnam vide c. 13. v. 10.

ROZDZIAŁ VI.

Holofernes gniewáiąc się roskazał Achiorá zwiążánego wieść do Bethuliey, áby pospołu kárnie dostąpił; lecz studzy od procnikow odpychnáni, uwiązáli go u drzewá, synowie Izráelscy odwiązáli go, dowiedźiawszy się przyczyny od niego, ćieszyli go, á Pánu Bogu się korzyli.

1. Y Stáło się, gdy przestáli mowić, rozgniewawszy się bárzo Holofernes, rzekł do Achiorá:

2. Ponieważeś nam prorokował, mowiąc, iż narod Izráelski ma obronę od Bogá swego; ábych ći okazał, iż niemász Bogá iedno Nábuchodonozor;

3. Gdy ie wſzytkie pobliemy iáko iednego człowieká, tedy y ty z nimi od mieczá Aſſyriyſkiego zginieſz, á wſzytek lud Izráelſki z tobą będźie do ſczętu wytrácony;

4. A doznaſz, iż Nábuchodonozor ieſt pánem wſzytkie źiemie; y ná ten czáś miecz rycerſtwá mego przeydźie przez boki twoie, á przebity pádnieſz między ránnymi ludu Izráelſkiego, á więcey nie odetchnieſz, áż będźieſz zgłádzon z nimi.

5. Ale ieſli rozumieſz proroctwo twe bydź prawdźiwe, niechayże nie upada twarz twoiá, á błádość, ktora ieſt ná obliczu twoim, niech odeydźie od ćiebie, ieſli mnimaſz, że ſię te ſłowá moie źiśćić nie mogą.

6. Ale żebyś poznał, ze ćię to znimi potka, oto od tey godźiny do ich ludu będźieſz przyłączony, że gdy oni ſłużne karanie mieczá mego odnioſą, ty poſpołu z nimi karánie podeymieſz.

7. Kazał tedy Holofernes ſługom ſwoim poimáć Achiorá, y záprowádźić go do Bethuliiey, y podáć go w ręce ſynom Izráelſkim.

8. Y wźiąwſzy go ſludzy Holoferneſowi, iácháli przez polá; ále gdy ſię do gor przybliżyli, wyſzli przećiwko im procniey.

9. A oni uſtąpiwſzy z boku gory, przywiązáli Achiorá do drzewá zá ręce, y zá nogi, y ták powrozmi związánego zoſtáwili go, y wroćili ſię do páná ſwego.

10. A ſynowie Izráelſcy, wyſzedſzy z Bethuliiey, przyſzli do niego; ktorego rozwiązawſzy przywiedli do Bethuliiey, á poſtáwiwſzy go w pośrzodku ludu, pytáli go, coby było, że go Aſſyriyczykowie przywiążánego oſtáwili.

11. W one dni były tám kśiążętá: Oziaſz ſyn Michá, z pokolenia Simeon, y Chármi, ktory y Gothoniel.

12. W pośrzodku tedy ſtárſzych, y przed oczymá wſzytkich powiádał Achior wſzytko, co ſam mowił ſpytány od Holofernesá; y iáko lud Holoferneſow chćiał go dla tego ſłowá zábić;

13. A iáko ſam Holofernes rozgniewawſzy ſię roſkazał go dla tego Izráelczykom wydác, áby zwyćiężywſzy ſyny Izráel, tedy y ſámego Achiorá rozlicznemi mękámi kazał zámordowáć, dla tego iż mowił; Bog niebieſki ieſt obrońcą ich.

3. Cum percuſſerimus eos omnes, ſicut hominem unum *a*, tunc & ipſe cum illis Aſſyriorum gladio interibis, & omnis Iſrael tecum perditione diſperiet;

4. Et probabis, quoniam Nabuchodonoſor dominus ſit univerſæ terræ; tuncque gladius militiæ meæ tranſiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Iſrael, & non reſpirabis ultra, donec extermineris cum illis.

5. Porro autem ſi prophetiam tuam veram exiſtimas, non concidat vultus tuus, & pallor, qui faciem tuam obtinet, abſcedat a te, ſi verba mea hæc putas impleri non poſſe.

6. Ut autem noveris, qui ſimul cum illis hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo ſociaberis, ut, dum dignas mei gladii pœnas exceperint, ipſe ſimul ultioni ſubjaceas.

7. Tunc Holofernes præcepit ſervis ſuis, ut comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam *b*, & traderent eum in manus filiorum Iſrael.

8. Et accipientes eum ſervi Holofernis, profecti ſunt per campeſtria; ſed cum appropinquaſſent ad montana, exierunt contra ejus fundibularii.

9. Illi autem divertentes a latere montis, ligavarunt Achior ad arborem manibus, & pedibus, & ſic vinctum *c* dimiſerunt eum, & reverſi ſunt ad dominum ſuum.

10. Porro filii Iſrael deſcendentes de Bethulia, venerunt ad eum; quem ſolventes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum ſtatuentes, percunctati ſunt, quid rerum eſſet, quod illum vinctum Aſſyrii reliquiſſent.

11. In diebus illis erant illic principes: Ozias, filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel.

12. In medio itaque ſeniorum, & in conſpectu omnium, Achior dixit omnia, quæ locutus ipſe fuerat ab Holoferne interrogatus; & qualiter populus Holofernis voluiſſet propter hoc verbum interficere eum;

13. Et quemadmodum ipſe Holofernes iratus juſſerit eum Iſraelitis hac de cauſa tradi; ut, dum vinceret filios Iſrael, tunc & ipſum Achior diverſis jubeat interire ſuppliciis, propter hoc, quod dixiſſet: Deus cœli defenſor eorum eſt.

a i. ſimul ſeu omnes ad unum.

b Civitatem Galilææ, cujus hic ſæpe mentio, alibi nusquam, hanc doctiores volunt eſſe Bethlehem in tribu Zabulon. Joſue c. 19. v. 15. ac ad eam Judithæ familiam ex tribu Simeonis mi graſſe, cum Jeroboamo, & idololatriæ ejus ſubjici nollent; Ad quod referunt dictum de Simeone. Gen. 49. 7. diſpergam eos in Iſrael.

c ſeu funibus.

a Sup. 5. 6.

14. Cumque *a* Achior universa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione, & fletu unanimes preces sua Domino effuderunt,

15. Dicentes: Domine Deus cœli & terræ, intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem *b*, & faciem sanctorum tuorum attende *c*, & ostende, quoniam non derelinquis præsumentes *d* de te; & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias.

b i. afflictionem.

c Miserere, & opitulare populo tuo propter Sanctos tuos.

d i. confidentes.

16. Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa, consolati sunt Achior, dicentes:

17. Deus patrum nostrorum, cujus tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem *e*, ut eorum magis tu interitum videas.

e i. retributionem.

18. Cum vero Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis, sit & tecum Deus in medio nostri; ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus converseris nobiscum.

19. Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam, & fecit ei cœnam magnam.

20. Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto jejunio refecerunt.

21. Postea vero convocatus est omnis populus, & per totam noctem intra ecclesiam *f* oraverunt, petentes auxilium a Deo Israel.

f i. locum orationis.

CAPUT VII.

Holofernes Bethuliam obsidet, 1. Præciso aquæductu jubet fontes omnes custodiri, 6. Cives siti cruciati civitatem tradere cupiunt, 11. Ozias princeps populi persuadet, ut ad quinque dies differrent, 22.

1. HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus suis, ut ascenderent contra Bethuliam.

2. Erant autem pedites bellatorum centum viginti *g* millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum, quos occupaverat captivitas, & abducti fuerant de provinciis & urbibus universæ juventutis.

g Græc. centum septuaginta.

3. Omnes paraverunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & venerunt per crepidinem *h* montis usque ad apicem, qui respicit super Dothain, a loco, qui dicitur Belma,

h i. latus.

14. Y gdy Achior to wszytko wypowiedźiał, wszytek lud upadł ná oblicze, kłániáiąc śię Pánu, á społecznym lámentowániem, y płáczem iednomyślnie modlitwy swe Pánu wylewáli,

15. Mowiąc: Pánie Boże niebá, y źiemie, pátrzay ná pychę ich, á weyźrzy ná uniżenie náſze, y poyźrzy ná oblicze świętych twoich, á okaż, ze nie opuszczaſz ufáiących w tobie; á ufáiące w sobie, y chlubiące śię w mocy swey poniżaſz.

16. Skończywszy tedy płácz, y modlitwie ludu przez cáły dźień koniec uczyniwszy, ćieszyli Achiorá, mowiąc:

17. Bog oycow náſzych, ktoregoś ty moc opowiadał, ten tobie da tę nagrodę, że ty ráczey oglądaſz ich zátrácenie.

18. A gdy Pan Bog náſz da tę wolność sługam swoim, niechay będźie, y z tobą Bog w pośrzodku nas; ábyś, iákoć śię będźie podobáło, ze wszytkimi swymi ták obcował z námi.

19. Oziaſz tedy, dokończywszy rády przyiął go do domu swego, y spráwił mu wieczerzą wielką.

20. A wezwawszy wszytkich stárszych, społu dokonawszy postu, wźięli pośilenie.

21. A potym zwołány iest wszytek lud, y modlili śię przez cáłą noc w kośćiele, prosząc wspomożenia od Bogá Izráelskiego.

ROZDZIAŁ VII.

Holofernes obległ Miásto Bethulią, uczynił niedostátek wody w Mieśćie; chcą Miásto poddáć, ále Ozyaſz kápłan rádźi to do piąći dni odłożyć.

1. A Holofernes drugiego dniá roſkazał woyskom swoim, áby ćiągneły przećiw Bethuliiey.

2. A było pieszych żołnierzow sto y dwádźieśćiá tyśięcy, á iezdnych dwá, y dwádźieśćiá tyśięcy, oprocz gotowośći onych mężow, ktore byłá zábráłá niewola, y byli záwiedzeni z kráin, y z miast wszytkie młodźiey.

3. Wszyscy przygotowáli śię pospołu ná woynę przećiwko synom Izráelskim, y ćiągnęli po kráiu gory áż ná wierzch, ktory pátrzy ná Dotháin od mieyscá, ktore zowią Belmá,

Belmá, áż do Chelmon, ktory ieſt przećiw Ezdrelon.

4. A ſynowie Izráelſcy ſkoro uyźrzeli wielkość ich, porzućili ſię ná źiemie, ſypiąc popioł ná głowy ſwoie, iednoſtáynie ſię modląc, áby Bog Izráelſki miłośierdźie ſwoie pokazał nád ludem ſwoim.

5. Y wyiąwſzy oręże ſwe woienne, záśiedli pomieyſcách, ktore do ćiáſney drogi wiodą między gorámi; y ſtrzegli ich cáły dźień y noc.

6. A Holofernes gdy obieżdżał około, nálazł, że źrzodło, ktore wćiekáło wich rury od ſtrony południowey zá miáſtem było; y kazał przećináć ruri ich.

7. Wſzákże były nie dáleko od muru źrzodłá, z ktorych widano że ukradkiem czerpáli wodę, więcáy ku ochłodzeniu, niżli ku pićiu.

8. Ale ſynowie Ammon y Moáb przyſzli do Holofernesá, mowiąc: Synowie Izráelſcy nie w oſczepie áni w ſtrzale ufaią, ále ich gory bronią, á ogrodźiły ie págorki ná przykrych mieyſcách poſádzone.

9. Abyś ie tedy mogł zwyćiężyć bez ſtoczenia bitwy, poſtaw ſtroże u zrzodeł, áby nie czerpáli z nich wody, y bez mieczá pobiieſz ie, ábo więć zemdleni podádzą miáſto ſwe, o ktorym rozumieią, iż ná gorze leży, że nie może bydź zwyćiężone.

10. Y podobáły ſię te ſłowá przed Holofernesem, y przed żołnierzámi iego, y rozſadźił w koło po ſtu, przy káżdym źrzodle.

11. A gdy tę ſtraż przez dwádźieśćiá dni trzymano, wyprożniły ſię cyſterny, y zebránia wod wſzytkim, ktorzy mieſzkáli w Bethuliiey, ták iż nie było w mieśćie zkądby ſię mogli náſyćić, y iednego dniá; bo pod miárką ludźiom wody ná káżdy dźień udźielano.

12. Zebrawſzy ſię tedy do Oziaſzá wſzyſcy mężowie, y niewiáſty, młodźięńci, wſzyſcy ſpołu, iednym głoſem

13. Rzekli: Niech oſądźi Bog między tobą á między námi, żeś przećiwko nam źle uczynił, niechcąc mowić ſpokoynie z Aſſyriyczyki, y przeto nas Bog záprzedał w ręce ich.

14. Y dla tego niemáſz, ktoby rátował, gdyż upadamy przed ich oczymá w prágnieniu, y zgubie wielkiey.

15. Y teraz zbierzćie wſzytkie, ktorzy ſą w mieśćie, że ſię wſzyſcy dobrowolnie podámy ludowi Holoferneſowemu.

16. Bo

Belma, usque ad Chelmon, qui eſt contra Esdrelon.

4. Filii autem Iſrael, ut viderunt multitudinem illorum, proſtráverunt ſe ſuper terram, mittentes cinerem ſuper capita ſua, unanimes orantes, ut Deus Iſrael miſericordiam ſuam oſtenderet ſuper populum ſuum.

5. Et aſſumentes arma ſua bellica, ſederunt per loca, quæ ad anguſti itineris tramitem dirigunt inter montoſa, & erant cuſtodientes ea tota die & nocte.

6. Porro Holofernes, dum circuit per gyrum, repèrit, quod fons, qui influebat, aquæductum illorum a parte auſtrali extra civitatem dirigeret; & incidi *a* præcepit aquæductum illorum.

7. Erant tamen non longe a muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potius, quam ad potandum.

8. Sed filii Ammon, & Moab acceſſerunt ad Holofernem, dicentes: Filii Iſrael non in lancea, nec in ſagitta confidunt, ſed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio conſtituti.

9. Ut ergo ſine congreſſione pugnæ poſſis ſuperare eos, pone cuſtodes fontium, ut non hauriant aquam ex eis, & ſine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent civitatem ſuam, quam putant in montibus poſitam ſuperari non poſſe.

10. Et placuerunt verba hæc corám Holoferne, & coram ſatellitibus ejus, & conſtituit per gyrum centenarios per ſingulos fontes.

11. Cumque iſta cuſtodia per dies viginti fuiſſet expleta, defecerunt ciſternæ, & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam, ita ut non eſſet intra civitatem, unde ſatiarentur, vel una die, quoniam ad menſuram dabatur populis aqua *b* quotidie.

12. Tunc ad Oziam congregati omnes viri, fæminæque, juvenes & parvuli, omnes ſimul una voce

13. Dixerunt: Judicet *c* Deus inter nos & te, quoniam feciſti in nos mala, nolens loqui pacifice cum Aſſyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum.

14. Et ideo non eſt, qui adjuvet, cum proſternamur ante oculos eorum in ſiti, & perditione magna.

15. Et nunc congregate univerſos, qui in civitate ſunt, ut ſponte tradamus nos omnes populo Holofernis.

16. Me-

a Sic hoſtis infernalis incidere conatur aquæductum, & auferre nobis fontes gratiarum puta Sacramenta, & alia ſalutis media.

b Sic myſtice, ſi deficit aqua compunctionis anima eſt in periculo deditionis.

c Exod. 5. 21.

16. Melius eſt enim, ut captivi benedicamus Dominum viventes, quam moriamur, & ſimus opprobrium omni carni *a*, cum viderimus uxores noſtras, & infantes noſtros mori ante oculos noſtros.

16. Bo lepiey ieſt, ábyſmy więźniámi chwálili Páná żywiąc, niżli mamy pomrzeć, á być wzgárdą wſzelkiemu ćiáłu, gdybyſmy pátrzyli ná żony náſze, y dźiátki náſze umieráiące przed oczymá náſzemi.

17. Conteſtamur hodie cœlum & terram, & Deum Patrum noſtrorum, qui ulciſcitur nos ſecundum peccata noſtra, ut jam tradatis civitatem in manu militiæ Holofernis, & ſit finis noſter brevis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate ſitis.

17. Oświadczamy ſię dźiś niebem, y źiemią, y Bogiem oycow náſzych, ktory ſię mśći nád námi według grzechow náſzych, ábyśćie iuż podáli miáſto w rękę rycerſtwá Holofernesowego, á niech będźie koniec náſz krotki páſczeką mieczá, ktory ſię przewłoczy w ſchnieniu prágnienia.

16. Y rzekł: Iedná Żydowſka niewiáſtá uczyniłá zámieſzánie w domu królá Nábuchodonozorá; bo oto Holofernes leży ná źiemi, á głowy iego niemáſz ná nim;

17. Co gdy uſłyſzeli kśiążętá śiły Aſſyriyſkiy, rozdárli wſzyſcy ſzáty ſwe, y nieznośny ſtrách, y drżenie przypádło na nie, y ſtrwożyły ſię ſercá ich bárzo.

18. Y ſtał ſię krzyk niewymowny w pośrzod obozu ich.

CAPUT XV.

Aſſyrii perſequente Hebræo, omnibus relictis fugiunt, 1. Spoliis collectis plurimum ditantur, 3. Judith a pontifice & populo benedicitur; & Holofernis ſpolia ipſi traduntur, 9.

1. CUmque omnis exercitus decollatum Ho-

ROZDZIAŁ XV.

Aſſyriyczykowie obaczywſzy że im Hetmáná zábito, ięli ućiekáć, żydowie ie goniąc wſzytkę korzyść, y łupy pobráli, Judith wdowę chwałą błogoſłáwiąc iey, á cokolwiek iedno Holoferneſowego było, to iey wſzyſtko dárowáli.

1. A Gdy wſzyſtko woyſko uſłyſzáło że Ho-

lo-

lofernes śćięty, odpadł od nich, y rozum, y rádá, á sámym drżeniem, y stráchem zruszeni, wźięli sobie ućieczkę ná pomoc;

2. Ták iż żaden z swym bliźnim nie mowił, ále zwieśiwszy łeb, wszytkiego odbieżawszy, śpieszyli się uyśdź Zydow, o ktorych słyszeli że ná nie zbroyno szli, ućiekáiąc drogámi po polách, y sćieżkámi, po págorkách.

3. Widząc tedy synowie Izráelowi że ućiekáią, bieżeli zá nimi; y zbiegli uderzywszy w trąby, y krzycząc zá nimi.

4. A iż Assyriánie nie wkupie, oślep ućiekáli; á synowie Izráelowi w iednym husie bieżąc zá nimi, mglili wszytkie, ktorych náleźć mogli.

5. Posłał tedy Ozyasz posły do wszytkich miást, y kráin Izráelskich.

6. Káżda tedy kráiná, y káżde miásto wybráną mlodź zbroyną posłáło zá nimi, y gonili ie pászczeką mieczá, áż przybiegli do końcá gránic swoich.

7. A inni, ktorzy byli w Bethuliiey weszli do obozu Assyriyskiego, y korzyść, ktorą byli Assyryánie ućiekáiąc odbiegli, zábráli, y obćiążyli się bárzo.

8. A ći, ktorzy zwyćięzcy wroćili się do Bethuliiey, wszytko co ich było, przynieśli zsobą, ták iż nie było liczby w bydle, y dobytkách, y wszytkich ruchomych rzeczách ich; że od namnieyszego, áż do náwiętszego, wszyscy się zbogáćili z łupow ich.

9. A Joáchim nawyszszy kápłan z Jeruzálem przyiechał do Bethuliiey ze wszytkimi stárszymi swemi, áby Judith oglądał.

10. Ktora gdy wyszłá do niego, błogosłáwili ią wszyscy iednym głosem, mowiąc: Tyś sławá Jeruzálem, tyś wesele Izráelskie, tyś cześć ludu nászego;

11. Ześ sobie poczęłá mężnie, y zmocnione iest serce twoie, przeto żeś czystość umiłowáłá, á po mężu swoim inszegoś nie uznáłá; przeto y ręká Páńska pośiliłá cię, y dla tego będźiesz błogosłáwiona ná wieki.

12. Y rzekł wszytek lud: Niech się sstánie, niech się sstánie.

13. A przez trzydźieśći dni záledwie zebrał łupy Assyriyskie lud Izráelski.

14. A wszytkie rzeczy, ktore poználi że były Holofernesowe włásne, dáli Judith, we złoćie, w srebrze, w szátách, w kámięniu drogim, y we wszytkim sprzęćie, y dano iey wszytko od ludu.

Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugæ præsidium sumunt,

2. Ita ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus, evadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audiebant, fugientes per vias camporum & semitas collium.

3. Videntes itaque filii Israel fugientes, secuti sunt illos. Descenderuntque clangentes tubis, & ululantes post ipsos.

4. Et quoniam Assyrii non adunati, in fugam ibant præcipites; filii autem Israel uno agmine persequentes, debilitabant *a* omnes, quos invenire potuissent.

a Chaldæice mactabant, seu cædebant.

5. Misit itaque Ozias nuntios per omnes civitates & regiones Israel.

6. Omnis itaque regio, omnisque urbs electam juventutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladii, quousque pervenirent ad extremitatem finium suorum.

7. Reliqui autem, qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt, & onustati *b* sunt valde.

b sc. onerati, Græce ditati.

8. Hi vero, qui victores reversi sunt ad Bethuliam, omnia, quæ erant illorum, attulerunt secum, ita ut non esset numerus in pecoribus, & jumentis, & universis mobilibus eorum, ut a minimo usque ad maximum omnes divites fierent de prædationibus eorum.

9. Joacim *c* autem summus pontifex de Jerusalem venit in Bethuliam cum universis presbyteris suis, ut videret Judith.

c hic super c. 4. v. 11. dicitur & Eliachim.

10. Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes una voce, dicentes: Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri;

11. Quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaveris, & post virum tuum, alterum nescieris; ideo & manus Domini confortavit te, & ideo eris benedicta in æternum.

12. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

13. Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum a populo Israel.

14. Porro autem universa, quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Judith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi a populo.

15. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & juvenibus, in organis & citharis *a*.

CAPUT XVI.

Canticum Judith ob victoriam, 1. Populus holocausta cum gratiarum actione offert, 22. Judith Holofernis spolia Domino consecrat, 23. Plena dierum moritur, & dies hujus victoriæ perpetuo apud Judæos celebratur, 25.

1. TUnc cantavit canticum hoc Domino Judith, dicens:

2. Incipite *b* Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum novum, exaltate, & invocate nomen ejus.

3. Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.

4. Qui posuit castra sua *c* in medio populi sui, ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

5. Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ; cujus multitudo obturavit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles.

6. Dixit se incensurum fines meos, & juvenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captivitatem.

7. Dominus autem omnipotens nocuit *d* eum, & tradidit eum in manus feminæ, & confodit eum.

8. Non enim cecidit potens eorum a juvenibus, nec filii Titan *e* percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Judith filia Merari in specie faciei suæ dissolvit eum.

9. Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israel.

10. Unxit faciem suam unguento, & colligavit cincinnos suos mitra, accepit stolam novam *f* ad decipiendum illum.

11. Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus, pulchritudo ejus captivam fecit animam ejus, amputavit pugione cervicem ejus.

12. Horruerunt Persæ *g* constantiam ejus, & Medi audaciam ejus.

13. Tunc ululaverunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei *h* arescentes in siti.

14. Filii

a Græc. dicit concurrisse fæminas cum thyrsis in manibus, & coronasse Juditham cum ancilla.

b supple, psallere.

c i. e. præsidium & protectionem suam

d i. percussit.

e sc. gigantes juxta fabulas gentilium robustissimi.

f Græc. lineam

g Holofernis gentile, alioquin Persica regio Chaldæis tunc subjecta aut fœderata, ut apparet ex Is 22. 6. Immoita aliquando late sumitur illud vocabulum, ut Syriam, Mediam, & Chaldæam comprehendat, ut ex 2. Mach. 1. 19. Intelligitur. Quare corruit argumentum eorum, qui inde probare volunt, hanc historiam sub imperio Persarum contigisse.

h persequentes ipsos.

15. A wszyscy ludźie weselili się z niewiástámi, y z pánnámi, y z młodźiency, ná instrumentách y árfách.

ROZDZIAŁ XVI.

Piosnká Judith dla zwyćięstwá; lud ofiáry czyni dźiękuiąc Pánu; Judith wszytkę korzyść Holoferneyá ofiárowała Pánu; pełná dniuw wieku swego umarła; á dźień zwyćięstwá tego święcą Zydzi áż do dniá dźiśieyszego.

1. SPiewáłá tedy Judith tę pieśń Pánu, mowiąc:

2. Záczynayćie Pánu ná bębniech, śpiewayćie Pánu ná cymbálech, śpieways;ćie mu Psalm nowy, wywyszayćie, y wzywayćie imięniá iego.

3. Pan kruszący woyny, Pan iest imię iemu.

4. Ktory położył oboz swoy w poyśrzod ludu swego, áby nas wyrwał z ręki wszytkich nieprzyiacioł nászych.

5. Przyćiągnął Assur z gor od Połnocy, w wielkośći mocy swey; ktorego mnostwo zástáwiło potoki, á konie ich okryły doliny.

6. Mowił że miał wypálić gránice moie, á młodźieńce moie wybić mieczem, niemowięta moie dáć ná łup, y pánny w niewolą.

7. A Pan wszechmogący zászkodźił mu, y dał go w ręce niewieśćie, y poráźił go.

8. Bo mocárz ich nie poległ od młodźieńcow, áni go zábili synowie Titán, áni wysocy obrzymowie zástáwili mu się; ále Judithá corká Merári zwątliłá go pięknośćią twarzy swoiey.

9. Zwlekłá się bowiem z szat wdowstwá, y oblokłá się w száty wesełá ná rozrádowánie synow Izráelskich.

10. Pomázáłá oblicze swe oleykiem, y śćiągnęłá kędźiorki swe koronką, wźięłá szątę nową, áby go zdrádźiłá.

11. Pátynki iey uchwyćiły oczy iego, piękność iey poymáłá duszę iego, ućięłá kordem szyię iego.

12. Ulękli się Persowie stałośći iey, y Medowie śmiáłośći iey.

13. Tedy záwyły woyská Assyryiskie, gdy się ukázáli poniżeni moi, schnący od prágnienia.

14. Sy-

14. Synowie dźiewczyn pokłoli ie, á iáko chłopięta ućiekáiące pobili ie; poginęli w bitwie od oblicza Páná Bogá mego.

15. Pieśń śpiewaymy Pánu, pieśń nową śpiewaymy Bogu náſzemu.

16. Adonái Pánie wielkiś ty, y przeſławny w mocy twoiey, y ktorego żaden zwyćiężyć nie może.

17. Tobie niech ſłuży wſzelkie twe ſtworzenie; boś rzekł, y ſtáły ſię; posłałeś duchá twego, y ſtworzone ſą, y niemaſz ktoby ſię ſprzećiwił głoſowi twemu.

18. Gory z gruntu ſię poruſzą z wodámi; ſkáły iáko wosk rozpłyną ſię przed obliczem twoim.

19. A ktorzy ſię ćiebie boią, wielcy będą u ćiebie ná wſzytkim.

20. Biádá narodowi ná národ moy powſtáiącemu; bo Pan wſzechmogący będźie ſię mśćił nád nimi, w dźień ſądu nawiedźi ie.

21. Bo da ogień, y robaki ná ćiáłá ich, áby byli paleni, y czuli áż ná wieki.

22. Y ſtáło ſię potym, wſzytek lud po zwyćięſtwie przyſzedł do Jeruzálem pokłonić ſię Pánu; y wnet ſkoro ſię oczyśćili ofiárowáli wſzyſcy cáłopalenia, y śluby, y obietnice ſwoi.

23. A Judith wſzytkie naczynia woienne Holofernesá, ktore iey dał lud, y namiotek, ktory ſámá wźięłá z łożká iego, ofiárowáłá ná dar zápámiętániá.

24. A lud był weſoł wedle oblicza świętych, y przez trzy mieśiące weſele tego zwyćięſtwá z Judith obchodzono.

25. A po owych dniách wroćił ſię káżdy do domu ſwego, á Judith ſtáłá ſię wielką w Bethuliiey, y byłá naſławnieyſzą wſzyſtkie źiemi Izráelſkiey.

26. Byłá też do cnoty czyſtość przyłączoná, ták iż nie uznáłá męża po wſzyſtkie dni żywotá ſwego, iáko umarł mąż iey Mánáſſes.

27. A wychadzáłá w świętá z wielką chwáłą.

28. Y mieſzkáłá w domu mężá ſwego ſto y pięć lat, y puśćiłá wolną Abrę ſwoię, y umárłá, y pogrzebiona ieſt z mężem ſwym w Bethuliiey.

29. Y płákał iey wſzyſtek lud przed śiedm dni.

30. A przez wſzytek czás żywotá iey, nie był

14. Filii puellarum compunxerunt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos; perierunt in prælio a facie Domini Dei mei.

15. Hymnum cantemus Domino, hymnum novum cantemus Deo noſtro.

16. Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem ſuperare nemo poteſt.

17. Tibi ſerviat omnis creatura tua; *a* quia dixiſti, & facta ſunt; miſiſti ſpiritum tuum, & creati ſunt, & non eſt, qui reſiſtat voci tuæ.

18. Montes *b* a fundamentis movebuntur cum aquis; petræ, ſicut cera, liqueſcent ante faciem tuam.

19. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

20. Væ genti inſurgenti ſuper *c* genus meum; Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die judicii viſitabit illos.

21. Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, ut urantur, & ſentiant usque in ſempiternum.

22. Et factum eſt poſt hæc, omnis populus poſt victoriam venit in Jeruſalem adorare Dominum; & mox ut purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta, & vota, & repromiſſiones *d* ſuas.

23. Porro Judith univerſa vaſa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopeum, quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit in anathema oblivionis.

24. Erat autem populus jucundus ſecundum faciem ſanctorum, & per tres menſes gaudium hujus victoriæ celebratum eſt cum Judith.

25. Poſt dies autem illos unusquisque rediit in domum ſuam, & Judith magna facta eſt in Bethulia, & præclarior erat univerſæ terræ Iſrael.

26. Erat etiam virtuti caſtitas adjuncta, ita ut non cognoſceret virum omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo defunctus eſt Manaſſes vir ejus.

27. Erat autem diebus feſtis procedens cum magna gloria.

28. Manſit *e* autem in domo viri ſui annos centum quinque, & dimiſit abram ſuam liberam *f*, & defuncta eſt ac ſepulta cum viro ſuo in Bethulia.

29. Luxitque illam omnis populus diebus ſeptem.

30. In omni autem ſpatio vitæ ejus non fuit,

a Gen. 1. Pſal. 32. 9.

b ſuperbi cum ſuis opibus exterminabuntur.

c i. contra.

d Græc. munera.

e Gr. & ſenuit in domo viri ſui annos centum & quinque, clarius Syrus: & conſenuit in domo Manaſſis viri ſui, factaque centum & quinque annorum, mortua eſt &c. Unde patet totum vitæ ejus ſpatium ibi deſcribi, non illud, quo poſt debellatum Holofernem ſuperſtes fuit.

f Græc. additur & diſtribuit bona ſua ante mortem propinquis ſuis.

fuit, qui perturbaret Iſrael, & poſt mortem ejus annis multis.

31. Dies autem victoriæ hujus feſtivitatis ab Hebræis in numero ſanctorum dierum accipitur, & colitur a Judæis ex illo tempore usque in præſentem diem.

był, ktoryby czynił niepokoy Izráelowi, y po śmierći iey przez wiele lat.

31. A dźień świętá zwyćięſtwá tego u Zydow w poczet dni świętych przyięt ieſt, y świecą je Zydźi od onego czáſu áż do dniá dźiśieyſzego.

LIBER ESTHER.

CAPUT I.

Aſſuerus ad gloriæ ſuæ oſtentationem ſplendidum celebrat convivium, 3. Regina Vaſthi accerſita venire recuſat, 10. Ideo repudiatur, & edictum promulgatur, ut uxores maritis deferant honorem, 16.

1. IN diebus Aſſueri *a*, qui regnavit ab India usque Æthiopiam ſuper centum viginti ſeptem provincias;

2. Quando ſedit in ſolio regni ſui, Suſan civitas regni ejus exordium *b* fuit.

3. Tertio igitur anno imperii ſui *c* fecit grande convivium cunctis principibus, & pueris *d* ſuis, fortiſſimis Perſarum, & Medorum inclytis *e*, & præfectis provinciarum coram ſe.

4. Ut oſtenderet divitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem, atque jactantiam *f* potentiæ ſuæ, multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus.

5. Cumque implerentur dies convivii *g*, invitavit omnem populum, qui inventus eſt in Suſan, a maximo usque ad minimum; & juſſit ſeptem diebus convivium præparari *h* in veſtibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu conſitum erat.

6. Et pendebant ex omni parte tentoria aerii *i* coloris, & carbaſini *k* ac hyacinthini, ſuſtentata funibus byſſinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inſerti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei & argentei, *l*, ſuper pavimentum ſmaragdino & pario ſtratum lapide, diſpoſiti erant; quod mira varietate pictura decorabat.

7. Bibebant autem, qui invitati erant, aureis poculis, & aliis atque aliis vaſis cibi inferebantur. Vinum quoque, ut magnificentia

a Id eſt, Darii Hyſtaſpis. vide Chronolog. Indicem.

b Hebr. metropolis, ſeu regni caput.

c Anno M. 3485. ant. Chr. 519.

d Servis.

e Hebr. Satrapis.

f i. ſplendorem.

g i. poſt convivium illud per dies 180. magnatibus exhibitum, aliud inſtituit toti populo exhibendum.

h ſe exhiberi.

i Hebr. candidi.

k Hebr. viridis.

l Non ad dormiendum ſed epulandum.

KSIĘGI ESTHER.

ROZDZIAŁ I.

Aſſwerus krol, áby okazał chwałę kroleſtwá ſwego, uczynił ſłáwne gody, ná ktore krolowá Vaſthi proſzona przyść nie chćiáłá, y złożona z kroleſtwá, y poſtánowiono práwo, áby żony mężom poſłuſzne były.

1. ZA dni Aſſweruſá, ktory pánował od Indiiey áż do Æthyopiey nád ſtem dwiemádźieſty y śiedmią kráin,

2. Gdy śiedźiał ná ſtolicy kroleſtwá ſwego, Suſán miáſto kroleſtwá iego początkiem było.

3. Trzećiego tedy roku pánowánia ſwego, ſpráwił wielką ucztę wſzyſtkim kśiążętom, y ſłużebnikom ſwoim, namożnieyſzym z Perſow, y nazacnieyſzym z Medow, y ſtároſtom kráin przed ſobą.

4. Aby okazał bogáctwá chwały kroleſtwá ſwego, y wielkość á chłubę możnośći ſwey, przez długi czás, to ieſt przez ſto y ośmdźieśiąt dni,

5. A gdy ſię dni uczty dokończyły, wezwał wſzytkiego ludu, ktory ſię náłazł w Suſán, od náwiętſzego áż do namnieyſzego; y kazał przez śiedm dni ucztę nágotowáć w weſzćiu ogrodu y gáiu, ktory krolewſką ozdobą, y ręką był ſczepiony.

6. Y wiśiáły po wſzytkich ſtronách opony białe, y źielone, y hiácyntowe, záwieſzone ná ſznurách biśiorowych, y ſzárłatnych, ktore były przez kołá kośći ſłoniowey przewleczone, y ná ſłupiech mármurowych záwieſzone. Łożká też złote, y ſrebrne rozłożone były ná tle ſmárágdowym, y marmurowym kámieniem położonym, ktore dźiwną rozmáitośćią máłowánie zdobiło.

7. A ktorzy byli náproſzeni, pili z kubkow złotych, y ná inſzych, y inſzych náczyniach wnoſzono potráwy. Winá też, ták iáko wielmożno-

możnośći krolewſkiey przyſtało, doſtátkiem á co nalepſzego nálewáno.

8. A niebył, ktoby niechcących do pićia przymuſzał; ále iáko był krol poſtánowił przyſtáwuiąc do ſtołow po iednemu z kśiążąt ſwoich, áby káżdy brał coby chćiał.

9. Váſthi też krolowá ſpráwiłá ucztę prze białegłowy ná pálacu, gdźie krol Aſſwerus mieſzkáć był zwykł.

10. A ták dniá śiodmego, gdy ſobie krol podweſelił á po zbytnim pićiu zágrzał ſię winem roſkazał Maumam, y Bázáthá, y Hárboná, y Bagathá, y Abgáthá, y Zethár, y Chárchás, śiedmi rzezáńcom, ktorzy przed oczymá iego ſłużyli,

11. Aby w wiedli krolową Váſthi przed krolá, włożywſzy ná głowę iey koronę, áby okázał wſzytkim ludźiom, y kśiążętom piękność iey, bo bárzo piękná byłá.

12. Ktora zbraniáłá ſię, y ná krolewſkie roſkazánie, ktore był przez rzezáńcá wſkazał, przyść niechćiáłá. Prze co krol rozgniewány, y wielką popędliwośćią zápalony,

13. Spytał mędrcow, ktorzy według zwyczáiu krolewſkiego záwżdy przy nim byli, y zá ich rádą wſzytko czynił, ktorzy umieli uſtáwy, y práwá przodkow;

14. (A byli pierwſzy, y nabliżſzy: Chárſená, y Sethár, y Admáthá, y Thárſis, y Mares, y Márſáná, y Mámuchán, śiedm kśiążąt Perſkich, y Medſkich, ktorzy pátrzáli ná oblicze krolewſkie, y pierwſzy po nim zwykli byli śiadáć;)

15. Ktoremu wyrokowi Váſthi krolowa podległá, ktora roſkazánia Aſſweruſá krolá, ktore przez rzezáńce wſkazał, uczynić niechćiáłá.

16. Y odpowiedźiał Mámuchan co krol ſłyſzał, y kśiążętá: Nie tylko krolá obráźiłá krolowá Váſthi, ále y wſzyſtkie narody, y kśiążętá, ktore ſą po wſzytkich źiemiách krolá Aſſweruſá.

17. Bo wynidźie mowá krolowey do wſzyſtkich niewiaſt, że wzgárdzą męże ſwe, y rzeką: Krol Aſſwerus kazał, áby krolowá Váſthi weſzłá do niego, á oná niechćiáłá.

18. Y tym przykłádem wſzyſtkie żony kśiążąt Perſkich, y Medſkich lekce ſobie będą ważyć mężow roſkazánia. Przetoż ſłuſzny ieſt krolewſki gniew.

19. Ieſlić ſię podobá, niech wynidźie wyrok od oblicza twego, á niech będźie nápiſan wedle

centia regia dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur.

8. Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, ſed ſicut rex ſtatuerat, præponens menſis ſingulos de principibus ſuis, ut ſumeret unusquisque quod vellet *a*.

9. Vaſthi quoque regina fecit convivium feminarum, in palatio, ubi rex Aſſuerus manere conſueverat.

10. Itaque die ſeptimo, cum rex eſſet hilarior, & poſt nimiam potationem incaluiſſet mero, præcepit Maumam, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, & Charchas, ſeptem eunuchis *b*, qui in conſpectu ejus miniſtrabant,

11. Ut introducerent reginam Vaſthi coram rege, poſito caput ejus diademate, ut oſtenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius; erat enim pulchra valde.

12. Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandaverat, venire contempſit. Unde iratus rex, & nimio furore ſuccenſus,

13. Interrogavit ſapientes; qui ex more regio *c* ſemper ei aderant, & illorum faciebat cuncta conſilio, ſcientium leges, & jura majorum;

14. (Erant autem primi & proximi: Charſena, & Sethar, & Admatha, & Tharſis, & Mares, & Marſana, & Mamuchan, ſeptem duces Perſarum, atque Medorum, qui videbant faciem *d* regis, & primi poſt eum reſidere ſoliti erant;)

15. Cui ſententiæ Vaſthi regina ſubjaceret, quæ Aſſueri regis imperium, quod per eunuchos mandaverat, facere noluiſſet.

16. Reſponditque Mamuchan, audiente rege, atque principibus: Non ſolum regem læſit regina Vaſthi, ſed & omnes populos, & principes, qui ſunt in cunctis provinciis regis Aſſueri.

17. Egredietur *e* enim ſermo *f* reginæ ad omnes mulieres, ut contemnant viros ſuos, & dicant: Rex Aſſuerus juſſit, ut regina Vaſthi intraret ad eum, & illa noluit.

18. Atque hoc exemplo omnes principum conjuges Perſarum atque Medorum, parvipendent imperia maritorum; unde regis juſta eſt indignatio.

19. Si tibi placet, egrediatur edictum a facie tua, & ſcribatur juxta legem Perſarum atque

a Aſſuerus figurat Chriſtum, epulæ cæli gaudia, fortes Perſarum martyres &c.

b Curialibus miniſtris, etſi non eſſent evirati. Chald. habet, Satrapis.

c ſ. regum Perſarum.

d i. erant familiares.

e i. divulgabitur.

f i. factum ſeu exemplum.

atque Medorum, quam præteriri illicitum eſt, ut nequaquam ultra Vaſthi ingrediatur ad regem, ſed regnum illius, altera, quæ melior eſt illa, accipiat *a*.

a ſic myſtice Chriſtus repudiavit Synagogam & elegit Eccleſiam.

20. Et hoc in omne (quod latiſſimum eſt) provinciarum tuarum divulgetur imperium, & cunctæ uxores tam majorum, quam minorum, deferant maritis ſuis honorem.

21. Placuit conſilium ejus regi, & principibus; fecitque rex juxta conſilium Mamuchan,

22. Et miſit epiſtolas ad univerſas provincias regni ſui, ut quæque gens audire & legere poterat, diverſis linguis & litteris, eſſe viros principes ac majores *b* in domibus ſuis; & hoc per cunctos populos divulgari.

b quibus debeant uxores obtemperare.

wedle práwá Perſow, y Medow, ktorego ſię przeſtępowáć nie godźi, áby żadną miárą więcey Váſthi do krolá nie wchodźiłá, ále kroleſtwo iey inſza, ktora ieſt lepſza niż ona, otrzymáłá.

20. A to po wſzytkim páńſtwie, (ktore ieſt bárzo ſzerokie) źiem twoich niech będźie obwołano, y wſzytkie żony ták wielkich iáko, y máłych niech wyrządzáią cześć małżonkom ſwoim.

21. Podobáłá ſię rádá iego krolowi, y kśiążętom; y uczynił krol według rády Mámuchán,

22. Y rozeſłał liſty po wſzech źiemiách kroleſtwá ſwego, áby káżdy narod ſłyſzeć, y czytáć mogł roznemi ięzyki y piſmy, że mężowie ſą przednieyſzymi, y ſtárſzymi w domiech ſwoich; y żeby to po wſzech narodách obwołano.

CAPUT II.

Virgines Aſſuero quæruntur, ut una ex iis repudiata Vaſthi ſurrogetur, 1. Eſther neptis Mardochæi præ cæteris placens fit loco Vaſthi regina celebratis nuptiis magnificis, 5. Mardochæus Eunuchos regi inſidiantes prodit; quod factum annalibus inſcribitur, 21.

1. HIs ita geſtis, poſtquam regis Aſſueri indignatio deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi, & quæ feciſſet, vel quæ paſſa eſſet;

2. Dixeruntque pueri regis, & miniſtri ejus: Quærantur regi puellæ virgines ac ſpecioſæ,

3. Et mittantur, qui conſiderent per univerſas provincias puellas ſpecioſas & virgines; & adducant eas ad civitatem Suſan, & tradant eas in domum fœminarum ſub manu Egei Eunuchi, qui eſt præpoſitus & cuſtos mulierum regiarum; & accipiant mundum *c* muliebrem, & cætera ad uſus neceſſaria;

c i. ornatum ſeu cultum.

4. Et quæcumque inter omnes oculis regis placuerit, ipſa regnet pro Vaſthi. Placuit ſermo regi; & ita, ut ſuggeſſerant juſſit fieri.

5. Erat vir Judæus in Suſan civitate, vocabulo Mardochæus *d* filius Jair, filii Semei, filii Cis, de ſtirpe Jemini *e*,

6. Qui translatus *f* fuerat de Jeruſalem eo

d infr. 11. 2.
e i. Benjamin.
f ſeu de progenie translatorum.

ROZDZIAŁ II.

Gdy Aſſweruſowi krolowi pánien ſzukáią, miedzy inemi przywiedźiono było Eſther brátánkę Márdochęuſzowę, á podobáłá ſię krolowi przed inſzemi, y ſtáłá ſię krolową miáſto Váſthi. Márdochęuſz wydał zdrádę ná Komorniki krolewſkie, á tę wierność iego w kroniki wpiſáno.

1. TO gdy ſię ták ſſtało, gdy ſię uśmierzył gniew krolá Aſſweruſá, wſpomniał ná Váſthi, y co byłá uczyniłá, ábo co ućierpiáłá;

2. Y rzekli dworzánie krolewſcy, y ſłużebnicy iego: Niech ſzukáią krolowi dźieweczek panienek, y nadobnych,

3. Y niech roześlą, ktorzyby wypátrzyli po wſzyſtkich kráinách dźieweczki piękne y pánny; niech ie przywiodą do miáſtá Suſan, y oddádzą ie do domu białychgłow pod rękę Egeiá rzezáńcá, ktory ieſt hochmiſtrzem, y ſtrożem białychgłow krolewſkich, y niech wezmą ochędoſtwá białogłowſkie, y inne rzeczy do potrzeby.

4. A ktoraby ſię ze wſzytkich oczom krolewſkim podobáłá, tá niech kroluie miáſto Vaſthi. Podobáłá ſię mowá krolowi, y ták iáko byli podáli uczynić roſkazał.

5. Był mąż Zydowin w mieśćie Suſan, imieniem Márdochęus, ſyn Jáir, ſyná Semei, ſyná Cis, z pokolenia Jemini,

6. Ktory był przenieśiony z Jeruzálem ná on

on czás, gdy Nábuchodonozor krol Bábyloński, przeniosł był Jechoniaszá krolá Judzkiego;

7. Ktory wychował corkę brátá swego Edisse, ktorą drugim imieniem zwano Esther; y obudwu rodźicow strácilá, byłá piękna bárzo, y wdźięczney twarzy. A po śmierći oycá, y mátki iey, przywłaszczył ią sobie Márdochęusz zá corkę.

8. A gdy się rozgłośiło krolewskie roskazánie, á według roskazánia iego wiele pięknych pánien do Susan przywodzono, y Egeiowi rzezáńcowi oddawano; Esther też miedzy innemi pánnámi oddáno mu, áby byłá chowána w poczćie białychgłow;

9. Ktora się iemu spodobáłá, y nálázłá łáskę w oczách iego. Y roskazał rzezáńcowi, áby iey dano co rychley ochędostwo białogłowskie, y dał iey część iey, y śiedm pánienek co napięknieyszych z domu krolewskiego, y ták onę iáko, y służebne pánny iey, przybrał y ozdobił.

10. Ktora niechćiáłá mu oznaymić narodu, y oyczyzny swoiey; bo iey był kazał Márdochęusz, áby o tey rzeczy zgołá milczáłá;

11. Ktory przechadzał się co dźień przed śienią domu, w ktorym wybráne pánny chowano, stáráiąc się o zdrowiu Esther, y chcąc wiedźieć coby się z nią dźiało.

12. A gdy przyszedł czás káżdey porządkiem pánienki, żeby wchodźiły do krolá, wszytko wykonawszy co do ochędostwá białogłowskiego przynależało, mieśiąc się dwánasty toczył, wszákże ták, że przez sześć mieśięcy mázáły się oleykiem z mirry, á przez drugie sześć bárwiczek, y rzeczy wonnych używáły.

13. A wchodząc do krolá, o cokolwiek prośiły do ochędostwá należącego brały; y iáko się im podobáło ubrawszy się z domu fraucymeru przechodźiły do łożnice krolewskiey.

14. A ktora weszłá wieczor, ráno záś wychodźiłá, y ztámtąd do wtorego domu odprowádzoná byłá, ktory był pod ręką Suságázy rzezáńcá, ktory był nád nałożnicámi krolewskimi przełożony; á niemiáłá wolnośći wroćić się więcey do krolá. Ażby krol chćiał, á miánowićie iey przyśdź roskazał.

15. A gdy przeminął czás porządkiem, przychodźił dźień, ktorego Esther corká Abiháil brátá Márdochęuszowego, ktorą był sobie wźiął

eo tempore, quo *a* Jechoniam regem Juda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat *b*,

7. Qui fuit nutritius filiæ fratris *c* sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther, & utrumque parentem amiserat: pulchra nimis, & decora facie. Mortuisque patre ejus, ac matre, Mardochæus sibi eam adoptavit in filiam.

8. Cumque percrebuisset regis imperium, & juxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Susan, & Egeo traderentur Eunucho; Esther quoque inter cæteras puellas ei tradita est, ut servaretur in numero fœminarum.

9. Quæ placuit ei, & invenit gratiam in conspectu illius. Et præcepit Eunucho, ut acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam, quam pedissequas ejus ornaret, atque excoleret.

10. Quæ noluit indicare ei populum & patriam *d* suam, Mardochæus enim præceperat ei, ut de hac re omnino reticeret;

11. Qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus, in qua electæ virgines servabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens, quid ei accideret.

12. Cum autem venisset tempus singularum per ordinem puellarum, ut intrarent ad regem expletis omnibus, quæ ad cultum muliebrem pertinebant, mensis duodecimus vertebatur: ita duntaxat, ut sex mensibus oleo ungerentur myrrhino *e*, & aliis sex quibusdam pigmentis & aromatibus uterentur.

13. Ingredientesque ad regem, quidquid postulassent ad ornatum pertinens, accipiebant, & ut eis placuerat, compositæ de triclinio *f* fœminarum ad regis cubiculum transibant.

14. Et quæ intraverat vespere, egrediebatur mane, atque inde in secundas *g* ædes deducebatur, quæ sub manu Susagazi eunuchi erant, qui concubinis regis præsidebat; nec habebat potestatem ad regem ultra redeundi, nisi voluisset rex, & eam venire jussisset ex nomine.

15. Evoluto autem tempore per ordinem, instabat dies, quo Esther filia Abihail fratris Mardochæi, quam sibi adoptaverat in filiam, deberet intrare ad regem. Quæ non quæsivit

a 4. Reg. 24. 15. infr. 11. 4.
b anno Mundi 3405 patet Mardochæam cum Zorobabele anno Cyri primo (1. Esdr. 1.) hoc est mundi 3468. annis 17. antequam hæc fierent ascendisse Jerosolymam (1. Esdr. 2. 2.) sed statim rediisse: qnippe diutius abesse non poterat, utpote inter primos aulæ regiæ ministros, infr. c. 11 v. 3. De reditu Mardochæi in Babylonem meminit Joseph antiq. l. 11. c. 4. circa finem, Aben Esra & alii Judæorum
c Chald patrui.
d alii cognationem.
e ex myrrha.
f gynæceo.
g alias.

ſivit muliebrem cultum, ſed quæcumque voluit Egeus eunuchus cuſtos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formoſa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur.

16. Ducta eſt itaque ad cubiculum regis Aſſueri menſe decimo *a*, qui vocatur Tebeth, ſeptimo anno regni ejus *b*.

17. Et adamavit eam rex plus, quam omnes mulieres, habuitque gratiam & miſericordiam *c* coram eo ſuper omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite ejus, fecitque eam regnare in loco Vaſthi.

18. Et juſſit convivium præparari permagnificum cunctis principibus, & ſervis ſuis, pro conjunctione, & nuptiis Eſther. Et dedit requiem *d* univerſis provinciis, ac dona largitus eſt juxta magnificentiam principalem.

19. Cumque ſecundo *e* quærerentur virgines, & congregarentur, Mardochæus manebat ad januam regis;

20. Necdum prodiderat Eſther patriam, & populum ſuum juxta mandatum ejus. Quidquid enim ille præcipiebat, obſervabat Eſther; & ita cuncta faciebat, ut eo tempore ſolita erat, quo eam parvulam nutriebat.

21. Eo igitur tempore, quo Mardochæus ad regis januam morabatur, irati ſunt Bagathan, & Thares, duo eunuchi regis *f*, qui janitores erant, & in primo palatii limine præſidebant; volueruntque inſurgere in regem, & occidere eum.

22. Quod Mardochæum non latuit, ſtatimque nuntiavit reginæ Eſther; & illa regi ex nomine Mardochæi, qui ad ſe rem detulerat.

23. Quæſitum eſt, & inventum; & appenſus eſt uterq; eorum in patibulo. Mandatumq; eſt hiſtoriis, & annalibus traditum coram rege.

a i. Decembri.
b anno Mundi 3490. ant. Chr. 514.
c i. favorem. Eſther figura eſt B. V. M. & Eccleſiæ.
d i. e. immunitatem a tributis, vel tributa minuit.
e i. ad ſecundas nuptias.
f qui Amane erant intimi. Irarum cauſas addit Græcus, quod Mardochæus in officiis palatii prælatus illis eſſet a rege.
g Aman etymologice conturbans.
h Amalecitarum regis, quibus jam olim Judæi infenſi. (Deut. 25.19.) ita Joſephus, & Hebræi omnes. At infr. c. 16. dicitur Aman Macedo fuiſſe: forte quod majores ejus ex ſtrage, quæ Amalecitis ſub Saule contigit, profugi in Macedoniam ſe recepiſſent.

CAPUT III.

Aman a rege ſublimatus adoratur ab omnibus, ſed non a Mardochæo Judæo, 1. Ille iratus accuſat Judæos, ut omnes perdat, 5. Ab Aſſuero edictum impetrat de perdendis uno die univerſis Judæis, 10.

1. POſt hæc rex Aſſuerus exaltavit Aman *g* filium Amadathi, qui erat de ſtirpe Agag *h*; & poſuit ſolium ejus ſuper omnes principes, quos habebat.

2. Cun-

wźiął zá corkę, miáłá wniśdź do krolá; ktora nie ſzukałá ſtroiow białogłowſkich, ále cokolwiek chćiał Egeuſz rzezániec ſtroż pánien, to iey dał ná ochędoſtwo; Bo byłá bárzo piękna, á niewymowną cudnośćią oczom wſzytkich zdáłá ſię wdźięczną y miłą.

16. W wiedźioná tedy ieſt do pokoiu królá Aſſweruſá mieśiącá dźieśiątego, ktory zowią Tebeth, śiodmego roku kroleſtwá iego.

17. Y umiłował ią krol więcey, niż wſzytkie niewiáſty. á miáłá przed nim łáſkę, y miłośierdźie nád wſzytkie białegłowy, y włożył ná głowę iey koronę kroleſtwá, y uczynił że krolowáłá ná mieyſcu Váſthi.

18. Y roſkazał nágotowáć ucztę bárzo wielką, prze wſzytkie kśiążętá, y ſłużebniki ſwoie, ná poięćie, y ná weſele Eſther. Y dał odpoczynienie wſzyſtkim źiemiam, y rozdawał dáry według wielmożnośći kśiążęcey;

19. A gdy powtore ſzukano, y zbierano pánny, Márdochęuſz śiadał u drzwi krolewſkich;

20. A Eſther ieſcze byłá nie oznaymiłá oyczyzny, y narodu ſwego, według roſkazánia iego. Bo cokolwiek on roſkazał, ſtrzegłá Eſther; y ták wſzytko czyniłá iáko ná on czás zwykłá byłá, gdy ią málutką wychowywał.

21. Tego tedy czáſu, gdy Márdochęuſz śiedźiał u drzwi krolewſkich, rozgniewáli ſię Bágáthán, y Tháres dwa rzezáńcy krolewſcy, ktorzy byli odźwiernymi, á u pierwſzego progu pałacu śiadáli; y chćieli ſię tárgnąc ná krolá, y zábić go.

22. Co nie było táyno Márdochęuſzowi, y wnet oznaymił krolowey Eſther, á oná krolowi imięniem Márdochęuſzá, ktory do niey rzecz był donioſł.

23. Dowiádowano ſię, y náleźiono, y obieſzono obu ná ſzubienicy. Y podano to do hiſtoriy, y w kroniki wpiſano przed krolem.

ROZDZIAŁ III.

O powyżſzeniu Amáná, ktoremu ſię niechćiał kłániáć Márdochęuſz, Amán dla tego rozgniewawſzy ſię, záłuie ná Żydy, áby wſzytek narod iey wytráćił; otrzymał od Aſſwerá Dekret, áby wſzyſcy Żydowie byli wytraceni iednego dnia.

1. POtym krol Aſſwerus wywyſzył Amáná ſyná Amáthy, ktory był z rodu Agág; y wyſtáwił ſtolicę iego náde wſzytkie kśiążętá, ktore miał.

2. Y

2. Y wſzyſcy ſludzy krolewſcy, ktorzy we drzwiách páłacu byli, klękáli, y kłániáli ſię Amánowi, bo im ták był Pan roſkazał. Sam Márdochęuſz nie klękał, áni mu ſię kłániał.

3. Ktoremu rzekli ſludzy krolewſcy, ktorzy przede drzwiámi páłacu śiadáli: Przecz mimo inſze nie záchowuieſz przykazánia krolewſkiego;

4. A gdy to częſto mawiáli, á on ſłucháć niechćiał, powiedźieli Amánowi, chcąc wiedźieć, będźieli trwał w przedśięwźięciu; bo im był powiedźiał, że był żydem.

5. Co gdy uſłyſzał Amán, y ſámą rzeczą doznał, że Márdochęuſz nie klękał przed nim, áni mu ſię kłániał, rozgniewał ſię bárzo.

6. Y zá nic ſobie nie miał ná iednego Mardochęuſzá puśćić ręce ſwe, bo był uſłyſzał, że był narodu żydowſkiego, y ráczey chćiał wytráćić wſzytek národ żydow, ktorzy byli w kroleſtwie Aſſweruſowym.

7. Mieśiącá pierwſzego (ktory zowią Niſán) roku dwunaſtego kroleſtwá Aſſweruſowego, rzuczono los w bánię, ktory po Hebręyſku zowią Phur, przed Amánem, ktoregoby dniá, y ktorego mieśiącá národ Zydowſki miał bydź wygubiony, y wyſzedł kśiężyć dwánaſty, ktory zowią Adár.

8. Y rzekł Amán krolowi Aſſweruſowi: Ieſt lud po wſzytkich kráinách kroleſtwá twego rozproſzony, y ſam od śiebie rozny, nowych praw y ceremoniy używáiący, nád to y krolewſkim roſkázániem gárdzący. A wieſz bárzo dobrze że nie ieſt pożyteczno kroleſtwu twoiemu, áby ſię miał roſpuſzczáć przez ſwą wolą.

9. Ieſlić ſię podoba, wydáy wyrok, áby zginął, á dźieśięć tyśięcy tálentow odważę podſkárbim ſkárbu twego.

10. Zdiął tedy krol ſygnet, ktorego używał, z ręki ſwey, y dał go Amánowi ſynowi Amádáthy z narodu Agág, nieprzyiaćielowi Zydowſkiemu,

11. Y rzekł do niego: Srebro, ktore mi obiecuieſz niech twoie będźie, z ludem czyń coć ſię podoba.

12. Y przyzwano piſárzow krolewſkich, pierwſzego mieśiącá Niſán, trzynaſtego dniá tegoż mieśiącá; y nápiſano ieſt iáko był roſkazał Amán, do wſzytkich kśiążąt krolewſkich, y ſędźiow kráin, y rozmáitych národow, áby káżdy narod czytáć mogł, y ſłyſzeć mogł, we-

2. Cunctique ſervi regis, qui in foribus palatii verſabantur, flectebant genua, & adorabant Aman; ſic enim præceperat eis imperator *a*. Solus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum *b*.

3. Cui dixerunt pueri regis, qui ad fores palatii præſidebant: Cur præter cæteros non obſervas mandatum regis?

4. Cumque hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire *c*, nuntiaverunt Aman, ſcire cupientes, utrum perſeveraret in ſententia; dixerat enim eis ſe eſſe Judæum *d*.

5. Quod cum audiſſet Aman, & experimento probaſſet, quod Mardochæus non flecteret ſibi genu, nec ſe adoraret, iratus eſt valde,

6. Et pro nihilo duxit in unum Mardochæum mittere manus ſuas; audierat enim, quod eſſet gentis Judææ; magisque voluit omnem Judæorum, qui erant in regno Aſſueri, perdere nationem.

7. Menſe primo (cujus vocabulum eſt Niſan) anno duodecimo *e* regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in urnam, quæ Hebraice dicitur phur, *f* coram Aman, quo die, & quo menſe gens Judæorum deberet interfici; & exivit menſis duodecimus, qui vocatur Adar.

8. Dixitque Aman regi Aſſuero: Eſt populus per omnes provincias regni tui diſperſus, & a ſe mutuo ſeparatus, novis utens legibus & cæremoniis, inſuper & regis ſcita contemnens *g*. Et optime noſti, quod non expediat regno tuo, ut inſoleſcat per licentiam.

9. Si tibi placet, decerne, ut pereat, & decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ.

10. Tulit ergo rex annulum *h*, quo utebatur, de manu ſua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hoſti Judæorum.

11. Dixitque ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum ſit. De populo age, quod tibi placet.

12. Vocatique ſunt ſcribæ regis menſe primo Niſan *i*, tertia decima die ejusdem menſis; & ſcriptum eſt, ut juſſerat Aman, ad omnes ſatrapas regis, & judices *k* provinciarum, diverſarumque gentium, ut quæque gens legere poterat, & audire pro varietate linguarum ex nomine regis

a 70. Rex.
b ſc. adoratione, quam ille ambiebat, divina, ut ipſe Mardochæus infra c. 13. v. 13 explicat.
c 70. obedire.
d ſc. cui non liceret id facere.
e an. M. 3494. ant. Chr. 510.
f id eſt ſors: hinc feſtum Phurium, i. e. ſortium, celebratum pro liberatione a funeſtis Amanis ſortibus.
g eſt calumnia manifeſta.
h inſignum datæ poteſtatis, & ad obſignanda ſcripta, quæcunque vellet.
i anni ſequentis, i. e. anni 3495. ſiquidem per annum integrum Aman ſortem conjici curaverat.
k i. præſides Hebr. duces.

regis Assueri, & litteræ signatæ ipsius annulo,

13. Missæ sunt per cursores regis ad universas provincias, ut occiderent, atque delerent omnes Judæos, a puero usque ad senem, parvulos, & mulieres, uno die, hoc est tertio decimo mensis duodecimi *a*, qui vocatur Adar, & bona eorum diriperent.

a sc. Februarii.

14. Summa autem epistolarum hæc fuit, ut omnes provinciæ scirent, & pararent se ad prædictam diem.

15. Festinabant cursores, qui missi erant, regis imperium explere. Statimque in Susan pependit edictum, rege & Aman celebrante convivium, & cunctis Judæis, qui in urbe erant, flentibus *b*.

b Hebr. turbatis.

CAPUT IV.

Luctus Mardochæi, ac reliquorum Judæorum ob paratum ipsis interitum, 1. Esther jubetur a Mardochæo Judæorum neci occurrere, & ad regem etiam non vocata ingredi, 4. Triduanas pro se petit preces & jejunia, idemque ipsa facit 12.

1 QUæ cum audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti; & in platea mediæ civitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui,

2. Et hoc ejulatu usque ad fores palatii gradiens. Non enim erat licitum indutum sacco aulam regis intrare.

3. In omnibus quoque provinciis, oppidis, ac locis, ad quæ crudele regis dogma *c* pervenerat, planctus ingens erat apud Judæos, jejunium *d*, ululatus, & fletus, sacco & cinere multis pro strato *e* utentibus.

c i. e decretum seu edictum.

d in hujus rei memoriam, & hodie 13 mensis Adar solemne observant jejunium quod vocant jejunium Esther.

e i. lecti loco.

4. Ingressæ autem sunt puellæ Esther & eunuchi; nuntiaveruntque ei. Quod audiens consternata est; & vestem misit, ut ablato sacco induerent eum; quam accipere noluit.

5. Accitoque Athach eunucho, quem rex ministrum ei dederat, præcepit ei, ut iret ad Mardochæum, & disceret ab eo, cur hoc faceret?

6. Egressusq; Athach, ivit ad Mardochæum stantem in platea civitatis, ante ostium palatii.

7. Qui indicavit ei omnia, quæ acciderant, quomodo Aman promisisset, ut in the-

według rozności ięzykow, imieniem krolá Asweruſá; á liſty zápieczętowáne sygnetem iego,

13. Rozesłano przez poſły krolewſkie do wzytkich żiem, áby pobito, y wygłádzono wſzytkie Zydy, od dźiećięćiá áż do ſtárcá, dźiátki, y niewiáſty iednego dniá, to ieſt trzynáſtego, mieśiącá dwunáſtego, ktory zowią Adár, á máiętność ich, áby rozſzárpáli.

14. A ſummá liſtow tá byłá, áby wſzytkie kráiny wiedźiáły, á nágotowáły ſię ná dźień przerzecony.

15. Spieſzyli ſię poſłowie, ktorych było poſłano, áby roſkazánie krolewſkie wypełnili Y nátychmiaſt w Suſan przybito wyrok, gdy krol y Amán bieśiádowáli, á wſzyſcy Zydowie, ktorzy byli w mieśćie plákáli.

ROZDZIAŁ IV.

Záłoba Márdochęuſzowá, y inych Zydow, Márdochęuſz wſkazał do Eſther, áby ſzłá, y prośiłá krolá zá żydy, oná pierwey odmdwiáłá, á potym złożyłá poſt żydom przez trzy dni, y przez trzy nocy.

1. CO gdy uſłyſzał Márdochęuſz rozdárł ſzáty ſwe, y oblokł ſię w wor, poſypawſzy głowę popiołem: y ná ulicy w pośrzod miáſtá krzyczał wielkim głoſem, okázuiąc gorzkość ſercá ſwego,

2. Y z tym krzykiem áż do drzwi pálacu idąc. Bo ſię nie godźiło obleczonemu w wor wniść ná dwor krolewſki.

3. Po wſzytkich też kráinách, miáſteczkách, y mieyſcách, do ktorych okrutny wyrok krolewſki był przyſzedł, byłá nieźmierna żáłość u Zydow, poſt, krzyk, y płácz, y wiele ich miáſto pośćieli woru y popiołu używáło.

4. Y weſzły pánny ſłużebne Eſther, y rzezáńcy, y oznaymili iey. Co uſłyſzawſzy zlękłá ſię; y poſłáłá ſzátę, áby go, zdiąwſzy wor, ubráli; ktorą przyiąć niechćiał.

5. Y záwoławſzy Athách rzezáńcá, ktorego iey był krol dał zá ſłużebniká, roſkázáłá mu, áby ſzedł do Márdochęuſzá, á dowiedźiał ſię od niego przeczby to czynił.

6. Y wyſzedſzy Athách, ſzedł do Márdochęuſzá ſtoiącego ná ulicy mieyſkiey, przede drzwiámi pálacu.

7. Ktory mu powiedźiał wſzytko co ſię dźiáło, iáko Amán obiecał, że miał wnieść ſrebro

ſrebro do ſkárbow krolewſkich zá Zydow wytrácenie.

8. Y kopiią też wyroku, ktory był przybit w Suſan dał mu, áby krolowey ukazał, y nápominał ią, áby weſzłá do krolá, y prośiłá go zá ludem ſwoim.

9. Wroćiwſzy ſię Athách, powiedźiał Eſther wſzytko, co był Márdochęuſz rzekł.

10. Ktora mu odpowiedźiáłá, y kazáłá żeby powiedźiał Márdochęuſzowi:

11. Wſzyſcy ſłużebnicy krolewſcy, y wſzytkie kráiny, ktore pod mocą iego ſą, wiedzą, iż ieſliby, choćia mężczyzná choć biáłagłowá, nie będąc wezwáni do śieni we wnętrzney krolewſkiey wſzedł, bez żadney odwłoki ma bydź zábit, chybáby krol łáſkę złotą k niemu śćiągnął ná znák łáſki, tożby ták mogł żyw zoſtáć. Iákoż tedy ia mam wniść do krolá, ktoram iuż trzydźieśći dni nie ieſt wezwáná do niego?

12. Co gdy uſłyſzał Márdochęuſz,

13. Záśię wſkazał do Eſther, mowiąc: Nie mnimay, ábyś tylko duſzę twoię wyzwoliłá mimo wſzytkie Zydy, iżeś ieſt w domu krolewſkim;

14. Bo ieſli teraz milczeć będźieſz, innym ſpoſobem będą wybáwieni Zydźi; á ty, y dom oycá twego zginiećie. A kto wie, ieśliś nie dla tego doſtąpiłá kroleſtwá, ábyś ná táki czáś zgotowána byłá?

15. Z nowu Eſther do Márdochęuſzá te ſłowá wſkazáłá:

16. Idź, á zbierz wſzytkie Zydy, ktore w Suſán naydźieſz, á modlćie ſię zá mną. Nie iedźćie, áni piyćie przez trzy dni, y przez trzy nocy; á ia tákież będę ſię pośćić z ſłużebnicámi ſwemi, á tedy wnidę do krolá, czyniąc przećiw práwu, nie będąc wezwána, y wydáiąc ſię ná śmierć, y niebeſpieczność.

17. Szedł tedy Márdochęuſz, y uczynił wſzyſtko co mu byłá Eſther roſkazáłá.

ROZDZIAŁ V.

Eſther weſzłá do krolá łáſkę ználázłá, proſi krolá do śiebie ná gody z Amánem, ná záiutrz tákież, Amán ſrog Márdochęuſzowi.

1. A Trzećiego dniá obłokłá ſię Eſther w ubior krolewſki, y ſtánęłá w śieni domu

---

theſauros regis pro Judæorum nece inferret argentum.

8. Exemplar quoque edicti, quod pendebat in Suſan, dedit ei, ut reginæ oſtenderet, & moneret eam, ut intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo ſuo.

9. Regreſſus Athach, nuntiavit Eſther omnia, quæ Mardochæus dixerat.

10. Quæ reſpondit ei, & juſſit, ut diceret Mardochæo:

11. Omnes ſervi reges, & cunctæ, quæ ſub ditione ejus ſunt, norunt provinciæ, quod ſive vir, ſive mulier non vocatus, interius atrium regis intraverit, abſque ulla cunctatione ſtatim interficiatur; niſi forte rex auream virgam *a* ad eum tetenderit pro ſigno clementiæ, atque ita poſſit vivere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero, quæ triginta jam diebus non ſum vocata ad eum?

a ſceptrum regium.

12. Quod cum audiſſet Mardochæus,

13. Rurſum mandavit Eſther, dicens: Ne putes, quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es præ cunctis Judæis *b*;

b excellens & ſecura.

14. Si enim nunc ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur Judæi; & tu, & domus patris tui peribitis *c*. Et quis novit, utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris *d*?

c i. Deo puniente.
d i. parata eſſes ad opem ferendam.

15. Rurſumque Eſther hæc Mardochæo verba mandavit:

16. Vade, & congrega omnes Judæos, quos in Suſan repereris, & orate * pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus; & ego cum ancillis meis ſimiliter jejunabo, & tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens, non vocata, tradensque me morti, & periculo.

* Chald. jejunate.

17. Ivit itaque Mardochæus, & fecit omnia, quæ ei Eſther præceperat.

CAPUT V.

Eſther ad regem ingreſſa poſtulat, ut cum Amam ad ſuum veniat convivium; & rurſum utrumque ad ſequentis diei convivium invitat, 1. Interea Aman indignatus, ſe a Mardochæo non honorari, crucem illi parat, 9.

1. DIe autem tertio induta eſt Eſther regalibus veſtimentis, & ſtetit in atrio do-

Eodem Anno 3495.

domus regiæ, quod erat interius, contra baſilicam *a* regis; at ille ſedebat ſuper ſolium ſuum in conſiſtorio palatii contra oſtium domus.

a i. palatium.

2. Cumque vidiſſet Eſther reginam ſtantem, placuit oculis ejus, & extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu. Quæ accedens oſculata eſt *b* ſummitatem virgæ ejus.

b Chald. tetigit manu.

3. Dixitque ad eam rex: Quid vis Eſther regina? quæ eſt petitio tua? etiamſi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi.

4. At illa reſpondit: Si regi placet, obſecro, ut venias ad me hodie, & Aman tecum ad convivium, quod paravi.

5. Statimque rex. Vocate, inquit, cito Aman, ut Eſther obediat voluntati. Venerunt itaque rex & Aman ad convivium, quod eis regina paraverat.

6. Dixitque ei rex, poſtquam vinum biberat abundanter: Quid petis, ut detur tibi? & pro qua re poſtulas? etiamſi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.

7. Cui reſpondit Eſther: Petitio mea, & preces ſunt iſtæ:

8. Si inveni in conſpectu regis gratiam, & ſi regi placet, ut det mihi, quod poſtulo, & meam impleat petitionem; veniat rex & Aman ad convivium, quod paravi eis, & cras aperiam regi voluntatem meam *c*.

c Quia nolebat coram multitudine genus ſuum, gentem, & patriam evulgare; & volebat Amanem præſentem adeſſe accuſationi candidæ & ſinceræ.

9. Egreſſus eſt itaque illo die Aman lætus, & alacer. Cumque vidiſſet Mardochæum ſedentem ante fores palatii, & non ſolum non aſſurrexiſſe ſibi, ſed nec motum quidem de loco ſeſſionis ſuæ, indignatus eſt valde;

10. Et diſſimulata ira, reverſus in domum ſuam, convocavit ad ſe amicos ſuos, & Zares uxorem ſuam;

11. Et expoſuit illis magnitudinem divitiarum ſuarum, filiorumque turbam, & quanta eum gloria ſuper omnes principes, & ſervos ſuos rex elevaſſet,

12. Et poſt hæc ait: Regina quoque Eſther nullum alium vocavit ad convivium cum rege, præter me; apud quam etiam cras cum rege pranſurus ſum.

13. Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Judæum ſedentem ante fores regias.

14. Reſponderuntque ei Zares uxor ejus, &

mu krolewſkiego, ktorá byłá we wnątr przećiw pokoiowi krolewſkiemu; á on śiedźiał ná ſtolicy ſwey w ſali ſądowey w páłacu przećiwko drzwiam domu.

2. Y gdy uyźrzał Eſther krolową ſtoiącą, ſpodobáłá ſię oczam iego, y wyćiągnął ku niey láſkę złotą, ktorą trzymał w ręce. A oná przyſtąpiwſzy pocáłowáłá koniec láſki iego.

3. Y rzekł do niey krol: Czego chceſz Eſther krolowa? co zá prośbá, twoiá? byś też y o połowicę kroleſtwá prośiłá, będźieć dáno.

4. A oná odpowiedźiáłá: Ieſli ſię krolowi podobá, proſzę żebyś dźiś przyſzedł do mnie, y Amán z tobą, ná ucztę, ktorąm nágotowáłá.

5. Y wnet krol rzekł: Wzowćie co rychley Amáná, áby doſyć uczynił woley Eſther. Przyſzli tedy krol, y Amán ná ucztę, ktorą im krolowa byłá zgotowáłá.

6. Y rzekł krol do niey, nápiwſzy ſię doſtátkiem winá: Czego żądaſz ábyć dano? á o co prośiſz? byś też o poł kroleſtwá mego prośiłá, uprośiſz.

7. Ktoremu Eſther odpowiedźiáłá: Ządánie moie y prośbá tá ieſt;

8. Ieſlim nálázłá láſkę przed obliczem krolewſkim, á ieſli ſię krolowi podoba żeby mi dał o co żądam, y prośbę moię wypełnił; niech przyidźie krol y Amán ná ucztę, ktorąm im zgotowáłá, á iutro otworzę krolowi wolą moię.

9. A ták wyſzedł Amán onego dniá weſoły y ochotny. A gdy uyźrzał Márdocheuſzá śiedzącego przede drzwiámi páłacu, iż nie tylko nie wſtał ku niemu, ále áni ſię ruſzył z mieyſcá śiedzenia ſwego, roziadł ſię okrutnie;

10. Y nie pokázuiąc gniewu, wroćiwſzy ſię do domu ſwego, wezwał do śiebie przyiaćioł ſwych, y Záres żonę ſwoię;

11. Y przełożył im wielkość bogáctw ſwoich, y gromádę ſynow, y z iák wielką chwałą wywyſſzył go krol nád wſzytkie kśiążętá, y ſługi ſwoie.

12. A potym rzekł: Krolowa też Eſther żádnego innego nie wezwáłá ná ucztę z krolem, iedno mnie; u ktorey też iutro z krolem obiedwáć mam.

13. A choć to wſzytko mam, zdami ſię iákobych nic nie miał, poki będę pátrzył ná Márdocheuſzá Zydá śiedzącego przede drzwiámi krolewſkimi.

14. Y odpowiedźieli mu Záres żoná iego, y

y inny przyiaćiele: Każ nágotowáć wyſokie drzewá máiące wzwyſz pięćdźieśiąt łokći, á ráno mow Krolowi, áby ná nim Márdochęuſz był obieſzon, y ták poydźieſz z Krolęm ná ucztę weſoły. Spodobáłá mu ſię rádá, y kazał nágotowáć wyſoką ſzubienicę.

ROZDZIAŁ VI.

Krol chcąc uczćić Márdochęuſzá zá wierność, ktorą był uczynił, Amáná o to pyta, Amán o ſobie tę wolą Krolewſką rozumieiąc, powiedźiał bárzo dobrze, y kazał iemuż ſámemu Krol, áby to Márdochęuſzowi uczynił, y uczynił z wielką boleśćią.

1. ONey nocy Krol ſpáć nie mogł, y kazał ſobie przynieść hiſtoriey kroniki przeſzłych czáſow. Ktore gdy przed nim czytano,

2. Przyſzło do onego mieyſcá gdźie było nápiſano iáko Márdochęuſz oznaymił zdrádę Bágáthan y Thares rzezáńcow, ktorzy Krolá Aſſweruſá zábić chćieli.

3. Co Krol uſłyſzawſzy, rzekł: Co zá czći y nagrody zá tę wierność doſtąpił Márdochęuſz? Odpowiedźieli mu dworzánie y ſłudzy iego: Zadney zgołá nagrody nie odnioſł.

4. Y wnet Krol rzekł: Kto ieſt w śieni? Bo Amán wſzedł był do śieni we wnętrzney domu Krolewſkiego, aby námienił Krolowi, y kazał obieśić Márdochęuſzá ná ſzubienicy, ktora mu byłá nágotowána.

5. Odpowiedźieli ſłużebnicy: Amán ſtoi w śieni. Y rzekł Krol: Niech wnidźie.

6. A gdy wſzedł, rzekł kniemu: Co ma bydź uczyniono mężowi, ktorego krol chce uczćić? A Amán myśląc w ſercu ſwoim, y rozumieiąc że krol nikogo innego niechćiał uczćić oprocz niego,

7. Odpowiedźiał: Człowiek, ktorego krol chce uczćić,

8. Má bydź obleczon w ſzáty krolewſkie, y wſádzon ná koniá, ktory pod śiodłem krolewſkim chodźi, y wźiąc koronę krolewſką ná głowę ſwą,

9. A pierwſzy z kśiążąt, y pánow krolewſkich niech dźierży koniá iego, á po ulicy mieyſckiey idąc niech wołá, y mowi: Ták uczcon będźie, ktorego kolwiek będźie chćiał krol uczćić.

10. Y rzekł mu krol: Poſpieſz ſię, á wźiąwſzy

& cæteri amici: Jube parari excelſam trabem *a*, habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic mane regi, ut appendatur ſuper eam Mardochæus, & ſic ibis cum rege lætus ad convivium. Placuit ei conſilium *b*, & juſſit excelſam parari crucem.

a 70. lignum. *b* adulantium.

CAPUT VI.

Rex ex lectis annalibus Mardochæi fidelitatem ob detectas adverſus regem eunuchorum inſidias, recolit. 1. Jubet ipſum ut ſecundum a rege per Aman honorari. 6. Aman eventum uxori & amicis conqueritur. 12.

1. NOctem illam *c* duxit rex inſomnem *d*, juſſitque ſibi afferri hiſtorias & annales priorum temporum. Quæ cum illo præſente legerentur,

2. Ventum eſt ad illum locum, ubi ſcriptum erat, quomodo nuntiaſſet Mardochæus inſidias Bagathan & Thares, ennuchorum, regem Aſſuerum jugulare cupientium.

3. Quod cum audiſſet rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac præmii Mardochæus conſecutus eſt? Dixerunt ei ſervi illius ac miniſtri: Nihil omnino mercedis accepit.

4. Statimque rex: Quis eſt, inquit, in atrio? *e* Aman quippe interius atrium domus regiæ intraverat, ut ſuggereret regi, & juberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum.

5. Reſponderunt pueri: Aman ſtat in atrio. Dixitque rex: Ingrediatur.

6. Cumque eſſet ingreſſus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem rex honorare deſiderat? Cogitans autem in corde ſuo Aman, & reputans, quod nullum alium rex, niſi ſe, vellet honorare,

7. Reſpondit: Homo, quem rex honorare cupit *f*,

8. Debet indui veſtibus regiis *g*, & imponi ſuper equum, qui de ſella regis eſt, & accipere regium diadema ſuper caput ſuum.

9. Et primus de regiis principibus ac tyrannis *h* teneat equum ejus, & per plateam civitatis incedens clamet, & dicat: Sic honorabitur, quemcumque voluerit rex honorare.

10. Dixitque ei rex: Feſtina & ſumpta ſtola

c eodem anno 3495.
d 70 Dominus amovit ſomnum a rege.
e ſc. ubi ingreſſuri expectare ſolebant
f honore & modo ſingulari, pro præclaris meritis.
g Chald. ſtola purpurea 70. ſtola byſſina.
h præcipuis.

la & equo, fac, ut locutus es, Mardochæo Judæo, qui sedet ante fores palatii: Cave, ne quidquam de his, quæ locutns es, prætermittas.

11. Tulit itaque Aman stolam & equum, indutumque Mardochæum in platea civitatis, & impositum equo præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est, quemcumque rex voluerit honorare.

12. Reversusque est Mardochæus ad januam palatii, & Aman festinavit ire in domum suam, lugens & operto *a* capite:

a (sc. lugentium more.)

13. Narravitque Zares uxori suæ, & amicis omnia, quæ evenissent sibi. Cui responderunt sapientes, quos habebat in consilio, & uxor ejus: Si de semine Judæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu ejus.

14. Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi regis, & cito eum ad convivium, quod regina paraverat, pergere compulerunt *b*.

b Chald. adduxerunt.

wszy szátę, y koniá, uczyń iákoś powiedźiał Márdocheuszowi Zydowi, ktory śiedźi przede drzwiámi páłacu. Strzeż, ábyś nic z tego coś mowił nie opuśćił.

11. A ták wźiął Amán szátę krolewską, y koniá, y ubránego Márdocheuszá ná ulicy mieyskiey, y wsádzonego ná koniá, uprzedzał y wołał. Tey czći godźien iest, kogokolwiek będźie chćiał krol uczćić.

12. Y wroćił się Márdocheusz do drzwi páłacu; á Amán pokwápił się iść do domu swego żáluiąc, okrywszy głowę.

13. Y powiedźiał Záres żenie swey, y przyiáćiołom wszytko co mu się przydáło. Ktoremu odpowiedźieli mędrcy, ktore miał w rádźie, y żoná iego: Ieslić Márdocheusz iest z naśienia Zydowskiego, przed ktorymeś począł upádáć; nie będźiesz mu się mogł oprzeć, ále upádniesz przed oczymá iego.

14. Gdy iescze oni mowili, przyszli rzezáńcy krolewscy, y przymuśili, że co rychley szedł ná ucztę, ktorą byłá krolowa zgotowáłá.

CAPUT VII.

Esther in convivio regem pro sua & populi sui vita precatur, & Aman Judæorum adversarium accusat; 1. Quem rex suspendi iubet in cruce Mardochæo parata. 7.

1. INtravit *c* itaque rex & Aman, ut biberent *d* cum regina.

c eodem anno 3495.

d convivio adessent: nam Hebr. convivium appellant a bibendo.

2. Dixitque ei rex etiam secunda die, postquam vino incaluerat: quæ est petitio tua Esther, ut detur tibi? & quid vis fieri? etiamsi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.

3. Ad quem illa respondit: Si inveni gratiam in oculis tuis, o rex, & si sibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obsecro.

4. Traditi enim sumus ego, & populus meus, ut conteramur, jugulemur, & pereamus. Atque utinam in servos & famulas venderemur, esset tolerabile malum, & gemens tacerem: nunc autem hostis noster est, cujus crudelitas redundat in regem *e*.

e sc. cui peribit multum tributi.

5. Respondensque rex Assuerus, ait: Quis est iste, & cujus potentiæ, ut hæc audeat facere?

6. Dixit-

ROZDZIAŁ VII.

Esther krolowa o swoy, y o ludu swego żywot krolá prośi, á żáłuie ná Amáná nieprzyiaćielá Zydowskiego, ktorego krol ná teyże szubienicy, ktorą był Márdocheuszowi nágotował, kazał obieśić.

1. A Ták wszedł krol y Amán, áby pili z krolową.

2. Y rzekł iey krol toż drugiego dniá, gdy się był winem zágrzał: Coż iest zá prośbá twoiá Esther, ábyć byłá daná? y co chcesz, áby się stáło? á byś też prośiłá pol krolestwá mego, uprośisz

3. Ktoremu oná odpowiedźiáłá: Ieśliżem nálázłá łáskę w oczách twoich o Krolu, y ieślić się podoba, dáruy mię duszą moią o ktorą proszę, y ludem moim zá ktorym się przyczyniam.

4. Abowiem wydáni iesteśmy ia y lud moy, ábyśmy byli skruszeni, wybići y ábyśmy zginęli. A day Boże ábyśmy byli záprzedáni zá niewolniki y zá niewolnice: znośne by złe było, y milczáłábym wzdycháiąc, á teraz nieprzyiaćiel nász iest ktorego okrućieństwo śćiąga się ná Krolá.

5. A odpowiádáiąc Krol Asswerus rzekł: Ktoż to iest, y iákiey mocy, żeby to śmiał czynic?

6. Y

6. Y rzekłá Eſther: Sprzećiwnik y nieprzyiáćiel náſz niecnotliwy ten ieſt Aman. Co on uſłyſzawſzy záraz ſię zdumiał, Krolewſkiey twarzy y Krolowey nie mogąc znośić.

7. A Krol rozgniewawſzy ſię wſtał y z mieyſcá uczty, y ſzedł do ogrodá drzewy oſádzonego. Amán też wſtał áby prośił Eſther Krolowey o duſzę ſwoię, bo zrozumiał że mu nieſczęśćie od Krolá zgotowáne było.

8. Ktory gdy ſię wroćił z ogrodá gáymi oſádzonego, y wſzedł ná mieyſce uczty, nálazł Amán, á on upadł ná łożko ná ktorym leżáłá Eſther, y rzekł: y krolową chce zgwałćić przy mnie w domu moim? ieſcze nie wyſzło było ſłowo z uſt Krolewſkich, á wnet zákryli twarz iego.

9. Y rzekł Hárboná ieden z rzezáńcow, ktorzy ſtali ná ſłużbie Krolewſkiey. Oto drzewo ktore był nágotował Márdochęuſzowi, ktory mowił zá Krolem, ſtoi w domu Amánowym máiące wzwyſz pięćdźieśiąt łokiet. Ktoremu Krol rzekł: Obieśćie go ná nim.

10. Obieſzono tedy Amáná ná ſzubienicy, ktorą był zgotował Márdochęuſzowi, y uſpokoił ſię gniew Krolewſki.

6. Dixitque Eſther: Hoſtis & inimicus noſter peſſimus iſte eſt Aman. Quod ille audiens, illico obſtupuit *a*, vultum regis ac reginæ ferre non ſuſtinens.

7. Rex autem iratus ſurrexit, & de loco convivii intravit in hortum arboribus conſitum. Aman quoque ſurrexit, ut rogaret Eſther reginam pro anima ſua, intellexit enim a rege ſibi paratum malum.

8. Qui cum reverſus eſſet de horto nemoribus conſito, & intraſſet convivii locum, reperit Aman ſuper lectulum corruiſſe, in quo jacebat Eſther, & ait: Etiam reginam vult opprimere, me præſente, in domo mea? Necdum verbum de ore regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem ejus *b*.

9. Dixitque Harbona, unus de eunuchis, qui ſtabant in miniſterio regis: En lignum quod paraverat Mardochæo, qui locutus eſt pro rege *c*, ſtat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex: Appendite eum in eo.

10. Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo, quod paraverat Mardochæo; & regis ira quievit.

a ſc. terrore perculſus.

b Ita ſiebat eis, quibus rex iratus eſſet.

c pro regis ſalute, prodens paratas illi inſidias. Eodem anno 3495.

ROZDZIAŁ VIII.

Eſther wywyżſzywſzy Márdochęuſzá, dawne liſty Krolewſkie, ná Żydy wydáne, nowemi Mándáty podnioſłá, y otrzymáłá y świebodę Żydom, y wolność pomſty nád nieprzyiaćioły ſwemi.

1. DNiá onego dał Krol Aſſwerus Eſther Krolowey dom Amáná nieprzyiaćielá żydowſkiego, y Márdochęuſz wſzedł przed oblicze Krolewſkie; bo mu byłá przyznáłá Eſther że iey był ſtryiem.

2. Y wźiął Krol pierśćień, ktory był kazał wźiąć od Amáná, y dał Mardochęuſzowi. A Eſther poſtánowiłá Márdochęuſzá nád domem ſwoim.

3. Y ná tym nieprzeſtáiąc, upádłá do nog Krolewſkich, y płákáłá, y mowiąc do niego prośiłá, áby złość Amáná Agágitczyká y wymyſły iego niecnotliwe, ktore był wymyślił przećiw Żydom, roſkazał wniwecz obroćić.

4. A on według zwyczáiu śćiągnął ręką ſceptrum złote, ktorym ſię láſki znák pokázował, á oná wſtawſzy ſtánęłá przed nim.

5. Y rzekłá: Ieſli ſię podoba Krolowi, á ieſlim

CAPUT VIII.

Eſther, exaltato Mardochæo exorat ferales Amanis litteras irritari a rege, 1. Novæ conſcribuntur pro Judæorum ſecuritate, & ultione inimicorum, 9. Inde magna ubique lætitia, 16.

1. DIe illo dedit rex Aſſuerus Eſther reginæ domum Aman *d* adverſarii Judæorum, & Mardochæus ingreſſus eſt ante faciem regis *e*. Confeſſa eſt enim ei Eſther, quod eſſet patruus ſuus.

2. Tulitque rex annulum, quem ab Aman recipi juſſerat, & tradidit Mardochæo *f*. Eſther autem conſtituit Mardochæum ſuper domum ſuam.

3. Nec his contenta, procidit ad pedes regis, flevitque, & locuta ad eum oravit; ut malitiam Aman Agagitæ, & machinationes ejus peſſimas, quas excogitaverat contra Judæos, juberet irritas fieri.

4. At ille ex more ſceptrum aureum protendit manu, quo ſignum clementiæ monſtrabatur; illaque conſurgens ſtetit ante eum.

5. Et ait: Si placet regi, & ſi inveni gratiam

d Non inanem aut vacuam, ſed cum omnibus ejus opibus & theſauris.

e Id eſt, ad intimam regis conſuetudinem & familiaritatem admiſſus eſt.

f Transferens in eum poteſtatem Amanis.

tiam in oculis ejus, & deprecatio mea non ei videtur eſſe contraria *a* obſecro, ut novis epiſtolis veteres Aman litteræ, inſidiatoris & hoſtis Judæorum, quibus eos in cunctis regis provinciis perire præceperat, corrigantur.

a Regi ejusque voluntati.

6. Quomodo enim potero ſuſtinere necem & interfectionem populi mei?

7. Reſponditque rex Aſſuerus Eſther reginæ, & Mardochæo Judæo: Domum Aman conceſſi Eſther, & ipſum juſſi affigi cruci, quia auſus eſt manum mittere in Judæos.

8. Scribite ergo Judæis, ſicut vobis placet, regis nomine, ſignantes litteras annulo meo. Hæc enim conſuetudo erat, ut epiſtolis, quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo ſignatæ erant, nemo auderet contradicere.

9. Accitisque ſcribis & librariis regis (erat autem tempus tertii menſis *b*, qui appellatur Siban) vigeſima & tertia die illius ſcriptæ ſunt epiſtolæ, ut Mardochæus voluerat, ad Judæos, & ad principes, procuratoresque & judices *c*, qui centum vigintiſeptem provinciis ab India usque ad Æthiopiam præſidebant, provinciæ atque provinciæ, populo & populo juxta linguas & litteras ſuas, & Judæis, prout legere poterant, & audire.

b ſc. Maji.

c i. præfectos.

10. Ipſæque epiſtolæ, quæ regis nomine mittebantur, annulo ipſius obſignatæ ſunt, & miſſæ per veredarios *d*; qui per omnes provincias diſcurrentes, veteres litteras novis nuntiis prævenirent *e*.

d i. curſores velociter equitantes.

e ſc. ut impedirent executionem.

11. Quibus imperavit rex, ut convenirent Judæos per ſingulas civitates, & in unum præciperent congregari, ut ſtarent pro animabus ſuis, & omnes inimicos ſuos cum conjugibus ac liberis & univerſis domibus interficerent atque delerent, & ſpolia eorum diriperent.

12. Et conſtituta eſt per omnes provincias una ultionis dies, id eſt tertiadecima menſis duodecimi Adar.

13. Summaque epiſtolæ hæc fuit, ut in omnibus terris ac populis, qui regis Aſſueri ſubjacebant imperio, notum fieret, paratos eſſe Judæos ad capiendam vindictam de hoſtibus ſuis.

14. Egreſſique ſunt veredarii celeres nuntia perferentes, & edictum regis pependit in Suſan.

15. Mar-

ſlim nálázłá łáſkę przed oczymá iego, á proßbá moiá nie zda mu ſię przećiwna, proſzę, áby nowemi liſty ſtáre liſty Amáná zdrayce y nieprzyiaćielá Zydow, w ktorych roſkazał ie wytráćić we wſzytkich źiemiách Krolewſkich káſſowáne były.

6. Bo iákoż będę mogłá znośić zábiiánie y mordowánie narodu moiego?

7. Y odpowiedźiał Krol Aſſwerus Eſtherze Krolowey y Márdochęuſzowi Zydowi: Dom Amánow dałem Eſther, á ſámego kazałem záwieśić ná ſzubienicy, iż śmiał rękę ściągnąć ná Zydy.

8. A ták nápiſzćie Zydom iáko ſię wam podoba, imieniem Krolewſkim, zápieczętowawſzy liſty ſygnetem moim. Bo ten był obyczay, iż liſtom, ktore imięniem Krolewſkim poſyłano, á ſygnetem iego zápieczętowano, żaden ſię nie śmiał ſprzećiwić.

9. Y záwoławſzy piſárzow y podpiſkow Krolewſkich (á był czás mieśiącá trzećiego, ktory zowią Syban) dwudźieſtego y trzećiego dnia iego nápiſano liſty, iáko był chćiał Márdochęuſz, do Zydow y do kśiążąt, y do Oekonomow, y Sędźiow, ktorzy byli przełożeni we ſtu y dwudźieſtu y śiedmi źiemiách od Indiiey áż do Æthyopiiey; kráinie y kráinie, narodowi y narodowi wedle ięzykow y piſem ich; y Zydom iáko czytáć mogli y ſłucháć.

10. A te liſty, ktore poſyłano imięniem Krolewſkim, ſygnetem iego zápieczętowáne ſą y rozeſłáne przez prędkie poſły; ktorzyby po wſzytkich źiemiách biegáiąc one pierwſze liſty nowemi poſelſtwy uprzedźili;

11. Ktorym Krol roſkazał áby ſzli do Zydow w káżdym mieśćie, y kazali ſię im zgromádźić, áby ſię záſtáwili zá duſze ſwe, á wſzytkie ſwe nieprzyiaćioły, z żonámi z dźiećmi, y ze wſzytkimi domy pobili y wygłádźili, y korzyśći ich pobráli.

12. Y náznáczon ieſt po wſzytkich źiemiách ieden dźień pomſty, to ieſt, trzynaſty mieśiącá dwunaſtego Adár.

13. A ſummá liſtu tá byłá, áby we wſzytkich źiemiách y narodách, ktore były pod páńſtwem Aſſweruſá Krolá, wiádomo było, iż Zydowie byli gotowi mśćić ſię nád nieprzyiaćioły ſwemi.

14. Y bieżeli podwodnicy prędcy poſelſtwá noſząc, á wyrok Krolewſki rozbito w Suſán.

15. A

15. A Márdochęuſz wychodząc z páłacu y od oczu Krolewſkich, świećił ſię w ſzátách Krolewſkich, to ieſt w Hiácyntowych, y w białych; noſząc ná głowie koronę złotą, y odźiany płáſczem iedwabnym y ſzárłatowym. Y wſzytko miáſto weſeliło ſię y rádowáło.

16. A Zydom nowa świátłość zdálá ſię wſchodźić, weſele, cześć, y tańce.

17. Y wſzytkich národow, miaſt y kráin, gdźiekolwiek mándaty krolewſkie przychodźiły, dźiwne rádośći, bieśiády, y uczty, y święto; ták iż mnodzy inſzego narodu y ſekty, ná wiárę y ceremonie przyſtáwáli; bo był ná wſzytkie przypadł wielki ſtrách imienia żydowſkiego.

15. Mardochæus autem de palatio, & de conſpectu regis egrediens, fulgebat veſtibus regiis, hyacinthinis videlicet & aereis *a*, coronam auream portans in capite, & amictus ſerico pallio atque purpureo. Omnisque civitas exultavit, atque lætata eſt.

a Hebr. candidis.

16. Judæis autem nova lux oriri viſa eſt, gaudium, honor & tripudium.

17. Apud omnes populos, urbes, atque provincias, quocumque regis juſſa veniebant, mira exultatio, epulæ atque convivia, & feſtus dies; in tantum, ut plures alterius gentis & ſectæ eorum religioni & cæremoniis jungerentur *b*. Grandis enim cunctos Judaici nominis terror invaſerat.

b Cognita Dei erga ſuos providentia & Moſaicæ legis ſanctitate.

ROZDZIAŁ IX.

Zydowie wſzędy nieprzyiaćioły ſwoie morduią, á obieśiwſzy dźieśiąći ſynow Amánowych, potym Márdochęuſz piſał do wſzech Zydow, áby ten dźień Phurym názwawſzy, święćili ná pámiątkę wielkiego dobrodźieyſtwá.

1. DWunaſtego tedy mieśiącá, ktoryſmy wyſſzey powiedźieli, że Adár zowią, trzynáſtego dniá, kiedy wſzyſtkim Zydom zátracenie gotowano, á nieprzyiáćiele krwie ich prágnęli, zá odmiáną ſczęśćia, Zydowie poczęli bráć gorę, y mśćić ſię nád nieprzyiaćioły ſwemi.

2. Y zebráli ſię po wſzytkich miáſtách, y miáſteczkách, y mieyſcách, áby wyćiągnęli rękę ná nieprzyiaćioły, y przeſzládowniki ſwoie. Y żáden ſię nie śmiał ſprzećiwić, dla tego że ſtrách wielkośći ich przeráźił był wſzyſtkie národy.

3. Bo y Sędźiowie kráin, y kśiążętá, y Oekonomowie, y wſzyſcy dignitarze, ktorzy nád káżdym mieyſcem, y ſpráwą przełożeni byli, wywyſſzáli Zydy, boiąc ſię Márdochęuſzá;

4. O ktorym dowiedźieli ſię że był przednieyſzy ná páłacu, á iż wiele mogł; ſławá też imięnia iego co dźień roſłá, y było iey pełno w uśćiech wſzytkich ludźi.

5. Y ták pobili Zydowie nieprzyiaćioły ſwe porażką wielką, y pozábiiáli ie, oddawáiąc im co im byli gotowi uczynić;

6. Ták bárzo, że też w Suſan pięć ſet mężow zábili, oprocz dźieśiąći ſynow Amáná Agágeyczyká nieprzyiaćielá Zydowſkiego, ktorych te ſą imioná;

7. Phár-

CAPUT IX.

Judæi paſſim hoſtes ſuos præſertim illo die, qui ad ſuam cædem deſtinatus erat, trucidant, & decem filios Aman ſuſpendunt e patibulis, 5. Diem Phurim ſeu ſortium, perpetno ſolemnem Mardochæus inſtituit, 17.

1. IGitur duodecimi menſis *c*, quem Adar vocari ante jam diximus, tertia decima die, quando cunctis Judæis interfectio parabatur, & hoſtes eorum inhiabant ſanguini, verſa vice Judæi ſuperiores eſſe cœperunt, & ſe de adverſariis vindicare.

c Anno M. 3496. Ant. Chr. 508.

2. Congregatique ſunt per ſingulas civitates, oppida, & loca, ut extenderent manum contra inimicos & perſecutores ſuos. Nullusque auſus eſt reſiſtere, eo quod omnes populos magnitudinis eorum formido penetrarat.

3. Nam & provinciarum judices, & duces, & procuratores, omnisque dignitas, quæ ſingulis locis ac operibus præerat, extollebant Judæos timore Mardochæi;

4. Quem principem eſſe palatii, & plurimum poſſe cognoverant; fama quoque nominis ejus creſcebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat.

5. Itaque percuſſerunt Judæi inimicos ſuos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis, quod ſibi paraverant facere;

6. In tantum, ut etiam in Suſan quingentos viros interficerent, extra decem *d* filios Aman Agagitæ hoſtis Judæorum; quorum iſta ſunt nomina;

d Serarius putat decem alios præter illos de quibus infr. 16. v. 18.

7. Phar-

7. Pharſandatha, & Delphon, & Eſphatha.
8. Et Phoratha, & Adalia, & Aridatha.
9. Phermeſta, & Ariſai, & Aridai, & Jezatha.
10. Quos cum occidiſſent, prædas de ſubſtantiis eorum tangere noluerunt *a*.
11. Statimque numerus eorum, qui occiſi erant in Suſan, ad regem relatus eſt.
12. Qui dixit reginæ: In urbe Suſan interfecerunt Judæi quingentos viros, & alios decem filios Aman; quantam putas eos exercere cædem in univerſis provinciis? Quid ultra poſtulas, & quid vis, ut fieri jubeam?
13. Cui illa reſpondit: Si regi placet, detur poteſtas Judæis, ut ſicut fecerunt hodie in Suſan, ſic & cras faciant, & decem filii Aman in patibulis ſuſpendantur.
14. Præcepitque rex, ut ita fieret. Statimque in Suſan pependit edictum, & decem filii Aman ſuſpenſi ſunt *b*.
15. Congregatis Judæis quarta decima die menſis Adar, interfecti ſunt in Suſan trecenti viri *c*; nec eorum ab illis direpta ſubſtantia eſt.
16. Sed per omnes provincias, quæ ditioni regis ſubjacebant, pro animabus ſuis ſteterunt Judæi, interfectis hoſtibus ac perſecutoribus ſuis; in tantum, ut ſeptuaginta quinque millia occiſorum implerentur, & nullus de ſubſtantiis eorum quidquam contingeret.
17. Dies autem tertius decimus menſis Adar primus apud omnes interfectionis fuit, & quarta decima die cædere deſierunt. Quem conſtituerunt eſſe ſolemnem, ut in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conviviis.
18. At hi, qui in urbe Suſan cædem exercuerant, tertio decimo & quarto decimo die ejusdem menſis in cæde verſati ſunt: quinto decimo autem die percutere deſierunt. Et idcirco eundem diem conſtituerunt ſolemnem *d* epularum atque lætitiæ.
19. Hi vero Judæi, qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartum decimum diem menſis Adar conviviorum & gaudii decreverunt, ita ut exultent in eo, & mittant ſibi mutuo partes epularum & ciborum.
20. Scripſit itaque Mardochæus *e* omnia hæc, & litteris comprehenſa miſit ad Judæos, qui

a ſc. ut palam facerent, ſe non opes ſed ſuam incolumitatem quærere nec facere ex avaritia ſed juſtitia.

b ſc. in crucibus ad ignominiam & terrorem malorum.

c Præter quingentos quos pridie occiderant.

d In gratiarum actionem pro tanto beneficio.

e Hinc cenſetur auctor hujus libri.

7. Phárſándathá, y Delphon, y Eſphathá,
8. Y Phoráthá, y Adália, y Aridathá,
9. Y Phermeſtá, y Ariſay, y Ariday, y Jezáthá.
10. Ktore pobiwſzy, łupow z máiętnośći ich tykáć ſię niechćieli.
11. Y nátychmiaſt liczbę onych, ktorych pobito w Suſan do krolá przynieśiono.
12. Ktory rzekł krolowey: W mieśćie Suſan zábili Zydowie pięć ſet mężow innych dźieśiąci ſynow Amánowych; iáko wielki mord mniemaſz, oni czynią we wſzytkich kráinách? Czegoż więcey prośiſz, á co chceſz ábych kazał uczynić?
13. Ktoremu oná odpowiedźiáłá: Ieſlié ſię krolowi podoba, niechby dano moc Zydom, áby iáko dźiś uczynili w Suſan, ták y iutro uczynili; á dźieśięć ſynow Amánowych, áby ná ſzubienicách záwieſzono.
14. Y roſkazał krol, áby ſię ták ſtáło. Y wnet w Suſan rozbito wyrok, y dźieśiąći ſynow Amánowych obieſzono.
15. A gdy ſię żebráli Zydźi czternáſtego dniá mieśiącá Adár, zábito w Suſán trzy ſtá mężow; áni máiętność ich nie byłá od nich rozſzárpána.
16. Ale y po wſzyſtkich źiemiách, ktore były pod mocą krolewſką, záſtáwowáli ſię Zydowie zá ſwe duſze pobiwſzy nieprzyiaćioły przeſzkádowce ſwoie; ták bárzo, że doſzło śiedmdźieśiąt y pięć tyśięcy zábitych, á żáden ſię niczego nietknął z ich máiętnośći.
17. A dźień trzynáſty mieśiącá Adár był u wſzytkich pierwſzy zábiiánia, á czternaſtego dniá zábiiać przeſtáli; ktory poſtánowili, áby był uroczyſty, áby weń nápotym záwżdy bieśiády, y weſela y uczty ſpráwowáli.
18. Ale ći, ktorzy w mieśćie Suſán zábiiáli, trzynaſtego y czternaſtego dniá tegoż mieśiącá zábiiániem ſię zábáwiáli; á piętnaſtego dniá zábiiáć przeſtáli. Y przetoż teńże dźień uroczyſty poſtánowili ná uczty, y ná weſele.
19. Ci lepak Zydowie, ktorzy w miáſteczkách niemurowánych, y po wśiách mieſzkáli, czternaſty dźień mieśiącá Adár ná bieśiády, y ná weſela poſtánowili, ták áby ſię weń rádowáli, y ſłáli częśći uczty, y potraw ieden drugiemu.
20. Spiſał tedy Márdocheuſz to wſzytko, y liſtámi zámknąwſzy, rozeſłał do Zydow, ktorzy

rzy po wſzytkich kráinách krolewſkich mieſzkáli, ták bliſko leżących, iáko odległych;

21. Aby czternaſty y piętnaſty dźień mieśiącá Adár zá świętá przyięli, á ná káżdy rok záwſze uroczyſtą czćią obchodźili;

22. Iż w te dni pomśćili śię Zydźi nád nieprzyiáćioły ſwemi, á płácz y ſmętek obroćiły śię im w rádość, y w weſele; á żeby te dni obchodźili z bieśiádámi, y z weſelem, y poſyłáli ieden drugiemu częśći potraw, y ubogim dáry dawáli.

23. Y przyięli Zydowie w uroczyſty obrząd wſzyſtko co ná on czás czynić poczęli, y co Márdocheuſz przez liſty czynić roſkazał.

24. Abowiem Amán ſyn Amádáthy z pokolenia Agág, nieprzyiáćiel y przećiwnik żydowſki, myślił złość przećiwko im, áby ie był pobił, y zgłádźił; y miotał Phur, ktory náſzym ięzykiem wykłáda śię los.

25. A potym weſzłá Eſther do krolá proſząc, áby uśiłowánie iego, liſty krolewſkimi wniwecz obrocone było; á złość, ktorą przećiw Zydom myślił, obroćiłá śię ná głowę iego. Náwet y ſámego, y ſyny iego, ná ſzubienicy obieśili.

26. Y od onego czáſu te dni názwano Phurim, to ieſt, loſow; przeto iż Phur, to ieſt, los, w bánię był wrzucony. Y wſzytko co śię dźiało, w liśćie, to ieſt, w tych kśięgách zámyka śię;

27. Y co ućierpieli, y co nápotym odmieniono, przyięli ná śię Zydźi, y ná naśienie ſwoie, y ná wſzytkie, ktorzy ná wiárę ich przyſtáć chćieli; áby śię żadnemu nie godźiło tych dwu dni bez święcenia ſtrawić, o ktorych piſmo świádczy, y pewne czáſy wyćiągáią rok po roku uſtáwicznie.

28. Teć ſą dni, ktorych zápámiętánie żadne nigdy nie zgłádźi, y w káżdym wieku wſzytkie kráiny po wſzem świećie obchodźić będą; y niemáſz żádnego miáſtá, w ktorymby dni Phurim, to ieſt loſow, nie były od Zydow święcone, y od ich potomkow, ktorzy ſą ná te ceremonie obwiązáni.

29. Y nápiſáli Eſther krolowá corká Abiháil, y Márdocheuſz Zydowin ieſzcze drugi liſt, áby ze wſzeláką pilnośćią ten dźień uſtánowiony był za święty ná potomne czáſy.

30. Y poſłáli do wſzytkich Zydow, ktorzy mieſzkáli we ſtu, y dwudźieſtu, y śiedmi kráinách Aſſweruſá krolá, áby mieli pokoy, y przyimowáli prawdę,

31. Zá-

qui in omnibus regis provinciis morabantur, tam in vicino poſitis, quam procul,

21. Ut quartam decimam & quintam decimam diem menſis Adar pro feſtis ſuſciperent, & revertente ſemper anno ſolemni celebrarent honore;

22. Quia in ipſis diebus ſe ulti ſunt Judæi de inimicis ſuis, & luctus atque triſtitia in hilaritatem gaudiumque converſa ſunt, eſſentque dies iſti epularum atque lætitiæ, & mitterent ſibi invicem ciborum partes, & pauperibus munuſcula largirentur.

23. Suſceperuntque Judæi in ſolemnem ritum cuncta, quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus litteris facienda mandaverat.

24. Aman enim, filius Amadathi ſtirpis Agag, hoſtis & adverſarius Judæorum, cogitavit contra eos malum, ut occideret illos, atque deleret; & miſit phur, quod noſtra lingua vertitur in ſortem.

25. Et poſtea ingreſſa eſt Eſther ad regem, obſecrans, ut conatus ejus, litteris regis irriti fierent; & malum, quod contra Judæos cogitaverat, reverteretur in caput ejus. Denique & ipſum, & filios ejus affixerunt cruci,

26. Atque ex illo tempore dies iſti appellati ſunt phurim, id eſt ſortium; eo quod phur, id eſt ſors, in urnam miſſa fuerit. Et cuncta, quæ geſta ſunt, epiſtolæ *a*, id eſt libri hujus volumine continentur.

a ſc. miſſæ ad Judæos.

27. Quæque ſuſtinuerunt, & quæ deinceps immutata ſunt, ſuſceperunt Judæi ſuper ſe, & ſemen ſuum, & ſuper cunctos, qui religioni eorum voluerunt copulari, ut nulli liceat duos hos dies absq; ſolemnitate tranſigere; quos ſcriptura *b* teſtatur, & certa expetunt *c* tempora *d*, annis ſibi jugiter ſuccedentibus.

b ſc. epiſtola Mardochæi.
c i. requirunt.
d ſc. futura.

28. Iſti ſunt dies, quos nulla umquam delebit oblivio; & per ſingulas generationes cunctæ in toto orbe provinciæ celebrabunt; nec eſt ulla civitas, in qua dies phurim, id eſt ſortium, non obſerventur a Judæis, & ab eorum progenie, quæ his cæremoniis obligata eſt.

29. Scripſeruntque Eſther regina, filia Abihail, & Mardochæus Judæus etiam ſecundam epiſtolam, ut omni ſtudio dies iſta ſolemnis ſanciretur in poſterum.

30. Et miſerunt ad omnes Judæos, qui in centum viginti ſeptem provinciis regis Aſſueri verſabantur, ut haberent pacem, & ſuſciperent veritatem *e*,

e ſc. ſervando promiſſa & feſta celebrando.

31. Ob-

31. Observantes dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent; sicut constituerant Mardochæus & Esther, & illi observanda susceperunt a se, & a semine suo, jejunia *a* & clamores *b*, & *c* sortium dies,

32. Et omnia, quæ libri hujus, qui vocatur Esther, historia continentur.

CAPUT X.

Mardochæi dignitas scribitur in libris Medorum, 2. Somnium ejus declaratur, de reducto Judæorum populo in libertatem. 4.

1. Rex vero Assuerus omnem *d* terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias;

2. Cujus fortitudo & imperium, & dignitas, atque sublimitas, qua exaltavit Mardochæum, scripta sunt in libris Medorum, atque Persarum;

3. Et quomodo Mardochæus Judaici generis secundus a rege Assuero fuerit; & magnus apud Judæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea, quæ ad pacem *e* seminis sui pertinerent.

*Quæ * habentur in Hebræo, plena fide expressi. Hæc autem, quæ sequuntur, scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua & litteris continentur; & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur; quod juxta consuetudinem nostram obelo, id est veru, prænotavimus.*

4. Dixitque Mardochæus: A Deo facta sunt ista.

5. Recordatus sum somnii, quod videram, hæc eadem significantis; nec eorum quidquam irritum fuit.

6. Parvus fons, qui crevit in fluvium, & in lucem, solemque conversus est, & in aquas plurimas redundavit, Esther est *f*, quam rex accepit uxorem, & voluit esse reginam.

7. Duo autem dracones; ego sum, & Aman.

8. Gentes, quæ convenerant; Hi sunt, qui conati sunt delere nomen Judæorum.

9. Gens autem mea Israel est, quæ clamavit ad Dominum, & salvum fecit Dominus populum suum; liberavitque nos ab omnibus malis, & fecit signa magna, atque portenta inter gentes.

10. Et duas sortes esse præcepit, unam populi Dei, & alteram cunctarum gentium *g*.

a quæ festo huic sicut & aliis præmittenda erant.
b clamores sunt publice orationes.
c i. diem 14 & 15. mensis duodecimi, sive Adar, sup. v. 17. & 18. hæc hodie Judæorum Bachanalia sunt.
d sc. sibi subjectam.
e i. e. ad commodum, & quietem populi Judaici.
* Hæc, quæ sequutur, alio charactere scripta sunt Hieronymi verba de vetere sua versione loquentis.
f fons restinguens excitatum ab Amane incendium
g Judæis inimicarum.

11. Ve-

31. Záchowywáiąc dni losow, á czásu swego z rádośćią obchodząc; iáko Márdocheusz z Esther postánowili, á oni chowáć obiecáli, y sámi, y z potomstwem swoim, posty y wołánia, y dni losow,

32. Y wszytko co się w historiiey tych kśiąg, ktore zowią Esther, zámyka.

ROZDZIAŁ X.

Wyklad snu Márdocheuszowego, ktory mu się snił.

1. A krol Asswerus uczynił hołdowne, wszystkę źiemię, y wszytkie wyspy morskie.

2. Ktorego moc y pánowánie, y zacność, y wywyszenie, ktorym wywyszył Márdocheuszá, nápisáne są w księgách Medskich, y Perskich;

3. Y iáko Márdocheusz z narodu żydowskiego, był wtorym po krolu Asweruśię, y wielki u żydow, á wdźięcznym ludowi bráćiey swey, stáráiąc się o dobre ludu swego, y mowiąc to co náleżáło ku pokoiowi narodu swego.

Co iest w księgách Zydowskich, wiernie przełożył. Lecz to co potym idźie, nálazłem nápisáne w Ediciiey pospolitey, ktore ięzikiem Greckim, y literámi Greckimi są wydáne; á tám ná koncu kśiąg ten Rozdźiał był nápisány; ktory według obyczáiu nászego obelem, to iest, rożenkiemesmy náznáczyli.

4. Y rzekł Márdocheusz: Od Bogáć się to sstáło.

5. Wspomniałem ná sen, ktorym widźiał, toż znáczący; á nic się z niego nie odmięniło.

6. Máłe źrzodło, ktore urosło w rzekę, y obroćiło się w świátłość, y w słońce, y w wody wielkie się rozláło; iest Esther, ktorą krol wźiął zá żonę, y chćiał, áby byłá krolową.

7. A dwá smokowie; iestem ia, y Amán.

8. Národowie, ktorzy się byli zebráli; ći są, ktorzy chćieli zgłádźić imię Zydowskie.

9. A narod moy, iest lud Izráelski, ktory wołał do Páná, y záchował Pan lud swoy; y wybáwił nas ode wszytkiego złego; y uczynił znáki wielkie, y dźiwy między narody.

10. Y roskazał, áby dwá losy były, ieden ludu Bożego, á drugi wszytkich narodow.

11. Y

11. Y przyſzły obá loſy ná dźień złożony od onego czáſu przed Bogiem wſzem národom;

12. Y wſpomniał Pan ná lud ſwoy, y ſmiłował ſię nád ſwym dźiedźictwem.

13. Y będą obchodzone te dni w mieśiącu Adár, czternaſtego y piętnaſtego dniá tegoż mieśiącá, ze wſzytką pilnośćią, y z weſelem ludu w iednę gromádę zebránego, ná wſzytkie nápotym rodzáie ludu Izráelſkiego.

11. Venitque utraque ſors in ſtatutum ex illo jam tempore diem coram Deo univerſis gentibus *a*;

12. Et recordatus eſt Dominus populi ſui, ac miſertus eſt hæreditatis ſuæ *b*.

13. Et obſervabuntur dies iſti in menſe Adar, quarta decima, & quinta decima die ejusdem menſis, cum omni ſtudio, & gaudio in unum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Iſrael.

ROZDZIAŁ XI.

Wypiſánie ſnu Márdochęuſzowego beż wykłádu.

1. ROku czwartego zá krolowánia Ptolomęuſá, y Kleopátry, Doſithęus, ktory ſię mienił bydź kápłanem, y z rodu Lewitckiego, y Ptolomęus ſyn iego przynieśli ten liſt Phurim, ktory powiedźieli że przełożył Lyſimáchus ſyn Ptolomęuſow w Jeruzálem.

Ten też początek był w Edycyiey poſpolitey, ktorego niemáſz w Żydowſkim áni u żadnego przekłádaczá.

2. Roku wtorego, zá krolowániá Artáxerxá wielkiego, pierwſzego dniá kśiężycá Niſán, widźiał ſen Márdochęuſz ſyná Jáir, ſyná Semei, ſyná Cis, z pokolenia Beniámin;

3. Człowiek Żydowin, ktory mięſzkał w mieśćie Suſis, mąż zacny, y miedzy pierwſzymi dworu krolewſkiego.

4. A był z tey liczby więźniow, ktore był przenioſł Nábuchodonozor krol Bábylońſki z Jeruzálem, z Jekoniáſzem krolem Judzkim;

5. A ſen iego był ten: Ukazáły ſię głoſy z burzenia, y grzmienia, y trzęśienia źiemie, y zámieſzánie wielkie ná źiemi;

6. Alić oto dwá wielcy ſmokowie, y gotowi potkáć ſię z ſobą.

7. Ná ktorych wołánie wzruſzyły ſię wſzytkie narody, áby walczyły przećiw narodowi ſpráwiedliwych.

8. Y był on dźień ćięmnośći y niebeſpieczeńſtwá, utrapienia y ućiſku, y okrutny ſtrách ná źiemi.

9. Y zátrwożył ſię národ ſpráwiedliwych, boiąc ſię złego ſwego, y gotowy ná śmierć.

10. Y wołáli do Bogá; á gdy oni krzyczeli, źrzodło máłe uroſło rzeką wielką, y rozláło ſię wielką wodą.

11. Swiátłość y ſłońce weſzło, y poniżeni byli powyſſzeni, y pożárli zacne.

CAPUT XI.

Epiſtola de ſomnio Mardochæi.

1. ANnno quarto *c* regnantibus Ptolemæo *d*, & Cleopatra, attulerunt Doſitheus, qui ſe ſacerdotem, & Levitici generis ferebat, & Ptolomæus filius ejus, hanc epiſtolam Phurim *e*, quam dixerunt interpretatum eſſe Lyſimachum Ptolomæi *f* filium in Jeruſalem.

Hoc g quoque principium erat in editione vulgata, quod in Hebræo, nec apud ullum fertur interpretum.

2. Anno ſecundo, regnante Artaxerxe *h* maximo, primo die menſis Niſan, vidit ſomnium Mardochæus filius Jairi, filii Semei, filii Cis, de tribu Benjamin;

3. Homo Judæus, qui habitabat in urbe Suſis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ,

4. *i* Erat autem de eo numero captivorum, quos transtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis de Jeruſalem cum Jechonia rege Juda;

5. Et hoc ejus ſomnium fuit: Apparuerunt voces, & tumultus, & tonitrua, & terræ motus, & conturbatio ſuper terram;

6. Et ecce duo dracones *k* magni, paratique contra ſe in prælium.

7. Ad quorum clamorem cunctæ concitatæ ſunt nationes, ut pugnarent contra gentem juſtorum.

8. Fuitque dies illa tenebrarum & diſcriminis, tribulationis & anguſtiæ, & ingens formido *l* ſuper terram.

9. Conturbataque eſt gens juſtorum timentium mala ſua, & præparata ad mortem.

10. Clamaveruntque ad Deum; & illis vociferantibus, fons parvus crevit in fluvium maximum, & in aquas plurimas redundavit.

11. Lux & ſol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, & devoraverunt inclytos *m*.

a exitialem.
b ut faceret illum diem nobis lætum & feſtum.
c ſive regnantis Ptolomæi Per. Jul. 4537. M. 3827. ante æram. Chr. 177.
d patet hunc Ptolemæum eſſe Philometorem Evergetæ fratrem, cujus meminit Joſephus lib. 2. contra Appionem, his verbis: Philometor Ptolemæus & ejus uxor Cleopatra totam (Ægypti) regionem Judæorum fidei commiſerunt; copiarumque omnium duces fuerunt Onias & Doſithæus Judæi. Iſti etiam templum Jeroſolymitani æmulum condidere; refert idem Joſeph. ant. l. 13. c. 6
e i e ſortium, quia continebat hiſtoriam Eſther, & ſortium.
f non regis ſed ſacerdotis, antedicti.
g ſunt iterum verba ſancti Hieronymi.
h is eſt Aſſuerus ſupra nominatus quem Darium Hyſtaſpis eſſe diximus: ergo evenit A. M. 3484 ant. Chr. 520.
i 4. Reg. 24. 15. ſup. 2. 6.
k ſup. 10. 7.
l Græc. turbatio
m q. d. ſuperbos

12. Quod cum vidiſſet Mardochæus, & ſurrexiſſet de ſtrato, cogitabat, quid Deus facere vellet; & fixum habebat in animo, ſcire cupiens, quid ſignificaret ſomnium *a*.

a cujus intelligentiam aſſecutus eſt per ipſum rerum eventum & evidentiam facti.

12. Co gdy uyźrzał Márdocheuſz, y wſtał z łożá, myślił coby chćiał Bog uczynic; y wbił ſobie w ſerce, chcąc wiedźieć coby ſen znáczył.

CAPUT XII.

Manifeſtatio inſidiarum eunuchorum in regem a Mardochæo ex ſecundo capite repetita fuſius explicatur.

1. MOrabatur autem * eo tempore in aula regis cum Bagatha & Thara eunuchis regis, qui janitores erant palatii.

* ſup. 2. 21. & 6.

2. Cumque intellexiſſet cogitationes eorum, & curas diligentius perspexiſſet, didicit, quod conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, & nuntiavit *b* ſuper eo regi.

b non immediate per ſe, ſed per Eſther ſupr. c. 2. v. 22.

3. Qui de utroque habita quæſtione, confeſſos, juſſit duci ad mortem.

4. Rex autem, quod geſtum erat, ſcripſit in commentariis, ſed & Mardochæus rei memoriam litteris tradidit.

5. Præcepitque ei rex, ut in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus *c*.

c de quibus cap. 6.

6. Aman vero filius Amadathi Bugæus *d* erat glorioſiſſimus coram rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo ejus, pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

d vel Agagæus i. de ſtirpe Agag ut eſt in Hebr. & latino ſup. c. 3. v. 1.

Hucusque proemium.

Quæ e *ſequntur, in eo loco poſita erant, ubi ſcriptum eſt in volumine.*

e verba S. Hieronymi ſunt.

Et diripuerunt bona, vel ſubſtantias eorum.

Qua in ſola vulgata editione reperimus.

Epiſtolæ autem hoc exemplar fuit.

ROZDZIAŁ XII.

Powtarza ze wtorey kápituły wyidwienie zdrády Komorniczey, ktorą byli umyślili ná krolá.

1. A Ná ónczás mieſzkał ná dworze krolewſkim, z Bágáthą, y z Tháá rzezáńcámi krolewſkimi, ktorzy byli oddźwiernymi páłacu.

2. A gdy wyrozumiał myśli ich, y ſtáránia ich pilnie wypátrzył, doſzedł iż ſię chćieli targnąć ná krolá Artáxerxá, y dał o tym znáć krolowi.

3. Ktory obudwu dawſzy ná probę, gdy ſię przyználi, kazał wieść ná śmierć.

4. A krol to co ſię ſtáło, w kroniki wpiſał; ále y Márdocheuſz pámiątkę rzeczy wypiſał.

5. Y roſkazał mu krol, áby mieſzkał ná pałacu, dawſzy mu dáry zá odnieśienie.

6. A Amán ſyn Amádáth Bugeyczyk był nasławnieyſzy przed krolem, y chćiał záſzkodźić Márdocheuſzowi, y narodowi iego, dla dwu rzezáńcow krolewſkich, ktorzy byli ſtráceni.

Poty przedmowá.

A co zátym idźie, ná onym myeyſzu było położono, gdźie nápiſano w kśięgách.

Y rozchwyćili dobrá, y máiętnośći ich.

Coſmy w Edycyiey nálezli.

A Kopiá liſtu tá byłá.

CAPUT XIII.

Exemplar epiſtolæ, quam miſit Aman ad principes provinciarum ſuper cæde Judæorum, 1. Mardochæi oratio pro eorum liberatione, 8.

1. REx maximus Artaxerxes *f* ab India uſque Æthiopiam, centum viginti ſeptem provinciarum principibus, & ducibus, qui ejus imperio ſubjecti ſunt, ſalutem.

f explicat hæc epiſt. c. 3. v. 14.

2. Cum plurimis gentibus imperarem, & univerſum orbem *g* meæ ditioni ſubjugaſſem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, ſed clementia & lenitate gubernare ſubjectos,

g i. Perſicum.

ROZDZIAŁ XIII.

Wypis liſtu, ktory był poſłał Amán do kśiążąt wſzech powiátow o pobiciu Zydowſkim, y rzecz Márdocheuſzowá o ich wyſwobodzeniu.

1. KRol wielki Artáxerxes, od Indiiey áż do Æthyopiiey, ſto dwádźieściá y śiedm kráin przełożonym y kśiążętom, ktorzy ſą pod iego pánowániem, zdrowiá.

2. Gdyż nád bárzo wielą narodow panuię, y wſzytekem świát podbił pod moc ſwoię, niechćiałem iednák źle używáć wielkośći mocy, ále láſkáwośćią, y łágodnośćią ſpráwowáć podda-

poddáne, áby bez żadnego ſtráchu żywot ſpokoynie wiodąc, pokoiu, ktorego wſzyſcy ludźie prágną záżywáli.

3. Ale gdym ſię pytał Rad moich iákoby ſię to wypełnić mogło, ieden z nich, ktory mądrośćią y wiernośćią inne przechodźił, y był po Krolu wtory, imieniem Aman,

4. Oznaymił mi że ieſt lud po wſzytkim świećie rozproſzony, ktory nowych praw używa, y przećiwko wſzech narodow zwyczáiowi czyniąc, Krolewſkim roſkazániem gárdźi, y zgodą wſzech narodow ſwoią niezgodą tárga.

5. Czego gdyſmy ſię dowiedźieli, widząc że ieden narod odporny, przećiwko wſzemu rodzáiowi ludzkiemu przewrotnych praw używa, á náſzemu ſię roſkazániu ſprzećiwia, á pokoy y zgodę kráin nam poddáninh tárga.

6. Roſkazályſmy áby, ktorekolwiek Aman, (ktory nád wſzytkimi kráinámi ieſt przełożony, y wtory po Krolu, y ktorego ná mieyſcu oycá czćiemy) pokaże, z żonámi y z dźiećmi od nieprzyiaćioł ſwych byli wygłádzeni, á żeby ſię ich żaden nieużáłował, czternáſtego dniá dwánaſtego mieśiącá Adár roko ninieyſzego;

7. Aby złośćiwi ludźie iednego dniá ſtąpiwſzy do piekłá, przywroćili Kroleſtwu náſzemu pokoy, ktory byli zgwałćili.

Dotąd Kopia lyſtu: A co zá tym idźie, ndlazłem ná onym mieyſcu nápiſano, gdźie czytamy.

A ták ſzedſzy Márdocheuſz uczynił wſzyſtko co mu Eſther roſkazálá.

Wſzákże tego niemáſz w Zydowſkim, áni zgołá u żadnego przekłádácza.

8. A Márdocheuſz modlił ſię Pánu, pámiętáiąc ná wſzytkie ſpráwy iego,

9. Y rzekł: Pánie, Pánie, krolu wſzechmogący, bo w mocy twoiey wſzytko ieſt położone, y niemaſz, ktoby ſię mogł woli twey ſprzećiwić, ieſli będźieſz chćiał záchowáć Izráel.

10. Tyś ſtworzył niebo, y źiemię, y cokolwiek ſię okręgiem niebieſkim zámyka.

11. Pánem wſzytkich ieſteś, y niemáſz, ktoby ſię ſprzećiwił máieſtatowi twemu.

12. Wſzytko znaſz, y wieſz żem áni z pychy, áni ze wzgárdy, áni z iákiey czći prágnienia to uczynił, żem ſię nie kłániał Amánowi nápyſznieyſzemu.

13. (Dla záchowánia bowiem ludu Izráelſkiego

jectos, ut absque ullo terrore vitam ſilentio *a* tranſigentes, optata cunctis mortalibus, pace fruerentur.

3. Quærente autem me a conſiliariis meis, quomodo poſſet hoc impleri, unus, qui ſapientia & fide cæteros præcellebat, & erat poſt regem ſecundus, Aman nomine,

4. Indicavit mihi in toto orbe terrarum populum eſſe diſperſum *b*, qui novis uteretur legibus, & contra omnium gentium conſuetudinem faciens, Regum juſſa contemneret, & univerſarum concordiam nationum ſua diſſenſione violaret.

5. Quod cum didiciſſemus, videntes unam gentem rebellem adverſus omne hominum genus perverſis uti legibus, noſtriſque juſſionibus contraire, & turbare ſubjectarum nobis provinciarum pacem atque concordiam,

6. Juſſimus, ut quoſcumque Aman, qui omnibus provinciis præpoſitus eſt, & ſecundus a rege, & quem patris loco colimus, monſtraverit, cum conjugibus ac liberis deleantur ab inimicis ſuis, nulluſque eorum miſereatur quarta decima die *c* duodecimi menſis Adar anni præſentis;

7. Ut nefarii homines uno die ad inferos deſcendentes, reddant imperio noſtro pacem, quam turbaverant.

Hucusque exemplar epiſtolæ. Quæ ſequuntur, d *poſt eum locum ſcripta reperi, ubi legitur:* Pergenſque Mardochæus, fecit omnia, quæ ei mandaverat Eſther.

Nec tamen habentur in e *Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.*

8. † Mardochæus *f* autem deprecatus eſt Dominum, memor omnium operum ejus.

9. Et dixit: Domine, Domine, rex omnipotens in ditione enim tua cuncta ſunt poſita, & non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati, ſi decreveris ſalvare Iſrael.

10. Tu feciſti cœlum & terram, & quidquid cœli ambitu continetur.

11. Dominus omnium es, nec eſt, qui reſiſtat majeſtati tuæ.

12. Cuncta noſti, & ſcis, quia non pro ſuperbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman ſuperbiſſimum,

13. (Libenter enim pro ſalute Iſrael etiam

a i. quiete.

b Ut ubique poſſit nocere.

c ſc. hac die volebat eædem conſummari.

d Sunt verba S. Hieron.

e ſc. tempore S. Hieron.

† Fer. 4. poſt Dom. 2. Quadr. & in Miſſa contra Paganos.

f Explicatur c. 4. v. 1.

veſtigia pedum ejus deoſculari paratus eſſem.)

14. Sed timui ne honorem Dei *a* mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem, excepto Deo meo.

15. Et nunc Domine rex Deus Abraham miſerere populi tui, quia volunt nos inimici noſtri perdere, & hæreditatem tuam delere.

16. Ne deſpicias partem tuam *b*, quam redemiſti tibi de Ægypto.

17. Exaudi deprecationem meam, & propitius eſto ſorti & funiculo tuo, & converte luctum noſtrum in gaudium, ut viventes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium.

18. Omnis quoque Iſrael pari mente & obſecratione clamavit ad Dominum, eo quod eis certa mors impenderet.

a Nam Aman volebat adorare cultu divino.

b i. e. hæreditatem ſeu populum tuum, quem tibi quaſi hæreditarium delegiſti.

ſkiego gotowbych był, y ſtopy nog iego cáłowáć,)

14. Alem ſię bał., ábym czći Bogá mego nie przenioſł ná człowieká, á żebych ſię nikomu nie kłániał, oprocz Bogá mego.

15. A teraz Pánie krolu, Boże Abráhámow, ſmiłuy ſię nád ludem twym, boć nas chcą nieprzyiaćiele náſzy wytráćić, y dźiedźictwo twoie wygubić.

16. Nie wzgárdzay cząſtki twoiey, ktorąś ſobie wykupił z Ægyptu.

17. Wyſłuchay proſbę moię, á bądź miłośćiw działowi, y ſznurkowi twemu, á obroć żałobę náſzę w weſele, ábyſmy żywi będąc, chwalili imię twoie Pánie, á nie zámykay uſt o tobie śpiewáiących.

18. Wſzytek też Izráel tákimże ſercem, y modlitwą wołał do Páná przeto iż nád nimi pewna śmierć wiśiáłá.

CAPUT XIV.

Plangens Eſther Deum in ſpiritu humilitatis obſecrat.

1. Eſther quoque regina confugit ad Dominum, pavens periculum, quod imminebat.

2. Cumque depoſuiſſet veſtes regias: fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro unguentis variis, cinere & ſtercore implevit caput, & corpus ſuum humiliavit jejuniis *c*: omniaque loca, in quibus antea lætari conſueverat, crinium laceratione *d* complevit.

3. Et deprecabatur Dominum Deum Iſrael, dicens: Domine mi, qui rex noſter es ſolus, adjuva me ſolitariam *e*, & cujus præter te nullus eſt auxiliator alius.

4. Periculum meum in manibus *f* meis eſt.

5. Audivi *g* a patre meo *h*, quod tu Domine tuliſſes Iſrael de cunctis Gentibus, & patres noſtros ex omnibus retro majoribus ſuis, ut poſſideres hæreditatem ſempiternam, feciſtique eis, ſicut locutus es.

6. Peccavimus in conſpectu tuo, & idcirco tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum;

7. Coluimus enim deos eorum *i*. Juſtus es Domine;

8. Et nunc non eis ſufficit, quod duriſſima nos opprimunt ſervitute, ſed robur manuum ſuarum, idolorum potentiæ deputantes,

9. Vo-

c Judæi enim ſua jejunia vocare ſolent Thaanin, i. e. humiliationes.

d hoc ſigno ingentem animi luctum olim teſtabantur.

e id eſt, ope & auxilio humano deſtitutam.

f i. e. præſentiſſimum eſt.

g Deut. 4. 20. 34. & 32. 9

h Græc. a nativitate, i. prima ætate

i. loquitur de ſuis majoribus.

ROZDZIAŁ XIV.

Eſther ukorzywſzy ſię Pánu Bogu, z płaczem proſi o wyſwobodzenie ludu Izráelſkiego.

1. Eſther też krolowa ućiekłá ſię do Páná, boiąc ſię niebeſpieczeńſtwá, ktore nádchodźiło.

2. A zewlokwſzy ſię z odźienia krolewſkiego, płáczu y żałobie przyſtoyne ſzáty wźięłá, á miáſto rozlicznych oleykow, popiołem y gnoiem głowę nápełniłá, y ćiáło ſwe poſtámi poniżyłá, y wſzytkie mieyſcá, ná ktorych przedtym zwykłá; bywáć weſołá, tárgániem włoſow nápełniłá.

3. Y prośiłá Páná Bogá Izráelſkiego, mowiąc: Pánie moy, ktoryś ſam ieſt krolem náſzym, wſpomoż mię opuſczoną, á ktora oprocz ćiebie żadnego innego pomocniká nie ma.

4. Niebeſpieczeńſtwo moie ieſt w ręku moich.

5. Słyſzáłám od oycá mego, żeś ty Pánie wźiął Izráelá ze wſzech narodow, á oyce náſze ze wſzytkich pozad przodkow ich, ábyś pośiadł dźiedźictwo wieczne, y uczyniłeś im iákoś rzekł.

6. Zgrzeſzyliſmy przed oczymá twemi, y przetoś nas dał w ręce nieprzyiaćioł náſzych;

7. Boſmy ſłużyli bogom ich. Spráwiedliwyś ieſt Pánie.

8. Lecz teraz nie máią ná tym doſyć, że nas ćiężką niewolą śćiſkáią, ále śiłę rąk ſwoich mocy báłwáńſkiey przypiſuiąc,

9. Chcą

9. Chcą odmienić obietnice twoie, y wytráćić dźiedźictwo twoie, y záwrzeć uftá chwalących ćię, y zgáśić flawę kośćiolá, y ołtarzá twego,

10. Aby otworzyli uftá pogánow, á chwalili możność bálwánow, y wielbili ćielefnego krolá ná wieki.

11. Nie dawáyże Pánie fceptrum twego tym, ktorzy nie fą, by fię nie śmiáli ná upadek náfz; ále obroć rádę ich ná nie, á tego, ktory fię począł frożyć ná nas, zátráć.

12. Wfpomni Pánie, á ukaż fię nam czáfu ućifku náfzego, á day mi śmiáłość Pánie krolu Bogow, y wfzytkiey mocy;

13. Day mowę ozdobną w uftá moie przed oczy má lwa, á obroć ferce iego ku nienawiśći nieprzyiaćielá náfzego, áby y on zginął, y inni, ktorzy fię z nimi zgadzáią.

14. A nas wybáw ręką twoią, á wfpomoż mię, żadney inny pomocy nie máiącey, iedno ćiebie Pánie, ktory máfz wiádomość wfzytkich rzeczy.

15. Y wiefz że w nienáwiśći mam chwałę grzefznych, á iż mię mierźi łoże nieob rzezáńcow, y káżdego obcego.

16. Ty wiefz potrzebę moię, żeć fię brzydzę znákiem pychy, y chwały moiey, ktora ieft ná głowie moiey, we dni okazowánia mego, á żeć mię mierźi iáko fzmát mieśięczney niewiáfty, á żeć iey nie nofzę w dźień milczenia mego.

17. Iżem też nie iadálá u ftołu Amán, áni mi fię podobálá ucztá krolewfka, ánim piłá winá mokrych ofiar.

18. Y nigdy fię nie wefelilá flużebnicá twoiá od tego czáfu iákom tu záwiedźioná, áż do dniá dźiśieyfzego, iedno w tobie Pánie Boże Abráhámow.

19. Boże mocny náde wfzytkie wyfłuchay głos tych, ktorzy żadney inney nádźieie nie máią, á wybaw nas z rąk złośliwych, y wyrwi mię z boiáźni moiey.

ROZDZIAŁ XV.

Zá rofkázániem Márdocheufzowym wefzłá Efther do krolá, á krol ią łáfkáwie przyiął.

Tom też nálazł przydano w Edyciiey pofpolitey.

1. Y Rofkázał iey (bez pochyby) áby wefzłá do krolá, y przyczyniłá fię zá ludem fwym, y zá oyczyzną fwoią.

2. Pá-

9. Volunt tua mutare promiffa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi *a* & altaris tui,

10. Ut aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in fempiternum.

11. Ne tradas domine fceptrum tuum his, qui non funt *b*, ne rideant *c* ad ruinam noftram; fed converte confilium eorum fuper eos, & eum, qui in nos cœpit fævire, difperde.

12. Memento Domine, & oftende te nobis in tempore tribulationis noftræ, & da mihi fiduciam Domine rex deorum *d*, & univerfæ poteftatis;

13. Tribue fermonem compofitum in ore meo in confpectu leonis *e*, & transfer cor illius in odium hoftis noftri, ut & ipfe pereat, & cæteri, qui ei confentiunt.

19. Non erit ſemen ejus, neque progenies in populo ſuo, nec ullæ reliquiæ in regionibus ejus.

20. In die ejus ſtupebunt noviſſimi, & primos invadet horror.

21. Hæc ſunt ergo tabernacula iniqui *h*, & iſte locus ejus, qui ignorat Deum.

a Sine limine & fulcro te cadente.

b Anguſtiabitur, nec poterit exequi, quæ volet.

c ſc. concupiſcentiæ.

d ſc. peccati filia.

e Impii vel diaboli.

f ſc. periit.

g Prov. 2. 22.

h Antichriſti, cui allegorice omnia conveniunt. S. Greg.

ROZDZIAŁ XIX.

Job karząc przyiaćiele, okázuie, że nie dla grzechow; ále dla inſzyei przyczyny, Bogu wiádomyei, kárzan ieſt; á ćieſzy ſię przyſzłym z martwych wſtánim.

1. A Odpowiádáiąc Job, rzekł:

2. Dokądże trapićie duſzę moię, y przećieraćie mię mowámi?

3. Oto dźieśięć kroć záwſtydzaćie mię, y niewſtydźićie ſię tłumiąc mię.

CAPUT XIX.

Job amicos arguens, ſe dicit immeritum, ac cauſis Deo notis flagellari, 1. Spe futuræ reſurrectionis ſeipſum conſolatur, 23.

1. Reſpondens autem Job, dixit:

2. Uſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibus?

3. En, decies *i* confunditis me, & non erubeſcitis opprimentes me.

i Id eſt, ſæpius.

4. Nempe, etſi ignoravi, mecum erit ignorantia mea.

5. At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis *a*.

6. Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo judicio *b* afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit.

7. Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet; vociferabor, & non eſt, qui judicet.

8. Semitam meam circumſepſit, & tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit.

9. Spoliavit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo.

10. Deſtruxit me undique, & pereo, & quaſi evulſæ arbori abſtulit ſpem meam.

11. Iratus eſt contra me furor ejus, & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum.

12. Simul venerunt latrones *c* ejus, & fecerunt ſibi viam per me, & obſederunt in gyro tabernaculum meum.

13. Fratres meos longe fecit a me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt a me.

14. Dereliquerunt me propinqui mei; & qui me noverant, obliti ſunt mei.

15. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, ſicut alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui in oculis eorum.

16. Servum meum vocavi, & non reſpondit, ore proprio deprecabar illum.

17. Halitum meum *d* exhorruit uxor mea, & orabam filios uteri mei.

18. Stulti quoque deſpiciebant me, & cum ab eis receſſiſſem, detrahebant mihi.

19. Abominati ſunt me quondam conſiliarii mei, & quem maxime diligebam, averſatus eſt me.

20. Pelli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos *e*.

21. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei; quia manus Domini tetigit me.

22. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini?

23. Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro.

24. Stylo ferreo, & plumbi lamimina *f*, vel celte *g* ſculpantur in ſilice?

25. Scio enim, quod Redemptor meus vivit,

a Ex afflictione mea.
b Propter peccata mea, ſed longe ob alias cauſas.
c Sic appellat tribulationes, Hebr. exercitus.
d Propter nimium fœtorem.
e Meraſmus morbi genus abſumit genas & gingivas.
f Plumbea lamina.
g Inſtrumento ſculptorio pro memoria ſtabili.

4. Bo, áczem niewiedźiał, zemną będźie niewiádomość moiá.

5. Ale wy wſpynáćie ſię przećiwko mnie, y ſtrofuiećie mię zelżywośćiámi moimi.

6. Wżdy teraz rozumieyćie, żeć mię Bog nie rownym ſądem utrapił, y biczámi ſwemi opáſał mię.

7. Oto wołáć będę ćierpiąc gwałt, á żaden nie uſłyſzy; krzyczeć będę, á niemaſz, ktoby ſądźił.

8. Drogę moię ogrodźił, y przeyść nie mogę, á ná ſćieſzce moiey ćiemnośći położył.

9. Złupił mię z ſławy moiey, y źiął koronę z głowy moiey.

10. Popſował mię ze wſząd, y giię, á iáko wyrwánemu drzewu odiął nadźieię moię.

11. Rozgniewáłá ſię ná mię zápálczywość iego, y ták mię miał iáko nieprzyiáćielá ſwego.

12. Poſpołu przyſzli zboycy iego, y uczynili ſobie drogę przez mię, y oblegli przybytek moy wkoło.

13. Bráćią moią oddalił ode mnie, á znáiomi moi iáko obcy odeſzli odemnie.

14. Opuśćili mię bliſcy moi; á ći, ktorzy mię ználi, zápámiętáli mię.

15. Komornicy domu mego, y ſłużebnice moie mieli mię iáko obce, y byłem w oczách ich iáko cudzy.

16. Wołałem ſługi mego, á nie odpowiedźiał, uſty włáſnemi praſzałem go.

17. Tchem moim brzydźiłá ſię żoná moiá, y modliłem ſię ſynom żywotá mego.

18. Głupi też gárdźili mną, á gdym od nich odſzedł, uwłaczáli mi.

19. Brzydźili ſię mną niegdy porádnicy moi, y kogom nabárźiey miłował, brzydźił ſię mną.

20. Do ſkory moiey po ſtrawionym ćiele, przyſchłá kość moiá; á zoſtáły tylko wárgi około zębow moich.

21. Smiłuyćie ſię nádemną, ſmiłuyćie ſię nádemną, áby wżdy wy przyiaćieli moi; boć mię ręká Páńſka dotknęłá.

22. Czemu mię przeſzláduiećie iáko Bog, y náiadaćie ſię mięſa mego?

23. Ktoby mi to dał, áby nápiſáne były mowy moie? ktoby mi to dał, żeby ie wyryſowáno ná kśięgách?

24. Rylcem żeláznym, y ná bláſze ołowiáney, ábo dłotem wyryto ná ſkále?

25. Wiem bowiem, iż odkupićiel moy żywie,

wie, á w dźień ostáteczny powstánę z źiemie;

26. Y záś obleczon będę w skorę moię, y w ćiele moim oglądam Bogá mego.

27. Ktorego uyźrzeć mam ia isty, y oczy moie oglądáią, á nie inny; schowána iest tá nádźieiá moiá w zánádrzu moim.

28. Czemuż tedy teraz mowićie: Prześlá-duymy go, á korzeń słowá naydźmy przećiwko niemu?

29. Ućiekayćie tedy od oblicza mieczá, bo zemśćićiel nieprawośći iest miecz; á wiedźćie, że iest sąd.

vivit *a*, & in novissimo die de terra surrecturus sum;

26. Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum *b*.

27. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius; reposita est hæc spes mea in sinu meo.

28. Quare ergo nunc dicitis: Persequamur eum, & radicem *c* verbi inveniamus contra eum?

29. Fugite ergo a facie gladii *d*, quoniam ultor iniquitatum gladius est, & scitote esse judicium.

a jam ab æterno, quia filius Dei.
b eumdem salvatorem.
c causam & objectum eum insectandi.
d iræ & vindictæ divinæ.

ROZDZIAŁ XX.

Sophár słowámy Jobá poruszony chce słuchać iego strofowánie; ále Job ma wiedźieć, że karánia dla nieprawośći przychodzą; też sobie rozwázyć, iáki iest dźiał człowieká niezbożnego od Bogá.

1. Y Odpowiádáiąc Sophár Náhámátczyk, rzekł:

2. Dla tego myśli moie rozliczne nástępuią iedná zá drugą, á myśl się rozrywa.

3. Náuki, ktorą mię strofuiesz, słucháć będę, á duch wyrozumienia mego odpowie mi.

4. To wiem od początku, odtąd iáko osádzon iest człowiek ná źiemi,

5. Ze chwałá niezbożnych krotká iest, á wesele obłudniká iáko mgnienie oká.

6. Ieśli wstąpi áż do niebá pychá iego, á głowá iego tykáć się będźie obłokow;

7. Iáko gnoy nákońcu zginie, á ktorzy nań pátrzyli, rzeką: Gdźież iest?

8. Iáko sen odlatáiący ználeźion nie będźie, przeminie iáko widzenie nocne.

9. Oko, ktore go widźiáło, nie uyźrzy; áni nań więcey pátrzyć będźie mieysce iego.

10. Synowie iego będą stárći ubostwem, á ręce iego oddádzą mu boleść iego.

11. Kośći iego będą nápełnione występkow młodośći iego, y z nim w prochu spáć będą.

12. Bo gdy słodka będźie złość w uśćiech iego, skryie ią pod ięzyk swoy.

13. Zfolguie iey, y nie opuśći iey, y będźie ią táił w gárdle swoim.

14. Chleb iego w żywoćie iego obroći się w żołć żmiiową we wnątrz.

15. Bogáctwá, ktore pożárł, zwroći, á z brzuchá iego Bog ie wyćiągnie.

16. Glo-

CAPUT XX.

* *Sophar verbis Job motus correptionem ipsius se dicit auditurum, 1. Sed sciat Job pœnas per scelera accersiri; ac consideret, quæ sit apud Deum pars impii, 4.*

1. RESpondens autem Sophar Naamathites, dixit:

2. Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diversa rapitur.

3. Doctrinam, qua me arguis, audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.

4. Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram,

5. Quod laus impiorum brevis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti *e*.

6. Si ascenderit usque ad cœlum superbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit;

7. Quasi sterquilinium in fine perdetur; & qui eum viderant, dicent: Ubi est?

8. Velut somnium avolans non invenietur, transiet sicut visio nocturna.

9. Oculus, qui eum viderat, non videbit, neque ultra intuebitur eum locus suus.

10. Filii ejus atterentur egestate, & manus illius *f* reddent ei dolorem suum *g*.

11. Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormient *h*

12. Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abscondet illud sub lingua sua.

13. Parcet illi; & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.

14. Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum *i* intrinsecus.

15. Divitias, quas devoravit, emovet, & de ventre illius extrahet eas Deus.

16. Ca-

e Chald. ad momentum.
f i. e. opera mala.
g vindictam & supplicium.
h vitia, quibus assuevit puer, durabunt per totam vitam, & cum eo quasi condentur in sepulchro.
i in venenum & supplicium.

16. Caput aſpidum ſuget, & occidet eum lingua viperæ.

17. (Non videat rivulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.)

18. Luet, quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur; juxta multitudinem adinventionum ſuarum, ſic & ſuſtinebit.

19. Quoniam confringens nudavit pauperes; domum rapuit, & non ædificavit eam.

a Eccl. 52. 9.

20. Nec *a* eſt ſatiatus venter ejus, & cum habuerit, quæ concupierat, poſſidere non poterit.

b Aliquid pro paupere.

21. Non remanſit de cibo ejus *b*, & propterea nihil permanebit de bonis ejus.

22. Cum ſatiatus fuerit, arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum.

23. Utinam impleatur venter ejus, ut emittat in eum iram furoris ſui, & pluat ſuper illum bellum ſuum.

24. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.

c Gladius iræ Dei.
d Impii in interitum.
e Impiorum anteſignanum.
f Dolores & tortores.
g Alimento terreno ut noſter ignis.
h ſeu Angeli.
i hoc eſt homines.

25. Eductus *c* & egrediens de vagina ſua, & fulgurans in amaritudine ſua; vadent *d*, & venient ſuper eum *e* horribiles *f*.

26. Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis ejus; devorabit eum ignis, qui non ſuccenditur *g*, affligetur relictus in tabernaculo ſuo.

27. Revelabunt cœli *h* iniquitatem ejus, & terra *i* conſurget adverſus eum.

28. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.

29. Hæc eſt pars hominis impii a Deo, & hæreditas verborum ejus a Domino.

CAPUT XXI.

Job amicorum errorem refellens inquirit, quare impii plerumque in hac vita proſperentur, pii econtra affligantur, 1. Reſpondet, impium in diem perditionis a Deo ſervari, 30.

1. RESpondens autem Job, dixit:

2. Audite, quæſo, ſermones meos, & agite pœnitentiam.

3. Suſtinete me, & ego loquar, & poſt mea, ſi videbitur, verba ridete.

4. Numquid contra hominem diſputatio mea eſt, ut merito non debeam contriſtari?

5. Attendite me, & obſtupeſcite, & ſuperponite digitum ori veſtro;

16. Głowę źmiiową ſſáć będźie, y zábiie go ięzyk iáſczorcy.

17. (Niech nie ogląda źrzodeł rzeki, ſtrumieniow miodu y máſłá.)

18. Będźie karan zá wſzytko co dźiáłáł, á przećię nie zniſczeie według mnoſtwá wynálaſkow ſwoich, ták też ćierpieć będźie.

19. Bo łamiąc obnáżył ubogie; dom wydarł, á nie budował go.

20. Ani ſię náſyćił brzuch iego; á gdy będźie miał czego żądał, otrzymáć nie będźie mogł.

21. Nie zoſtáło z iedłá iego, y przeto nic nie zoſtánie z dobr iego.

22. Gdy ſię náſyći, śćiśnion będźie, będźie ſię poćił, y wſzeláka boleść przypádnie nań.

23. Boday ſię nátkał brzuch iego, áby nań wypuśćił gniew zápálczywośći ſwey, y dżdżył nań woynę ſwoię.

24. Będźie ućiekał przed bronią żelázną, á wpadnie ná łuk miedźiány.

25. Wyćiągniony y wychodzący z poſzew ſwoich, á błyſkáiący ſię w gorzkośći ſwoiey; poydą y przyidą nań ſtráſzliwi.

26. Wſzytkie ćiemnośći ſkryte ſą w táynikách iego; pożrze go ogień, ktorego niepodniecáią, będźie trapion zoſtáwiony w przybytku ſwoim.

27. Odkryią niebioſá nieprawośći iego, á źiemia powſtánie przećiw iemu.

28. Odkryty będźie wynik domu iego, śćiągniony będźie w dźień zápálczywośći Bożey.

29. Tenći ieſt dźiał człowieká niezbożnego od Bogá, y dźiedźictwo ſłow iego od Páná.

ROZDZIAŁ XXI.

Job zbiiąc błąd przyiaćioł ſwoich, dochodźi przyczyny: czemu grzeſznicy prez wſzytek żywot ſwoy, ná wſzem poſortunieni bywáią; á odpowiádá, że ie Pan Bog ná dźień zátrácenia chowa.

1. ODpowiádáiąc Job, rzekł:

2. Słucháyćie proſzę mow moich, á czyńćie pokutę.

3. Znośćie mię, á ia mowić będę, á po moich słowách, będźieli ſię zdáło, śmieyćie ſię.

4. Izáli przećiwko człowiekowi ieſt gadánie moie, ábych ſię ſłuſznie ſmućić niemiał?

5. Pátrzćie ná mię, y zdumieycie ſię, á włożćie pálec ná uſtá wáſze;

6. Y ia, gdy wſpomnię, lękam ſię, á wſtrząſa drżenie ćiáło moie.

7. Przecześ tedy niepobożni żywią, podnieśieni ſą, y zmocnieni bogáctwy?

8. Náśienie ich trwa przed nimi, bliſkich gromádá, y wnukow przed ich oczymá.

9. Domy ich przeſpieczne ſą, y ſpokoyne, y niemáſz rozgi Bożey nád nimi.

10. Krowá ich poczęłá á nie poroniłá, iáłowicá ſię oćieliłá, á płodu ſwego nie ſtradáłá.

11. Wychodzą dźiatki ich iáko trzody, á máluczkie ich igráiąc ſkaczą.

12. Trzymáią bęben y árfę, y weſelą ſię, przy głośie muzyki.

13. Prowádzą w dobrách dni ſwoie, á wemgnieniu oká do piekłá zſtępuią.

14. Ktorzy mowili Bogu: Idź precz od nas, y wiádomośći drog twoich nie chcemy.

15. Ktoż ieſt wſzechmogący, żebyſmy mu ſłużyli? á co nam pomoże, choćbyſmy ſię mu modlili?

16. Wſzákże iż nie ſą w ręce ich dobrá ich, rádá niezbożnych niechay będźie dáleko odemnie.

17. Ilekroć świecá niezbożnikow zgáśnie, y przydźie ná nie powodź, y rozdźieli boleśći zapálczywośći ſwoiey.

18. Będą iáko plewy przed wiátrem, y iáko perz, ktory wicher rozwiewa.

19. Záchowa ſynom iego boleść oycowſką; á gdy odda, tedy pozna.

20. Uyźrzą oczy iego zábićie ſwe, á z zapálczywośći wſzechmogącego pić będźie.

21. Bo co do niego należy o domie iego po nim? choćby liczbá mieśiącow iego byłá ná poły ukrocona?

22. Aza Bogá będźie kto uczył rozumu, ktory wyſokie ſądźi?

23. Ten umierá duży y zdrowy, bogáty y ſczęśliwy.

24. Wnętrznośći iego ſą pełne ſádłá, á kośći iego nápiły ſię ſzpiku.

25. A drugi umiera w gorzkośći duſze bez żadney máiętnośći;

26. A przedśię poſpołu w prochu ſpáć będą, á robacy okryią ie.

27. Záiſte wiem myśli wáſze, y wyroki niepráwe przećiwko mnie.

28. Bo mowićie: Gdźie ieſt dom kśiążęcy? á gdźie przybytki niezbożnych ludźi.

29. Zopytayćie kokożkolwiek z podrożnych, á doznaćie, że on też to rozumie.

30. Iż

6. Et ego, quando recordatus fuero, pertimeſco, & concutit carnem meam tremor.

7. Quare *a* ergo impii vivunt, ſublevati ſunt confortatique divitiis?

8. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conſpectu eorum.

9. Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos.

10. Bos eorum concepit, & non abortivit; vacca peperit, & non eſt privata fœtu ſuo.

11. Egrediuntur quaſi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus.

12. Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad ſonitum organi.

13. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto *b* ad inferna deſcendunt,

14. Qui dixerunt Deo: Recede a nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus.

15. Quis *c* eſt Omnipotens, ut ſerviamus ei? & quid nobis prodeſt, ſi oraverimus illum?

16. Verum tamen, quia non ſunt in manu eorum *d* bona ſua, conſilium impiorum longe ſit a me.

17. Quoties *e* lucerna *f* impiorum extinguetur, & ſuperveniet eis inundatio *g*, & dolores dividet furoris ſui?

18. Erunt ſicut paleæ ante faciem venti, & ſicut favilla, quam turbo diſpergit.

19. Deus ſervabit filiis illius *h* dolorem patris; & cum reddiderit, tunc ſciet *i*.

20. Videbunt oculi ejus interfectionem *k* ſuam *l*, & de furore Omnipotentis bibet.

21. Quid enim ad eum pertinet de domo ſua poſt ſe? & ſi numerus menſium ejus dimidietur *m*?

22. Numquid Deum docebit quiſpiam ſcientiam, qui excelſos judicat?

23. Iſte moritur robuſtus & ſanus, dives & felix.

24. Viſcera ejus plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur;

25. Alius vero moritur in amaritudine animæ abſque ullis opibus;

26. Et tamen ſimul in pulvere dormient, & vermes operient eos.

27. Certe novi cogitationes veſtras, & ſententias contra me iniquas.

28. Dicitis enim: Ubi eſt domus principis *n*? & ubi tabernacula impiorum *o*?

29. Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoſcetis.

30. Quia

a Jerem. 12. 1. Habac. 1. 3. & 13.

b Subito item ex hoc puncto hujus vitæ.

c Malac. 3. 14.

d Id eſt, poteſtate.

e Id eſt, quando.

f Proſperitas.

g Iræ divinæ.

h Si fiant participes ſceleris patris.

i i. agnoſcet Dei juſtitiam.

k i. interitum.

l Sempiternam.

m ſc. ſi morte immatura pereat ipſe.

n ſc. iniqui q. d. Job.

o Filiorum.

a Extremæ poſt hanc vitam.

30. Quia in diem perditionis *a* ſervatur malus, & ad diem furoris ducetur.

31. Quis arguet coram eo viam ejus, & quæ fecit, quis reddet illi?

32. Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.

b Gratus & amicus inferis.

c Ad inferos.

33. Dulcis *b* fuit glareis Cocyti, & poſt ſe omnem hominem trahet *c*, & ante ſe innumerabiles.

34. Quomodo igitur conſolamini me fruſtra, cum reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati?

CAPUT XXII.

Eliphaz arguit Job variorum ſcelerum, nec ipſum de divina providentia recte ſentire, 1. At pœnitenti rurſus omnia proſpera promittit, 21.

1. RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit:

2. Numquid Deo poteſt comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcientiæ?

3. Quid prodeſt Deo, ſi juſtus fueris? aut quid ei confers, ſi immaculata fuerit via tua?

d ſc. Deus, ne illi noceas.

4. Numquid timens *d* arguet te, & veniet tecum in judicium,

5. Et non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas?

6. Abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus.

7. Aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem.

8. In fortitudine brachii tui poſſidebas terram, & potentiſſimus obtinebas eam.

e i. vires & facultates.

9. Viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos *e* pupillorum comminuiſti.

10. Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita.

11. Et putabas, te tenebras non viſurum, & impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri?

f q. d. ſi non poſſumus viſu ſtellarum numerum & quantitates aſſequi, quomodo aſſequemur Dei potentiam & excellentiam noſtro debili intellectu?

12. An non cogitas, quod Deus excelſior cœlo ſit, & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur *f*?

13. Et dicis: Quid enim novit Deus? & quaſi per caliginem judicat.

14. Nubes latibulum ejus, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cœli perambulat.

15. Numquid ſemitam ſæculorum cuſtodire cupis, quam calcaverunt viri iniqui?

16. Qui

30. Iż ná dźień zátrácenia chowáią złego, á ná dźień zapálczywośći wiedźion będźie.

31. Ktoż będźie ſtrofował przednim drogę iego? á co czynił, kto mu odda?

32. On do grobow wiedźion będźie, á w gromádźie umárłych czuć będźie.

33. Słodki był piaſkowi Cocytu, á zá ſobą wſzelkiego człowieká poćiągnie, á przed ſobą niezliczone.

34. Iákoż tedy ćieſzyćie mię prozno, gdyż wáſzá odpowiedź pokazáłá ſię bydź przećiwna prawdźie.

ROZDZIAŁ XXII.

Eliphaz karze Jobá dla wiele grzechow iego; y chce dowieść, że nie dobrze myśli o Boſkiey opátrznośći; potym obiecuie, że Pan káiącemu złośći ſwych, wiele dobrego dáie.

1. A Odpowiádáiąc Elipház Themánitczyk, rzekł:

2. Izali człowiek może bydź przyrownan Bogu, choćby był náuki doſkonáłey?

3. Co zá pożytek Bogu, ieſli ſpráwiedliwym będźieſz? ábo co mu dáieſz ieſli będźie niepokalana drogá twoiá?

4. Aza boiąc ſię ſtrofowáć ćię będźie, y przyidźie z tobą ná ſąd?

5. A nie dla złośći ſwoiey wielkiey, y nieſkończonych niepráwośći twoich?

6. Wźiąłeś bowiem záſtáwę bráćiey twey bez przyczyny, á nágie odźierałeś z odźienia.

7. Nie podałeś wody ſprácowánemu, á głodnemu odeymowałeś chleb.

8. W mocy rámienia twego dźierżałeś źiemię, á mocnieyſzym będąc otrzymowałeś ią.

9. Wdowy puśćiłeś prozne, á rámioná śierot podrzuzgotałeś.

10. Przetoż ogárniony ieſteś śidłámi, y trwoży ćię ſtrách nagły.

11. Y mniemáłeś, żeś nie miał oględáć ćiemnośći, áni ućiśnion bydź gwałtem wod wzbieráiących.

12. Aza niemyśliſz, iż Bog wyſzy ieſt niż niebo, y nád wierzch gwiazd wywyſza ſię?

13. Y mowiſz: A coż Bog wie? y iákoby przez mgłę ſądźi.

14. Obłoki táynikiem iego, áni ſię rzeczam náſzym przypátruie, á okolo záwiás niebieſkich przechodźi ſię.

15. Izaliſz ćieżki wiekow chceſz ſtrzedz, ktorę deptáli mężowie złośćiwi?

16. Kto

16. Ktorzy ſą znieśieni przed ſwym czáſem, á rzeká grunty ich wywrośiłá;

17. Ktorzy mowili Bogu: Idź precz od nas; á iákoby nie mogł nic uczynić Wſzechmogący, ważyli go;

18. Gdyż on był nápełnił domy ich dobrámi; ktorych zdánie dáleko niech będźie odemnie.

19. Uyźrzą ſpráwiedliwi, y weſelić ſię będą, á niewinny będźie im urągał.

20. Aza niepodćięte ieſt podnieśienie ich, á oſtátki ich ogień pożárł?

21. Zezwol mu tedy, y miey pokoy, á przez to będźieſz miał pożytki nálepſze.

22. Przyimi z uſt iego zakon, á położ mowy iego w ſercu twoim.

23. Ieſli ſię náwrośiſz do Wſzechmocnego, zbudowan będźieſz, y odaliſz niepráwość od przybytku twego.

24. Da zá źiemię krzemień, á zá krzemień ſtrumienie złote.

25. Y będźie Wſzechmogący przećiwko nieprzyiaćiołom twoim, y ſrebrá nágromádzą tobie.

26. Tedy w Wſzechmocnym roſkoſzámi opływáć będźieſz, y podnieśieſz ku Bogu oblicze twoie.

27. Będźieſz go prośił, y wyſłucha śię, y śluby twoie oddaſz.

28. Poſtánowiſz rzecz, y ſtánie ſię tobie, a po drogách twoich będźie świećić świátłość.

29. Bo kto śię poniży, będźie w ſłáwie; á kto ſpuśći oczy, ten zbawion będźie.

30. Niewinny zbáwion będźie, á zbáwion będźie w czyſtośći rąk ſwoich.

16. Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & fluvius *a* ſubvertit fundamentum eorum;

17. Qui dicebant Deo: Recede a nobis; & quaſi nihil poſſet facere Omnipotens, æſtimabant eum;

18. Cum ille impleſſet domos eorum bonis; quorum ſententia procul ſit a me.

19. Videbunt *b* juſti, & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos.

20. Nonne ſucciſa eſt erectio *c* eorum, & reliquias eorum devoravit ignis *d*?

21. Acquieſce igitur ei, & habeto pacem; & per hæc habebit fructus optimos.

22. Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermones ejus in corde tuo.

23. Si reverſus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis *e*, & longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo.

24. Dabit pro terra ſilicem *f* & pro ſilice torrentes aureos *g*.

25. Eritque omnipotens contra hoſtes tuos, & argentum coacervabitur tibi.

26. Tunc ſuper Omnipotentem deliciis afflues, & elevabis ad Deum faciem tuam.

27. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes.

28. Decernes rem, & veniet tibi, & in viis tuis ſplendebit lumen.

29. Qui *h* enim humiliatus fuerit, erit in gloria; & qui inclinaverit oculos *i*, ipſe ſalvabitur.

30. Salvabitur innocens, ſalvabitur autem in munditia manuum ſuarum.

a Diluvii, vel impetus iræ divinæ.
b Pſ. 106. 42.
c Superbia
d Ultionis divinæ.
e Reſtitueris priſtinæ felicitati.
f Pro infirmitate robur.
g Aurum, & divitias in ea copia, qua ſilices inveniuntur.
h Prover. 29. 23.
i ſc. humiliando.

ROZDZIAŁ XXIII.

Job wſzywdwſzy pokornie ſąd Boſki wyznáwa, że nie ieſt káran dla grzechow ſwoich; á ze dobrze myśli o opátrzności Páná Bogá, ktory, czegokolwiek, chce, czyni.

1. Odpowiádáiąc Job, rzekł:

2. Teraz też w gorzkośći ieſt mowá moiá, y ręká karánia mego oćiężáłá nád wzdychánie moie.

3. Ktoby mi dał, ábych poznał y nálazł go, y przyſzedł áż do ſtolice iego?

4. Przełożę przed nim ſąd, á uſtá moie nápełnię łáiániem.

5. Ábych ſię dowiedźiał ſłow, ktoreby mi odpowiedźiał, y wyrozumiał, co mi będźie mowił.

6. Nie-

CAPUT XXIII.

Job Dei judicium humiliter invocans, oſtendit, ſe non puniri propter peccata ſua, 1. Recte ſentire de providentia incomprehenſibili Dei omnia pro ſua voluntate facientis, 8.

1. Respondens autem Job, ait:

2. Nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus, & manus plagæ meæ aggravata *k* eſt ſuper gemitum meum.

3. Quis mihi tribuat, ut cognoſcam, & inveniam illum *l*, & veniam usque ad ſolium ejus?

4. Ponam coram eo judicium, & os meum replebo increpationibus *m*.

5. Ut ſciam verba, quæ mihi reſpondeat, & intelligam, quid loquatur mihi.

6. Nolo

k Gravior eſt, quam gemitus præ ſe ferat.
l ſc Deum.
m Libere eloquens meas increpationes & pœnas.

6. Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat.

7. Proponat æquitatem contra me, & perveniat ad victoriam judicium meum.

8. Si ad Orientem iero, non apparet; ſi ad Occidentem, non intelligam eum.

9. Si ad ſiniſtram *a*, quid agam? non apprehendam eum; ſi me vertam ad dextram, *b* non videbo illum.

10. Ipſe vero ſcit viam meam, & probavit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit;

11. Veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus, viam ejus cuſtodivi, & non declinavi ex ea.

12. A mandatis labiorum ejus non receſſi, & in ſinu meo abſcondi verba oris ejus.

13. Ipſe enim ſolus eſt *c*, & nemo avertere *d* poteſt cogitationem *e* ejus; & anima ejus quodcumque voluit, hoc fecit.

14. Cum expleverit in me voluntatem ſuam, & alia multa ſimilia, præſto ſunt ei.

15. Et idcirco facie ejus turbatus ſum, & conſiderans eum, timore ſollicitor.

16. Deus mollivit cor meum *f*, & Omnipotens conturbavit me.

17. Non enim perii *g* propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo *h*.

a Septentrionem. *b* Meridiem Chald. Auſtrum. *c* ſc. cui obediendum eſt. *d* i. impedire. *e* i. decretum. *f* Malleo tribulationum. *g* Per deſperationem. *h* Sed perſiſto in Dei gratia, & lumine.

6. Niechcę, áby ſię zemną ſpierał wielką mocą, áni żeby mię przytłoczył ćiężkośćią wielkośći ſwey.

7. Niech przełoży ſpráwiedliwość przećiwko mnie, á ſąd moy niech doydźie do zwyćięſtwá.

8. Poydęli ná wſchod ſłońcá, nie widáć go; ieſli ná zachod, nie zrozumiem go.

9. Ieſli w lewo, coż uczynię? nie uchwycę go; ieſli ſię obrocę w práwo, nie uyzrę go.

10. A on lepak wie drogę moię, y doświadczył mię iáko złotá, ktore przez ogień przechodźi.

11. Zá ſzladem iego ſzłá nogá moiá, ſtrzegłem drogi iego, y nie zſtępowałem z niey.

12. Od przykazánia uſt iego nie odſtępowałem, á wzánádrzu moim ſkryłem słowá uſt iego.

13. Sam on bowiem ieſt, á żaden nie może odwroćić myśli iego; á duſzá iego czegokolwiek chćiáłá, to czynił.

14. Gdy wypełni nádemną wolą ſwoię, y wiele innych rzeczy, tákowych ma pogotowiu.

15. Y dla tegom zátrwożon ieſt od oblicza iego, á pátrząc nań ieſtem źięty boiáźnią.

16. Bog zmiękczył ſerce moie, á Wſzechmogący zátrwożył mną.

17. Bom nie zginął dla nádchodzących ćiemności, áni zákrył mrok oblicza mego.

CAPUT XXIV.

Job oſtendit occultam eſſe rationem divinæ providentiæ, cum Deus ſæpe graviſſima tyrannorum peccata hic diſſimulet, 1. Differens in alterum ſæculum punitionem eorum, 18.

1. AB Omnipotente non ſunt abſcondita tempora; qui autem noverunt eum, *i* ignorant dies illius *k*.

2. Alii *l* terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges, & paverunt eos.

3. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bovem viduæ.

4. Subverterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ.

5. Alii quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum; vigilantes ad prædam, præparant panem liberis.

6. Agrum non ſuum demetunt; & vineam ejus, quem vi oppreſſerint, vindemiant.

7. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore.

8. Quos

i Etiam fideles, & pii. *k* Conſilia & opera, quæ per ſingulos dies exequitur. *l* ſc. impii.

ROZDZIAŁ XXIV.

Job pokázuie, że táiemny ieſt ſpoſob Boſkiej opátrznośći; kiedy Bog częſto ſrogie tyránow niepráwośći tu przegląda, odkládawſzy ná drugi świat karánia.

1. OD Wſzechmocnego nie ſą zakryte czáſy; á ktorzy go znáią, nie wiedzą dni iego.

2. Iedni gránice przenieśli, rozebráli trzody y páſli ie.

3. Oſłá śierot zágnáli, y wźięli w zaſtáwie wołu wdowy.

4. Wywroćili drogę ubogich, y ućiſnęli ſpołem ćiche źiemie.

5. Drudzy iáko dźicy oſłowie ná puſczy wychodzą ná dźieło ſwoie; czuiąc ná łud, gotuią chleb dźiećiam.

6. Rolą nie ſwoię pożynáią; á winnicę tego, ktorego gwałtem ućiſnęli obieráią.

7. Ludźie nágie wypuſczáią, wźiąwſzy ſzáty, ktorzy nie máią odźieży ná źimnie:

8. Kto-

8. Ktorych dżdże gorne polewáią; á niemáiąc okryćia obłápiáią kámienie.

9. Gwałt uczynili odźieráiąc śieroty, á ubogie pospolstwo złupili.

10. Nágim y bez odźienia chodzącym, y łáknącym wźięli kłosy.

11. Między kopámi ich południowáli, ktorzy wytłoczywszy práśy prágną.

12. Męże z miast do płáczu przywiedli, y duszá zránionych krzyczáłá, á Bog nie puśći bez karánia.

13. Oni byli przećiwni świátłośći, nie wiedźieli drogiey, áni śię wroćili ścieżkámi iey.

14. Co narániey wstawa mężoboycá, zábiia nędzego y ubogiego; á w nocy będźie iáko złodźiey.

15. Oko cudzołożniká strzeże ćiemnośći, mowiąc: Nie uyźrzy mię oko; y zákryie oblicze swoie.

16. Podkopywa w ćiemnośći domy, iáko śię byli zá dniá zmowili, y ni ználi świátłá.

17. Iesli śię prędko pokaże zorza, máią ią zá ćień śmierći; y ták w ćiemnośći iáko w iásnośći chodzą.

18. Lekczeyszy iest niż wierzch wody; niech będźie przeklęta część iego ná źiemi, y niech nie chodźi po drodze winnic.

19. Niech przeydźie do wielkiego gorącá z wod śnieżnych, á grzech iego áż do piekłá.

20. Niech go zápámięta miłośierdźie; słodkość iego robacy; niech nie będźie wspomnániu, ále niech skruszon będźie iáko drzewo nieużyteczne.

21. Abowiem spáśł niepłodną, ktora nie rodźi, á wdowie dobrze nie czynił.

22. Sćiągnął mocne w mocy swoiey; á gdy wstánie, nie będźie wierzył żywotowi swemu.

23. Dał mu Bog mieysce do pokuty, á on go źle używá ná pychę; á oczy iego są ná drogách iego.

24. Podnieśieni są ná chwilę, á nie ostoią śię, y poniżeni będą iáko wszytkie rzeczy, y będą znieśieni, á iáko wierzchy kłosow stárći będą.

25. Co iesliż ták nie iest, ktoż może ná mię dowieźdź, żebym skłamał, y położyć przed Bogiem słowá moię?

ROZDZIAŁ XXV.

Wywodźi Báldád z boskiey wysokośći, a ludskiey

8. Quos imbres montium rigant; & non habentes velamen, amplexantur lapides *a*.

9. Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliaverunt.

10. Nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas.

11. Inter acervos eorum meridiati *b* sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.

12. De civitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamavit, & Deus inultum abire non patitur.

13. Ipsi fuerunt rebelles lumini *c*, nescierunt vias ejus, nec reversi sunt per semitas ejus.

14. Mane primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem; per noctem vero erit quasi fur.

15. Oculus adulteri observat caliginem, dicens: Non me videbit oculus; & operiet vultum suum.

16. Perfudit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignoraverunt *d* lucem.

17. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis; & sic in tenebris quasi in luce ambulant.

18. Levis *e* est super faciem aquæ; maledicta sit pars ejus in terra, nec ambulet per viam vinearum *f*.

19. Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium *g*, & usque ad inferos peccatum *h* illius.

20. Obliviscatur ejus misericordia; dulcedo illius vermes; non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.

21. Pavit enim sterilem *i* quæ non parit, & viduæ bene non fecit.

22. Detraxit fortes in fortitudine sua; & cum steterit, non credet vitæ suæ.

23. Dedit *k* ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam; oculi autem ejus sunt in viis illius.

24. Elevati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur.

25. Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum verba mea?

CAPUT XXV.

Baldad ex Dei sublimitate & hominis vilitate,

a sc. cavernas ingressi, ut se tegant.
b Delitiati sunt.
c Divinæ legi, & inspirationi.
d Adversantur, & fugiunt.
e Diffluens in libidinem sicut aqua defluit in terram.
f Est imprecatio prophetica.
g Id est, a calamitate una ad aliam anagogice, in inferno ab extremo frigore ad summum æstum. Beda, Liran.
h Pœna peccati continuetur.
i depastus est, & spoliavit alias afflictam.
k Apoc. 2. 21.

tate, probat neminem coram Deo mundum esse, vel justum.

skiey podłości, że nieiest żaden czysty przed oblicznością Bożą.

1. RESpondens autem Baldad Suhites, dixit:

2. Potestas & terror apud eum *a* est, qui facit concordiam in sublimibus suis *b*.

3. Numquid est numerus militum ejus? & super quem non surget lumen illius *c*?

4. Numquid justificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?

5. Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu *d* ejus.

6. Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

a sc. Deum.
b Angelis & stellis.
c q. d. quis illorum non illuminatur a Deo?
d seu comparatione.

1. A Odpowiádáiąc Báldád Suchytczyk, rzekł:

2. Moc y strách u onego iest, ktory czyni zgodę ná wysokośćiách swoich.

3. Izali iest liczbá żołnierzow iego? y nád kim nie wznidźie świátło iego?

4. Izali usprawiedliwion bydź może człowiek przyrownány Bogu, ábo się czystym okázáć urodzony z niewiásty?

5. Oto y księżyc nie świeći, y gwiazdy nie są czyste przed oczymá iego.

6. Iáko dáleko więcey człowiek, zgniłość, y syn człowieczy robak?

CAPUT XXVI.

Job dixit, non egere Deum hominis auxilio, ut ejus Majestas innotescat, 1. Dei incomprehensibilem potentiam ex ipsius operibus sat innotescere, 5.

1. RESpondens autem Job, dixit:

2. Cujus adjutor es? numquid imbecillis? & sustentas brachium ejus, qui non est fortis?

3. Cui dedisti consilium? forsitan illi, qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostendisti plurimam.

4. Quem docere voluisti? nonne eum, qui fecit spiramentum *e*?

5. Ecce gigantes *f* gemunt sub aquis *g*, & qui habitant cum eis.

6. Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni.

7. Qui extendit aquilonem *h* super vacuum, & appendit terram super nihilum.

8. Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum.

9. Qui tenet vultum solii sui *i*, & expandit super illud nebulam suam.

10. Terminum circumdedit aquis, usque dum finiantur lux & tenebræ *k*.

11. Columnæ cœli *l* contremiscunt, & pavent ad nutum ejus.

12. In fortitudine illius repente maria congregata sunt, & prudentia ejus percussit superbū.

13. Spiritus ejus ornavit cœlos; & obstetricante *m* manu ejus, eductus est coluber tortuosus *n*.

13. Ecce, hæc ex parte dicta sunt viarum ejus, & cum vix parvam stillam sermonis *o* ejus audierimus, quis poterit tonitruum *p* magnitudinis illius intueri *q*?

e sc. vim respirandi seu animam.
f Tempore Noe, allegorice dæmones
g sc. pœnis.
h i. cœlum.
i id est occultat faciem cœli, quando vult.
k Usque ad finem mundi.
l Allegorice Angeli cœlorum motores. S. Thom.
m sc. creante manu ejus ex nihilo.
n Quilibet naturalis in terra & mari; mystice dæmon ex hominum mentibus.
o i. operis.
p i. vim.
q sc. intelligere.

ROZDZIAŁ XXVI.

Job powiáda, że Bog nie potrzebuie żadney pomocy od człowieká, áby Maiestat iego wsławił się, á ukázuie nieogárnioną moc iego, z skutkow á spráw iego.

1. A Odpowiádáiąc Job, rzekł:

2. Czyim żeśćie pomocnikiem? á zá nie słábego? y podpierasz rámię tego, ktory nie iest mocny?

3. Komuś dał rádę? podobno onemu, ktory nie ma mądrośći, á rostropność swą okazałeś wielką.

4. Iákoś chćiał uczyć? áza nie onego, ktory uczynił tchnienie.

5. Oto Obrzymowie wzdycháią pod wodámi, y ći ktorzy mieszkáią z nimi.

6. Nágie iest piekło przed nim, y niemász żadney nakrywki u zátrácenia.

7. Ktory rozśćiąga Połnocny kray ná prozným mieyscu, y záwiesza źiemię ná niczym.

8. Ktory záwiązuie wody w obłokách swoich, áby záraz nie wypádły ná doł.

9. Ktory trzyma twarz stolice swey, á rozśćiąga nád nią mgłę swoię.

10. Obtoczył gránice wodam, áż się skończą świátło y ćiemnośći.

11. Słupy niebieskie trzęsą się, y lękáią się ná kinienie iego.

12. Mocą iego nagle się morzá zebrály, á rozstropność iego poráźiłá hárdego.

13. Duch iego przystroił niebiosá, á zá sprácą ręki iego wywiedźion iest wąż záwily.

14. Oto, to poczęśći mowiło się z drog iego; á gdyżesmy ledwie málą kroplę mowy iego słyszeli, ktoż będźie mogł pátrzyć ná grob wielkośći iego?

ROZDZIAŁ XXVII.

Job w żdczętey ſpráwiedliwośći ſtáły, przyczyny przywodźi, czemu ták bárzo ſzukał, á záchował niewinność; náprzod, że wiedźiał, iáko niezbożni ludźie z ninieyſzego ſzczęśćia zárwáni bądom do mąk.

1. PRzydał też Job wźiąwſzy przypowieść ſwą, y rzekł:

2. Zywie Bog, ktory odiął ſąd moy, y Wſzechmocny, ktory do gorzkośći przywiodł duſzę moię.

3. Ze poki ſtáie tchu we mnie, y duchá Bożego w nozdrzách moich,

4. Nie będą mowić uſtá moie nieprawość, áni ięzyk moy będźie rozmyślał kłamſtwo.

5. Nie day tego Boże, ábych was miał zá ſpráwiedliwe, áż uſtánę, nie odſtąpię od niewinnośći moiey.

6. Uſpráwiedliwienia mego, ktoregom ſię iął trzymáć, nie puſczę śię; bo mię niewinuie ſerce moie we wſzytkim żywoćie moim.

7. Nieprzyiaćiel moy niech będźie iáko niezbożnik; á ſprzećiwnik moy, iáko złośnik.

8. Co bowiem zá nádźieiá ieſt obłudniká ieſli łákomie wydźiera, á Bog nie wybáwia duſzę iego?

9. Izáli Bog uſłyſzy wołánie iego, gdy nań przyidźie ućiſk?

10. Abo ſię będźie mogł w Wſzechmocnym kocháć, y wzywáć Bogá ná káżdy czás?

11. Náuczę was przez rękę Bożą, co ma Wſzechmocny, y nie zátáię?

12. Oto wy wſzyſcy wiećie, á czemuż bez przyczyny mowićie prozne rzeczy?

13. Tá ieſt część człowieká niezbożnego u Bogá, y dźiedźictwo gwałtownikow, ktore od Wſzechmocnego wezmą.

14. Ieſli ſię rozmnożą ſynowie iego, pod mieczem będą, á wnukowie iego nienáiedzą ſię chlebá.

15. Ktorzy zoſtáną z niego, będą pogrzebieni w zátráceniu, á wdowy iego płákáć nie będą.

16. Choćby nánośił ſrebrá iáko źiemie, y ſzat náſpráwował iáko błotá;

17. Náſpráwuieć w prawdźie, ále ſpráwiedliwy obłoczyć ſię w nie będźie; á niewinny ſrebro dźielić będźie.

18. Zbudował dom ſwoy iáko mol, y iáko ſtroż kuczkę uczynił.

19. Bogáty gdy záśnie, nic z ſobą nie weźmie; otworzy oczy ſwe, á nic nie naydźie.

20. Uy-

CAPUT XXVII.

Job perpetuo conſtans in ſui juſtificatione, cauſas affert, cur adeo ſtuduerit innocentiæ fovendæ & conſervandæ, 1. Primo, quod ſciret impios ex præſentis vitæ proſperitate per mortem rapi ad ſupplicia, 8.

1. ADdidit quoque Job, aſſumens parabolam ſuam *a*, & dixit:

2. Vivit Deus, qui abſtulit judicium meum, *b* & Omnipotens, qui ad amaritudinem adadduxit animam meam.

3. Quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis,

4. Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.

5. Abſit a me, ut juſtos vos eſſe judicem; donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

6. Juſtificationem *c* meam, quam cœpi tenere; non deſeram; neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.

7. Sit ut impius, inimicus meus; & adverſarius meus, quaſi iniquus.

8. Quæ eſt enim ſpes hypocritæ *d*, ſi avare rapiat, & non liberet Deus animam ejus?

9. Numquid Deus audiet clamorem ejus, cum venerit ſuper eum anguſtia?

10. Aut poterit in Omnipotente delectari, & invocare Deum omni tempore?

11. Docebo vos per manum Dei *e*, quæ Omnipotens habeat *f*, nec abſcondam.

12. Ecce vos omnes noſtis, & quid ſine cauſa vana loquimini?

13. Hæc eſt pars hominis impii apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente ſuſcipient.

14. Si multiplicati fuerint filii ejus, in gladio erunt, & nepotes ejus non ſaturabuntur pane.

15. Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.

16. Si comportaverit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparaverit veſtimenta;

17. Præparabit quidem, ſed juſtus veſtietur illis; & argentum innocens dividet.

18. Ædificavit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit umbraculum.

19. Dives *g*, cum dormierit, nihil ſecum auferet; aperiet oculos *h* ſuos, & nihil inveniet.

20. Ap-

a i. ſermonem parabolicum.
b ſc. non judicans me ſecundum regulam humanam.
c Hebr. juſtitiam.
d Septuag. impii.
e Deo adjuvante.
f Secreta judicia & cur etiã innocentem affligat.
g Pſal. 48. 18.
h Mentis in morte.

20. Apprehendet eum quaſi aqua inopia, *a* nocte opprimet eum tempeſtas.

a Extrema & perpetua paupertas.

21. Tollet eum ventus urens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo.

22. Et mittet ſuper eum, & non parcet; de manu ejus fugiens fugiet.

23. Stringet ſuper eum manus ſuas *b*, & ſibilabit ſuper illum, intuens locum ejus.

b Quicunque viderit impii exterminium.

CAPUT XXVIII.

Job ſecundam cauſam retinendæ innocentiæ oſtendit, quod per eam obtineatur vera ſapientia, quæ præſtantiſſima eſt, omnia ſcrutatur, & de cœlo venit, 1.

1. HAbet argentum venarum ſuarum principia; & auro locus eſt, in quo conflatur.

2. Ferrum de terra tollitur; & lapis ſolutus calore, in æs vertitur *c*;

c Chaldaice æs effundit.

3. Tempus poſuit tenebris, & univerſorum finem ipſe conſiderat, lapidem quoque caliginis *d*, & umbram mortis.

d i. abſconditum in terra.

4. Dividit torrens a populo peregrinante eos, quos oblitus eſt pes egentis hominis, & invios.

5. Terra, de qua oriebatur panis in loco ſuo, igne ſubverſa eſt.

6. Locus ſapphiri lapides ejus, & glebæ illius aurum.

7. Semitam *e* ignoravit avis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis.

e Ad locum Sapphiri ſeu paradiſi neſciunt oculatiſſimæ aves.

8. Non calcaverunt eam filii inſtitorum, nec pertranſivit per eam leæna.

9. Ad ſilicem extendit manum ſuam, ſubvertit a radicibus montes.

10. In petris rivos excidit, & omne pretioſum vidit oculus ejus.

11. Profunda quoque fluviorum ſcrutatus eſt, & abſcondita in lucem produxit.

12. Sapientia vero ubi invenitur? & quis eſt locus intelligentiæ?

13. Neſcit homo pretium ejus nec invenitur in terra ſuaviter viventium *f*.

f Chald. ſuperborum.

14. Abyſſus dicit: Non eſt in me; & mare loquitur: Non eſt mecum.

15. Non *g* dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentũ in comutatione ejus.

g Sap. 7. 9.

16. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi ſardonycho pretioſiſſimo, vel ſapphiro.

17. Non

---

20. Uymie go niedoſtátek iáko wodá, w nocy przypádnie nań burza.

21. Pochwići go wiátr párzący y znieśie, y iáko wicher porwie go z mieyſcá ſwego.

22. Y ſpuśi nań, y nie przepuśći; z ręki iego ućiekáiąc ućiekáć będźie.

23. Sćiśnie nád nim ręce ſwoie, y będźie kſzykał nád nim, pátrząc ná mieyſce iego.

ROZDZIAŁ XXVIII.

Job wtorą przyczynę okázuie zátrzymaney niewinnośći, że oną otrzymáwa prawdźiwą mądrość; ktora naywyborneyſzá ieſt, y wſzyſtko wynáyduie, á z nieba przychodźi.

1. MA ſrebro początki żył ſwoich; y złoto ma mieyſce, gdźie ie ſpuſczáią.

2. Zelázo z źiemie biorą; á kámień od gorącośći roſpuſczony w miedź ſię obraca.

3. Zámierzył czás ćiemnośćiam, y koniec wſzech rzeczy on upátruie, kámień też mroku, y ćień śmierći.

4. Rozdźiela ſtrumień od ludu pielgrzymuiącego tych, ktorych zádomniáłá nogá niedoſtátecznego człowieká, y bezdroznych.

5. Ziemiá, z ktorey ſię rodźił chleb ná ſwym mieyſcu, od ogniá podwrocona ieſt.

6. Mieyſce Sáphiru kámienie iego, á breły iego złoto.

7. Sćieżki ptak nie widźiał, áni ná nie poyźrzáło oko Sempowe.

8. Nie deptáli iey ſynowie krámárſcy, áni przeſzlá po niey lwicá.

9. Ná krzemień śćiągnął rękę ſwoię, wywroćił z korzenia gory.

10. W ſkálách wykował ſtrumienie, y wſzelką rzecz drogą widźiáło oko iego.

11. Głębokośći też rzek wybádał, y rzeczy táiemne ná świátłość wywiodł.

12. A mądrość gdźie bywa náleźioná? y ktore ieſt mieyſce rozumu?

13. Niewie człowiek ceny iey, áni bywa náleźioná w źiemi roſkoſznie żyiących.

14. Otchłań mowi: Niemáſz iey we mnie; á morze powiáda: Niemáſz iey zemną.

15. Nie dádzą złotá ſczerego zá nie, áni odważą ſrebrá zá odmiánę iey.

16. Nie będźie porownána z nákrápiánemi fárbámi Indyſkimi, áni z kámieniem Sárdonychem nádrożſzym, ábo z Sáphirem.

17. Nie

17. Nie zrowna z nią złoto áni kryſztał, áni będą zámienione zá nię náczynią złote.

18. Wyſokie y wynioſłe rzeczy nie będą ſpomienione ku przyrownániu iey; ále wyćiągána bywa mądrość z ſkrytośći.

19. Nie zrowna z nią Topázius z Æthyopiiey, áni iey przyrownáią do náczyſtſzey fárby.

20. Zkądże tedy mądrość pochodźi, y ktore ieſt mieyſce rozumu?

21. Skryta ieſt od oczu wſzytkich żywiących, ptacy też niebieſcy nie wiedzą o niey.

22. Zátrácenie y śmierć rzekły: Uſzymá náſzemi ſłyſzeliſmy ſłáwę iey.

23. Bog rozumie drogę iey, y on wie mieyſce iey.

24. On bowiem widźi kráie świátá; y ná wſzytko, co ieſt pod niebiem, pátrzy.

25. Ktory uczynił wiátrom wagę, y wody záwieśił pod miárą.

26. Gdy ſtánowił dżdżom práwá, y drogę ná wáłnośćiam ſzumiącym.

27. Tedy ią widźiał, y odpowiedźiał, y nágotował, y wyſzłádował.

28. Y rzekł człowiekowi: Oto boiáźń Páńſka, tá ieſt mądrość; á wiárowáć ſię złego rozum.

17. Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, *a* nec commutabuntur pro ea vaſa auri;

18. Excelſa & eminentia non memorabuntur comparatione ejus; trahitur autem ſapientia *b* de ocultis.

19. Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec tincturæ mundiſſimæ componetur.

20. Unde ergo ſapientia venit? & quis eſt locus intelligentiæ?

21. Abſcondita eſt ab oculis omnium viventium, volucres quoque cœli latet.

22. Perditio & mors dixerunt: Auribus noſtris audivimus famam ejus.

23. Deus intelligit viam ejus, & ipſe novit locum illius.

24. Ipſe enim fines mundi intuetur; & omnia, quæ ſub cœlo ſunt, reſpicit.

25. Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura.

26. Quando ponebat pluviis legem, & viam procellis ſonantibus;

27. Tunc vidit illam, & enarravit, & præparavit, & inveſtigavit.

28. Et dixit homini: Ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia *c*, & recedere a malo intelligentia.

a Adamas vitrei coloris.

b Increata, quæ cauſa eſt & fons omnis ſapientiæ creatæ, naſcitur in ſinu Patris, provenit a Patre luminum.

c Sapiens cultus increatæ Sapientiæ.

ROZDZIAŁ XXIX.

Job żąda przeſzłe ſczęśćie, opiſuiąc go, y ſwoie dobre dźieła; áby ſię nád potwarzę ſwoich przyiáćiół pomſzczył.

1. PRzydał też Job biorąc przypowieść ſwą, y rzekł:

2. Ktoby mi to dał, ábych był wedle dawnych mieśiącow, wedle dni, ktorych mię Bog ſtrzegł?

3. Gdy świećiłá świecá iego nád głową moią, á przy świetle iego chodźiłem w ćiemnośći?

4. Iákom był zá dni młodośći moiey, gdy potáiemnie Bog był w przybytku moim?

5. Gdy Wſzechmocny był ze mną, á około mnie dźieći moie?

6. Gdym umywał nogi moie máſłem, á ſkáłá wylewáłá mi źrzodłá oliwy?

7. Gdym wychodźił do bramy mieyſkiey, á ná ulicy gotowáno mi ſtolicę?

8. Widźieli mię młodźieńcy, y kryli ſię; á ſtárcy powſtawſzy ſtáli.

9. Kśią-

CAPUT XXIX.

Job priſtinæ cupit reſtitui felicitati, 1. Illam enarrat, & una bona ſua opera, quo ſe de contraria amicorum calumnia vindicet, 12.

1. ADdidit quoque Job, aſſumens parabolam *d* ſuam, & dixit:

2. Quis mihi tribuat, ut ſim juxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me?

3. Quando ſplendebat lucerna *e* ejus ſuper caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris?

4. Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecreto *f* Deus erat in tabernaculo meo?

5. Quando erat Omnipotens mecum; & in circuitu meo pueri mei?

6. Quando lavabam pedes meos butyro *g*, & petra fundebat mihi rivos olei?

7. Quando procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant cathedram mihi?

8. Videbant me juvenes, & abſcondebantur *h*; & ſenes aſſurgentes ſtabant.

Prin-

d i. ſermonem parabolicum.

e favor & gratia.

f i. familiariter.

g Metslepſis eſt, quæ ſignificat lactis copiam ex armentis.

h ſc. præ reverentia.

9. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.

10. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.

11. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi.

12. Eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adjutor.

13. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.

14. Justitia indutus sum; & vestivi me, sicut vestimento & diademate, judicio meo.

15. Oculus fui cœco *a*, & pes claudo *b*.

16. Pater eram pauperum; & causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam.

17. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.

18. Dicebamque: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.

19. Radix mea aperta *c* est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.

20. Gloria mea semper innovabitur, & arcus *d* meus in manu mea instaurabitur.

21. Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum.

22. Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum.

23. Expectabant me sicut pluviam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.

24. Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram *e*.

25. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus; cumque sederem quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.

a Propter bona consilia.
b Ob præstita auxilia.
c i. seu posita.
d i. robur.
e Splendor & auctoritas mea non minuebatur.

9. Książętá przestawáli mowić, y kłádły pálec ná ustá swoie.

10. Przełożeni głos swoy hámowáli, á ięzyk ich przylegał do ich podniebienia.

11. Ucho słucháiące błogosłáwiło mię, á oko widzące świádectwo mi dawáło.

12. Przeto żem wybáwiał ubogiego krzyczącego, y śierotę, ktora nie miáłá pomocniká.

13. Błogosłáwieństwo tego, ktory miał zginąć, ná mię przychodźiło, á serce wdowy ćieszyłem.

14. Obłoczyłem się w spráwiedliwość; y przyodźiewáłem się iáko szátą y koroną, sądem moim.

15. Byłem okiem ślepemu, á nogą chromemu.

16. Byłem oycem ubogich; á spráwy, ktoreyem nie wiedźiał, pilnie się wywiadował.

17. Kruszyłem szczeki przewrotniká, á z zębow iego wydźierałem korzyść.

18. Y mowiłem: W gniazdku moim umrę, á iáko pálmá rozmnożę dni.

19. Korzeń moy otworzon iest podle wody, á rossá będźie trwáć w żęćiu moim.

20. Sławá moiá záwżdy się odnawiáć będźie, á łuk moy w ręce moiey będźie się popráwiał.

21. Ktorzy mnie słucháli, czekáli wyroku, á pilnie słucháiąc milczeli ná rádę moię.

22. Nie śmieli nic przydawáć do słow moich, y ná nie kropiłá wymowá moiá.

23. Oczekawáli mię iáko deszczu, á ustá swe otwarzáli iáko ná deszcz pozdny.

24. Ieslim kiedy się uśmiechał do nich, nie wierzyli, á świátłość twarzy moiey nie pádáłá ná źiemię.

25. Ieslim chćiał iść do nich, śiadałem pierwszy; á chocem śiedźiał iáko krol wokoło stoiącym w woysku, byłem przećię poćieszyćielem smutnych.

CAPUT XXX.

Job, mystice Christus, describit suorum derisorum conditionem, 1. Plangit pristinam felicitatem versam sibi in summam calamitatem, 9.

h vergilias.
i stellas circa polum arcticum.
k Chaldaice leges & statuta.

35 Numquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent tibi: Adſumus?

36. Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit gallo *a* intelligentiam?

37. Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum *b* cœli quis dormire faciet?

38. Quando fundebatur pulvis in terra, & glebæ compingebantur?

39. Numquid capies leænæ prædam, & animam catulorum ejus implebis,

40. Quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur?

41. Quis *c* præparat *d* corvo eſcam ſuam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes, eo quod non habeant cibos?

a ſingularem proprietatem ſtatis temporibus ante ſolis ortum canendi.
b concordem & ſtabilem curſum.
c Pſ. 146. 9.
d niſi ego per meam providentiam.

35. Izali wypuśćiſz łyſkáwice y poydą, á wroćiwſzy ſię rzeką tobie: Owoſmy?

36. Kto włożył we wnętrznośći człowiecze mądrość? ábo kto dał kurowi rozumność?

37. Kto wyſłowi ſpoſob niebios, á hármoniiey niebieſkiey, kto każe uſnąć?

38. Gdy ſię ſypał proch ná źiemię, y breły ſię zlępiáły?

39. Izali ułápiſz lwicy pokarm, y duſzę ſczeniąt iey nápełniſz?

40. Gdy leżą w łożkách, á w iáſkiniách záſadzáią ſię?

41. Kto gotuie krukowi iádło iego, gdy dźieći iego wołáią do Bogá, tułáiąc ſię, że nie máią pokármu?

CAPUT XXXIX.

Deus oſtendit Job mirabilia opera ſua in ibicibus, onagro, rhynocerote, ſtruthione, equo & aquila, 1. Job commotus, agnoſcit ſe temere locutum; & deprecatur, 31.

1. NUmquid noſti tempus partus ibicum *e* in petris *f*, vel parturientes cervas obſervaſti?

2. Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciſti tempus partus earum?

3. Incurvantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.

4. Separantur filii earum, & pergunt ad paſtum; egrediuntur, & non revertuntur ad eas.

5. Quis dimiſit onagrum liberum, & vincula ejus quis ſolvit?

6. Cui dedi in ſolitudine domum, & tabernacula *g* ejus in terra ſalſuginis.

7. Contemnit multitudinem civitatis, clamorem exactoris non audit.

8. Circumſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit.

9. Numquid volet rhinoceros *h* ſervire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum?

10. Numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium poſt te?

11. Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus, & derelinques ei labores tuos?

12. Numquid credes illi, quod ſementem reddat tibi, & aream tuam congreget?

13. Penna

e i. caprarum ſylveſtrium.
f inacceſſis.
g i. cubilis.
h vide Num. 23. v. 22.

ROZDZIAŁ XXXIX.

Bog pokázuie Jobowi cudy ſwoie w dźikich kozach, dźikiem oſle, rhynocerotie, ſtruſu, koniu, iaſtrząbie; ſtym Job poruſzony, uznawa, że niebacznie mowił; dlá tego przeprazſá.

1. IZali wieſz czás porodzenia dźikich koz ná ſkáłách, áboś widźiał gdy łánie rodzą?

2. Rozliczyłeś mieśiące poczęćiá ich, y wiedźiáłeś czás rodzeniá ich?

3. Skurczáią ſię ná płod y rodzą, y ryk wypuſzczáią.

4. Oddźieláią ſię dźieći ich, y idą ná paſzą; wychodzą, y niewracáią ſię do nich.

5. Kto wypuśćił oſłá dźikiego wolno, á pętá iego, kto rozwiązał?

6. Ktoremum dał dom ná puſczy, y mieſzkánie iego w ſłoney źiemi.

7. Gárdźi zgráią mieyſką, nie ſłucha głoſu wyćięgáczá.

8. Pátrzy po gorách, páſtwy ſwoiey, y wſzelkie źielenieiące wyſzukiwa.

9. Izali rhynoceros będźie chćiał tobie ſłużyć, ábo zmieſzka u żłobu twego?

10. Izali uwiążeſz rhynocerotá ná oránie lecem twoim? ábo będźie łamał ſkiby dolin zá tobą?

11. Azá będźieſz miáł ufánie w wielkiey mocy iego, y zoſtáwiſz mu roboty twoie?

12. Izali mu wierzyć będźieſz, żeć wroći náśienie twoie, y gumno twoie zgromádźi?

13. Pio-

13. Pioro ſtruſowe podobne ieſt piorom herodioná, y iáſtrząbowym.

14. Gdy zoſtáwia iáycá ſwoie ná źiemi, ty ie podobno w piáſku zágrzeieſz?

15. Zápomina, że ie nogá podeptáć może, ábo źwierz polny zetrzeć.

16. Zátwardza ſię przećiw dźiećiam ſwoim, iákoby nie iego były, prozno prácował, gdyż żadna boiaźń nieprzymuſzáłá.

17. Bo mu Bog odiął mądrość, y nie dał wyrozumienia.

18. Gdy czás przydźie, ſkrzydłá ku gorze podnośi; śmieie ſię z koniá, y z iezdzcá iego.

19. Izali daſz koniowi moc, á obtoczyſz ſzyi iego rzánie?

20. Izali go ſpędźiſz iáko ſzáráńczą? ſławá nozdrzy iego ſtrách.

21. Kopie źiemię kopytem, wyſkákuie śmiele; bieży przećiw zbroynym.

22. Gárdźi ſtráchem, áni uſtępuie mieczowi.

23. Nád nim chrzęśćić będźie ſáydak, błyſkáć ſię będźie drzewce y tarcza.

24. Pałáiąc á rzáiąc żrze źiemię, áni uważa, że brzmi głos trąby.

25. Gdy uſłyſzy trąbę, mowi: wah, z dáleká czuie woynę, nápominánie hetmanow, y krzyk woyſká.

26. Izali twą mądrośćią obraſta pierzem iáſtrząb, rozſzerzáiąc ſkrzydłá ſwe ná poludnia?

27. Aza ná roſkázánie twe wzbiie ſię orzeł, y ná wyſokich mieyſcách położy gniazdo ſwoie?

28. Ná opokách mieſzká, y ná przykrych krzemieniách przebywa, y ná nieprzyſtępnych ſkáłách.

29. Ztámtąd upátruie pokarm, á zdáleká oczy iego widzą.

30. Dźieći iego lizáć będą krew; á gdźiekolwiek będźie ſćierw, ſwnet przybywa.

31. Y przydał Pan, y rzekł do Jobá:

32. Izali kto ſię ſpiera z Bogiem, ták ſię łátwie uſpokoia? wżdyć kto ſtrofuie Bogá, má mu odpowiádáć.

33. A Job odpowiádáiąc Pánu, rzekł:

34. Ktorym lekce mowił, coż mogę odpowiedźieć? rękę moię włożę ná uſtá moie.

35. Iednem rzecz mowił, ktorey bodayem był nie mowił; y drugą, do ktorey więcey nie przydam.

13. Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodii *a*, & accipitris *b*.

14. Quando derelinquit ova ſua in terra, tu forſitan in pulvere calefacies ea?

15. Obliviſcitur, quod pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat.

16. Duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui, fruſtra laboravit nullo timore cogente.

17. Privavit enim eam Deus ſapientia, nec dedit illi intelligentiam.

18. Cum tempus fuerit, in altum alas erigit; deridet equum & aſcenſorem ejus.

19. Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum?

20. Numquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas? gloria narium ejus terror.

21. Terram ungula fodit, exultat audacter; in occurſum pergit armatis.

22. Contemnit pavorem, nec cedit gladio.

23. Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta & clypeus.

24. Fervens & fremens ſorbet terram, nec reputat tubæ ſonare clangorem.

25. Ubi audierit buccinam, dicit: Vah, procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & ululatum exercitus.

26. Numquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, expandens alas ſuas ad Auſtrū *c*.

27. Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum?

28. In petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus.

29. Inde contemplatur eſcam, & de longe oculi ejus proſpiciunt.

30. Pulli ejus lambent ſanguinem; & ubicumque cadaver *d* fuerit, ſtatim adeſt.

31. Et adjecit Dominus, & locutus eſt ad Job:

32. Numquid qui contendit cum Deo, tam facile conquieſcit? utique qui arguit Deum, debet reſpondere ei.

33. Reſpondens autem Job Domino, dixit:

34. Qui leviter locutus ſum, reſpondere quid poſſum, manum meam ponam ſuper os meum

35. Unum locutus ſum, quod utinam non dixiſſem; & alterum, quibus ultra non addam.

a Herodius juxta Tirinum genus ciconiæ; typus eſt pietatis in parentes & filios.

b accipiter ſymbolum eſt ſagacitatis, S. Ambroſ.

c mirabili modo quot annis juveneſcens.

d quia eſt genus aquilarum minus nobile, ſeu vulturinum, quod morticiniis inhiat. Matth. 24. v. 28.

CAPUT XL.

Deus instruens Job, ostendit ei suam potentiam in Behemoth, 1. In Leviathan, 20.

1. RESpondens autem Dominus Job de turbine, dixit:

2. Accinge sicut vir lumbos tuos; interrogabo te, & indica mihi.

3. Numquid irritum *a* facies judicium meum, & condemnabis me, ut tu justificeris?

4. Et si habes brachium sicut Deus, & si voce simili tonas?

5. Circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus *b*.

6. Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia.

7. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo.

8. Absconde eos in pulvere simul, & facies eorum demerge in foveam;

9. Et ego confitebor, quod salvare te possit dextera tua.

10. Ecce Behemoth *c*; quem feci tecum, *d* fœnum quasi bos comedet;

11. Fortitudo ejus in lumbis ejus, & virtus illius in umbilico ventris ejus *e*.

12. Stringit caudam suam *f* quasi cedrum, nervi testiculorum ejus perplexi sunt.

13. Ossa ejus velut fistulæ æris, cartilago illius quasi laminæ ferreæ.

14. Ipse est Principium viarum *g* Dei, qui fecit eum, applicabit gladium ejus.

15. Huic montes herbas ferunt; omnes bestiæ agri ludent ibi.

16. Sub umbra dormit in secreto calami; & in locis humentibus.

17. Protegunt umbræ umbram ejus, circumdabunt eum salices torrentis.

18. Ecce, absorbebit fluvium, & non mirabitur; & habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus.

19. In oculis ejus quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares ejus.

20. An extrahere poteris Leviathan *h* hamo, & fune ligabis linguam ejus?

21. Numquid pones circulum in naribus ejus, aut armilla perforabis maxillam ejus?

22. Numquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?

23. Num-

a vel iniquum

b Græce & Chald. gloriam & decorem indue, sc. mira operare, ut ego.

c inter terrenas bestias maximus sc. elephas, vel Rhinoceros, allegorice diabolus.

d ut serviat tuis usibus.

e allegorice diaboli virtus est in vitiis luxuriæ & gulæ.

f allegorice cauda diaboli est Antichristus. S. Gregor.

g seu operum

h Balænam horrendum Oceani monstrum, v. Tirin.

ROZDZIAŁ XL.

Bog informuie Jobá, opowiádáiąc mu swoiom moc w Behemoćie, y Lewiáthánie.

1. A Odpowiádáiąc Pan Jobowi z wichru, rzekł:

2. Przepáśz iáko mąż biodrá swe; będę ćię pytał, á powiedź mi:

3. Izali wniwecz obroćisz sąd moy, y potępisz mię, ábyś śię ty usprawiedliwił?

4. A ieśli masz rámię iáko Bog, á ieśli grzmisz głosem podobnym?

5. Oblecz śię w ozdobę, y wynieś śię w zgorę, y bądź chwalebnym, y oblecz śię w piękne száty.

6. Rosprosz hárde w zapálczywośći twoiey, á weyźrzawszy ná wszelkiego hárdego, poniż.

7. Weyźrzy ná wszytkie pyszne, á zelży ie, y zetrzy niezbożniki ná mieyscu ich.

8. Zákriy ie w prochu pospołu, á oblicza ich ponurz w doł;

9. Y ia przyznam, że ćię może zbáwić práwicá twoiá.

10. Oto Behemoth, ktoregom uczynił z tobą, będźie iadł śiáno iáko woł;

11. Moc iego w biodrách iego, á śiłá iego w pępku brzuchá iego.

12. Rusza ogonem swym iáko cedrem, żyły iąder iego są powikłáne.

13. Kośći iego iáko piszczele miedźiane, chrząstki iego iáko bláchy żelázne.

14. On ieſt początkiem drog Bożych, ktory go uczynił, przyłoży miecz swoy.

15. Temu gory trawę rodzą; wszytkie bestye polne gráć tám będą.

16. Pod ćieniem sypia, w tayniku trzćiny, y ná mieyscách wilgotnych.

17. Zákrywáią ćienie ćień iego, ogárną go wierzby potoku.

18. Oto wypiie rzekę, á nie zádźiwi śię; á ma nádźieię że śię Jordan wleie w gębę iego.

19. Oczymá swemi iáko wędą bierze ji, á ná palách przekole nozdrze swoie.

20. Aza będźiesz mogł wyćiągnąć Lewiáthána wędą, á powrozem uwiążesz ięzyk iego?

21. Izali záwleczesz obrączkę przez nozdrá iego, ábo tarniem przekolesz czeluść iego?

22. Izali rozmnoży do ćiebie prośby, ábo będźie z tobą mowił łágodnie?

23. Izali

23. Izali uczyni przymierze z tobą, y weźmiesz go zá sługę wiecznego?

24. Aza náigráwáć go będźiesz iáko ptaszká, ábo ji uwiążesz dźiewkam twoim?

25. Zrąbáią go przyiáćiele, rozdźielą go kupcy?

26. Izáli nápełnisz niewody skorą iego, ábo wierszą rybną, głową iego?

27. Włoż nań rękę twoię; wspomni ná bitwę, á więcey nieprzydaway mowić.

28. Oto nádźieiá iego omyli go, á przed oczymá wszytkich strącon będźie.

ROZDZIAŁ XLI.

Złość Lewiathána opisana według członkow, twárdośći, y pychy iego. Wykłada się, że iest on podobienstwo czarta.

1. NIe iáko okrutny obudzę go; bo ktoż się może sprzećiwić twarzy moiey?

2. Kto mi dał pierwey, żebych mu oddał? wszytko co iest pod niebem, moie iest.

3. Nie przepuszczę mu, y słowam możnym, y ku proszeniu nástroionym.

4. Ktoż odkryie wierzch odźienia iego, á w pośrzodek gęby iego, kto wnidźie?

5. Wrotá pászczeki iego, kto otworzy? w koło żębow iego strách.

6. Ciáło iego iáko tarcze lane, spoione łuskámi przyćiskáiącemi się.

7. Iedná z drugą się spáia, á áni wiatr wchodźi przez nię.

8. Iedná do drugiey przylnie, á trzymáiąc się śiebie żadnym sposobem nie będą rozdielone.

9. Kichánie iego blask ogniowy, á oczy iego iáko powieki zaránia.

10. Z ust iego lámpi wychodzą, iáko pochodnie ogniá zápalone.

11. Znozdrzy iego wychodźi dym, iáko gárncá podpalonego y wrzącego.

12. Dech iego węgle zápala, á płomień z ust iego wychodźi.

13. Wszyi iego będźie mieszkálá moc, á nie dostátek przed obliczem iego chodźi.

14. Członki ciáłá iego spaiáią się społu; wypuśći nań pioruny, á ná inne się mieysce nie uniosą.

15. Serce iego zátwárdnieie iáko kámień, y zbiie się iáko kowálska nákowálnia.

16. Gdy się podnieśie, zlękną się ányołowie, á przestrászeni czyśćić się będą.

17. Gdy

23. Numquid feriet tecum pactum, & accipies eum servum sempiternum?

24. Numquid illudes ei quasi avi, aut ligabis eum ancillis tuis?

25. Concident eum amici, divident illum negotiatores?

26. Numquid implebis sagenas pelle ejus, & gurgustium piscium capite illius?

27. Pone super eum manum tuam; memento belli *a*, nec ultra addas loqui.

28. Ecce, spes ejus frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

a Quod tibi cum allegorico Leviathan seu diabolo gerendum est

CAPUT XLI.

Malitia Leviathan arguitur juxta illius membra, duritiam, & superbiam, 1. Exponitur, eum figuram esse diaboli, 24.

1. NOn quasi crudelis suscitabo eum; quis enim resistere potest vultui meo?

2. Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? omnia, quæ sub cœlo sunt, mea sunt.

3. Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.

4. Quis revelabit faciem indumenti ejus? *b* & in medium oris ejus, quis intrabit *c*?

5. Portas vultus ejus *d* quis aperiet? per gyrum dentium ejus formido.

6. Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus.

7. Una uni conjungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas;

8. Una alteri adhærebit, & tenentis se nequaquam separabuntur.

9. Sternutatio ejus splendor ignis *e*, & oculi ejus, ut palpebræ diluculi *f*.

10. De ore ejus lampades procedunt, sicut tedæ ignis accensæ.

11. De naribus ejus procedit fumus, sicut ollæ succensæ atque ferventis.

12. Halitus *g* ejus prunas ardere facit, & flamma de ore ejus egreditur.

13. In collo ejus morabitur fortitudo, & faciem ejus præcedit egestas *h*.

14. Membra carnium ejus cohærentia sibi; mittet *i* contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.

15. Cor ejus indurabitur tamquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus *k*.

16. Cum sublatus fuerit *l*, timebunt angeli *m*, & territi purgabuntur.

b q. d. quis pellem ei Leviathan detrahet.
c Ut ei frænum injiciat.
d Rictum & labia.
e Sternutans videtur flammas non aquas ejaculari.
f Lucentes & flammei.
g Allegorice diaboli inspiratio homines ardere facit ira, libidine &c.
h Nam reliquos pisces devorat.
i Deus.
k Fulmine percussa balæna magis induratur.
l supra undas se erigens.
m Fortes virtuosi & casti, ut angeli.

17. Cum

17. Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit neque hasta, neque thorax;

18. Reputabit enim quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum, æs.

19. Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ.

20. Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam.

21. Sub ipso erunt radii solis *a*, & sternet sibi aurum quasi lutum *b*.

22. Fervescere faciet quasi ollam profundum mare, & ponet, quasi cum unguenta bulliunt.

23. Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentem.

24. Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret.

25. Omne sublime videt *c*, ipse est rex *d* super universos filios superbiæ.

a Potest admittere illos, vel excludere pro libitu.
b Confringit naves, aurum & pretiosas merces sibi substernit, quas ut lutum curat.
c Imperterritus.
d Septuag. omnium, quæ in aquis sunt: allegorice lucifer.

17. Gdy się go imie miecz, ostać się nie będźie mogł áni oſczep, áni pánterz.

18. Poczytáć bowiem będą zá żelázo, źie plewy, á miedź zá sprochniáłe drewno.

19. Nie zápłoszy go strzelec, we źdźbło mu się obrocily kámięnie proce.

20. Młot iáko źdźbło poczytać będźie, y śmiać się będźie z miecącego drzewcem.

21. Pod nim będą promienie słoneczne, y náśćiele sobie złotá iáko błotá.

22. Uczyni, że będźie wrzáłá głębokość morzá iáko gárnieć, y uczyni iáko gdy máśći kipią.

23. Zá nim świećić będźie szćieżká, będźie mu się zdáłá głębokość iákoby ośiwiáłá.

24. Niemász ná źiemi mocy, ktoraby się mu przyrownáć mogłá, ktory uczynion iest, áby się nikogo nie bał.

25. Wszystko wysokie widźi, on iest krolem nád wszemi synmi pychy.

CAPUT XLII.

Job deprecatur iterato suam insipientiam, 1. A Domino præfertur amicis, pro illis orat, & Deo reconciliat, 7. Duplicia recipit eorum, quæ amiserat; tandem plenus dierum in pace quiescit, 10.

1. RESpondens autem Job Domino, dixit:

2. Scio, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.

3. Quis est iste, qui celat consilium absque scientia? ideo insipienter locutus sum, & quæ ultra modum excederent scientiam meam.

4. Audi, & ego loquar; interrogabo te, & responde mihi.

5. Auditu auris audivi te, nunc autem oculus *e* meus videt te *f*.

6. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere.

7. Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Job, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos *g*, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Job.

8. Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad servum meum Job, & offerte holocaustum pro vobis; Job autem servus meus orabit pro vobis; faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia;

e i. mens.
f forsan etiam sensibili forma præsentem.
g Eliu jam prius reprehenderat.

ROZDZIAŁ XLII.

Job powtore wyznáwa swoie głupstwo. Pan Bog go przekłada nád przyiáćioły, y modil wszyste zá nimi przeiednywa ich Bogu; we dwoy náſob wźiął wszystkiego, co pierwey miał, á potym będąc pełen lat, umarł.

1. A Job odpowiadáiąc Pánu, rzekł:

2. Wiem, iż wszytko możesz, á nie iest ći żadna myśl táyna.

3. Ktoż iest táki, co tái rádę bez umieiętnośći? przetom nie mądrze mowił, y to co nád miárę przychodźiło wiádomość moię.

4. Słuchay, y ia będą mowił; spytam ćię á odpowiedz mi.

5. Słuchem uchá słyszałem ćię, á teraz oko moie widźi ćię.

6. Przetoż sam śiebie winuię, y czynię pokutę w perzu y w popiele.

7. A gdy Pan odmowił te słowá do Jobá, rzekł do Elipházá Themánitczyká: Rozgniewáłá się zápálczywość moiá ná ćię, y ná dwá przyiáćioły twoie, iżeśćie nie mowili przede mną práwie, iáko Job sługá moy.

8. A ták weźmiyćie sobie śiedm bykow, y śiedm baránow, á idźćie do sługi mego Jobá, á ofiáruyćie cáłopalenie zá śiebie; á Job sługá moy będźie się zá was modlił; oblicze iego przyimę, áby wam głupstwo nie było poczy-

poczytáne; bośćie nie mowili práwi ku mnie iáko Job sługá moy.

9. Poszli tedy Elipház Themánitczyk, y Báldád Suhitczyk, y Sophár Náámátyczyk, y uczynili, iako był Pan do nich mowił, y przyiął Pan oblicze Jobowe.

10. Náwroćił się też Pan ná pokutę Jobowę, gdy się on modlił zá przyiáćioły swoie. Y przyczynił Pan wszego, cokolwiek miał Job, we dwoy nasob.

11. A bráćia iego, wszyscy przyszli do niego, y wszytkie śiostry iego, y wszyscy, ktorzy go przed tym ználi, y iedli znim chleb w domu iego, y kiwáli nád nim głową, y ćieszyli go zewszego złego, ktore nań był Pan przepuśćił; y dáli mu káżdy owcę iednę, y nausznicę złotą iednę.

12. A Pan błogosłáwił poslednim Jobowym więcey niżli początkowi iego. Y miał czternáśćie tyśięcy owiec y sześć tyśięcy wielbłądow, y tyśiąc oslic.

13. Miał też śiedm synow, y trzy corki.

14. Y dał imię iedney Dźień, á drugiey imię Káśsia, y trzećiey imię Rog bárwiczki.

15. Y nienálázły się niewiásty ták piękne, iáko corki Jobowe, we wszytkiey źiemi; y dał im oćiec ich dźiedźictwo miedzy bráćią ich.

16. A Job żył potym sto, y czterdźieśći lat, y widźiał syny swe, y syny synow swoich áż do czwartego pokolenia, y umárł będąc stáry y pełen dni.

titia; neque enim locuti estis ad me recta, sicut servus meus Job.

9. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites, & fecerunt, sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & suscepit Dominus faciem Job *a*.

10. Dominus quoque conversus est ad pœnitentiam Job; cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia, quæcumque fuerant Job, duplicia.

11. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & universæ sorores suæ, & cuncti, qui noverant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo ejus; & moverunt super eum caput *b*, & consolati sunt eum super omni malo, quod intulerat Dominus super eum; & dederunt ei unusquisque ovem unam, & inaurem auream unam.

12. Dominus autem benedixit novissimis Job magis quam principio ejus. Et facta sunt ei quatuordecim millia ovium, & sex millia camelorum, & mille juga boum, & mille asinæ.

13. Et fuerunt ei septem filii, & tres filiæ.

14. Et vocavit nomen unius Diem *c*, & nomen secundæ Cassiam *d*, & nomen tertiæ Cornustibii *e*.

15. Non sunt autem inventæ mulieres speciosæ sicut filiæ Job in universa terra; deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum.

16. Vixit autem Job post hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum usque ad quartam generationem, & mortuus est senex, & plenus dierum.

a Exaudivit preces ejus, pro illis fusas.

b Præ admiratione tantæ mutationis.

c Quod pulchra esset instar splendidæ diei

d Quod gratiosa esset, ut aromatica cassia.

e Quod speciosa, quasi stibio depicta. Tirin.

KSIĘGI PSALMOW.

PSALM. I.

Synagoga zákon Moyzeszá, táiemnie kośćioł zakonu Krystuszowego sławi; á iż pobożni są szczęśliwi, á niepobożni, miserni, y nieszczęśliwi.

1. BŁogosłáwiony mąż, ktory nie chodźił w rádźie niezbożnych, y ná drodze grzesznych nie stał, y ná stolicy zaráźliwośći nie śiedźiał.

2. Ale w zakonie Páńskim wola iego, á w zakonie iego będźie rozmyślał we dnie y w nocy.

3. Y bądźie iáko drzewo, ktore wsádzone iest

LIBER PSALMORUM.

PSALMUS I.

Synagoga legem Moysis, mystice Ecclesiæ legem Christi prædicat; & pios beatos, impios contra miseros fore.

1. BEatus vir, qui non abiit in consilio impiorum *f*, & in via peccatorum non stetit *g*, & in cathedra pestilentiæ non sedit *h*;

2. Sed *i* in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

3. Et *k* erit tamquam lignum, quod plantatum

f Malis consiliis obsequens

g Permanens in peccato.

h Alios docens.

i Josue 1. 8.

k Jer. 17. 8.

tum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium ejus non defluet; & omnia, quæcumque faciet, proſperabuntur.

4. Non ſic impii, non ſic; ſed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

5. Ideo non reſurgent *a* impii in judicio; neque peccatores in concilio juſtorum.

6. Quoniam novit Dominus viam juſtorum; & iter *b* impiorum peribit.

a Id eſt, cauſa cadent.

b Conatus & ſtudia.

PSALMUS II.

Fruſtra homines, & principes, ſe Davidis & Chriſti regno opponere. Hunc eſſe univerſorum regem a Deo patre conſtitutum, cui ſit parendum, ſi ſalvi eſſe velimus.

1. QUare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania?

2. Aſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus.

3. Dirumpamus vincula *c* eorum; & projiciamus a nobis jugum ipſorum.

4. Qui habitat in cœlis, irridebit eos; & Dominus ſubſannabit eos.

5. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.

6. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion *d* montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus.

7. Dominus *e* dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie *f* genui te.

8. Poſtula a me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ *g*.

9. Reges *h* eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos.

10. Et nunc reges intelligite; erudimini, qui judicatis terram.

11. Servite Domino in timore; & exultate ei cum tremore.

12. Apprehendite diſciplinam *i*, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta.

13. Cum exarſerit in brevi ira ejus, beati omnes, qui confidunt in eo.

c Dei legem, & Chriſti Evangelium.

d Eccleſiam, cujus typus & origo fuit in monte Sion.

e Actor. 13. 33. Hebr. 1. 5. & 5. 5.

f Ab æternitate.

g Ut hæreditas tua, ſeu Eccleſia ſit catholica, ubique diffuſa.

h Apoc. 2. 27. & 19. 15.

i Hieron. ex Hebr. oſculamini, ſeu adorate filium.

PSALMUS III.

Deum, ut ſe ab exercitu hoſtili defendat, precatur. Congruit allegorice Chriſto patienti & reſurgenti.

1. Pſal-

ieſt nád ſzćiekániem wod, ktore ſwoy owoc da czáſu ſwego. A liśćie iego nie opádnie; y wſzytko, cokolwiek czynić będźie, poſczęśći ſię.

4. Nie ták niezbożni, nie ták; ále iáko proch, ktory rozmiátá wiátr z wierzchu źiemie.

5. Przetoż nie powſtáną niezbożnicy ná ſądźie; áni grzeſznicy w zebrániu ſpráwiedliwych.

6. Abowiem zná Pan drogę ſpráwiedliwych; á drogá niepobożnych zginie.

PSALM. II.

Ze ſię prozno ludźie, á kiążąta przećiw Dawidowemu, y Kryſtuſowemu krolewſtwu buntuią; że ten ieſt krol wſzytkich od Bogá poſtánowiony; ktorego poſłuchać mámy, ieſli chcemi zbáwieni być.

1. CZemu ſię wzburzyli pogáni, á ludźie rozmyśláli prozne rzeczy?

2. Stánęli weſpoł krolowie źiemſcy, á kśiążętá zeſzli ſię w gromádę przećiw Pánu, y przećiw Kryſtuſowi iego.

3. Potárgaymy związki ich; y zrzućmy z śiebie iárzmo ich.

4. Ktory mieſzka w niebieśiech, náśmieie ſię z nich; á Pan ſzydźić z nich będźie.

5. Tedy będźie mowił do nich w gniewie ſwoim, y w zápálczywośći ſwey potrwoży ie.

6. A iam ieſt poſtánowion krolem od niego nád Sionem gorą świętą iego, opowiádáiąc przykazánie iego.

7. Pan rzekł do mnie: Tyś ieſt ſynem moim, iam ćiebie dźiś zrodźił.

8. Żąday odemnie, y dam ći pogány dźiedźictwo twoie, á ośiádłość twą kráie źiemie.

9. Będźieſz ie rządźił, láſką żelázną á iáko naczynie gárncząrſkie pokruſzyſz ie.

10. A teraz krolowie rozumieyćie; ćwiczćie ſię, ktorzy ſądźićie źiemię.

11. Służćie Pánu w boiáźni; á ráduyćie ſię mu ze drżeniem.

12. Chwyććie ſię náuki, by ſię kiedy nie rozgniewał Pan; y niepoginęliśćie z drogi ſpráwiedliwey.

13. Gdyby ſię w krotce zápalił gniew iego, Błogoſłáwieni wſzyſcy, ktorzy w nim ufáią.

PSALM. III.

Prośi Bogá, áby go od woyſká nieprzyiáćioł wybáwił; może ſię y o Kryſtuśie rozumieć.

1. Pſalm

1. Psalm Dáwidowy, gdy ućiekał przed Absolonem synem swoim. (2. *Krol.* 15. 14.

2. PAnie, przecz się rozmnożyli, co mię trapią? wiele ich powstáią przećiwko mnie.

3. Wiele ich mowią duszy moiey: Niema ten zbáwieniá w Bogu swoim.

4. Ano ty Pánie iesteś obrońcá moy, chwałá moiá, y podwyszáiący głowę moię.

5. Głosem moim wołałem do Páná, y wysłuchał mię z gory świętey swoiey.

6. Iam spał y twárdom záśnął; y wstałem, bo Pan obronił mię.

7. Nie będę się bał tyśięcy ludu około mnie leżącego; powstań Pánie, wybáw mię Boże moy.

8. Boś ty pobił wszytkie sprzećiwiáiące mi się bez przyczyny; pokruszyłeś zęby grzesznikow.

9. Páńskie iest wybáwienie; á nád ludem twoim błogosłáwieństwo twoie.

PSALM. IV.

Nieprzyiáćioły też y towarzysze swoie upominá, áby służyli Bogu, dlá dostąpienia wielkośći dáruw iego; pomocy od Bogá prośi: tdiemnie się to rozumi o Krystusie, y o Kośćiele iego.

1. Ná koniec w pieśniách, Psalm Dáwidowi.

2. Kiedym wzywał, wysłuchał mię Bog spráwiedliwośći moiey, w ućiśnieniu rozprzestrzeniłeś mi. Zmiłuy się nádemną, á wysłuchay modlitwę moię.

3. Synowie człowieczy pokiż ćiężkiego sercá? przecz miłuiećie márność, y szukaćie kłamstwá?

4. Wiedzćież, iż dźiwnym uczynił Pan świętego swego, wysłuchá mię Pan, gdy záwołam do niego.

5. Gniewayćie się, a nie grzeszćie; co mowićie w sercách wászych, ná łożkách wászych żáluyćie.

6. Ofiáruyćie ofiárę spráwiedliwośći, á ufayćie w Pánu, wiele ich mowią: ktoż nam okazał dobrá?

7. Náznámionowáná iest nád námi świátłość oblicza twego Pánie; dałeś wesele w sercu moim.

8. Od urodzáiu zboża, winá, y oliwy swey rozmnożeni są.

9. W pokoiu pospołu będę spał, y odpoczywał.

---

1. Psalmus David, cum fugeret a facie Absalon filii sui. (2. *Reg.* 15. 14.)

2. DOmine quid multiplicati sunt, qui tribulant me? multi insurgunt adversum me.

3. Multi dicunt animæ meæ: Non est salus ipsi in Deo ejus.

4. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea *a*, & exaltans caput meum *b*.

5. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo.

6. Ego dormivi, & soporatus sum; & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

7. Non timebo millia populi circumdantis me; exurge Domine, salvum me fac Deus meus.

8. Quoniam tu percusisti omnes adversantes mihi sine causa; dentes *c* peccatorum contrivisti.

9. Domini est salus; & super populum tuum benedictio tua *d*.

a activa, tu me glorificas. *b* animam ne succumbat afflictioni.

c arma & vires hostium & diabolorum. *d* hic & alibi sæpius alii addunt Selach, q. d. o bonitatem Dei!

PSALMUS IV.

Hortans cum hostes, tum socios suos ad Dei cultum, ut ejus bonis multiplicentur, a Deo sibi opem poscit. Allegorice congruit Christo & Ecclesiæ.

1. In finem *e* in carminibus. Psalmus David.

2. CUm invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ; in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, & exaudi orationem meam.

3. Filii hominum usquequo gravi corde? ur quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

4. Et scitote, quoniam mirificavit *f* Dominus sanctum suum; Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.

5. Irascimini *g*, & nolite peccare; quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

6. Sacrificate sacrificium justitiæ *h*, & sperate in Domine; multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

7. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine; dedisti lætitiam in corde meo.

8. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt *i*.

9. In pace in idipsum dormiam, & requiescam *k*;

e ad finem sæculorum, seu tempora Messiæ hic Psalmus spectat.

f admirabilem effecit sua singulari ope. *g* Ephes. 4. 26.

h Deo placens

i fideles Dei servi *k* securus de Domini providentia.

10. Quoniam tu Domine singulariter in spe *a* constituisti me.

a Chald. securitate.

PSALMUS V.

Deum orat David in persecutione Saul. Allegorice & prophetice Christus suo, & Ecclesiæ nomine precatur, ut malignis mala, probis bona retribuat.

1. In finem pro ea *b*, quæ hæreditatem consequitur, Psalmus David.

b Ecclesia, vel anima justa.

2. VErba mea auribus percipe Domino, intellige clamorem meum.

3. Intende voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus.

4. Quoniam ad te orabo: Domine mane *c* exaudies vocem meam.

c mature, & tempestive.

5. Mane astabo *d* tibi, & videbo *e*; quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

d ut tibi supplicem, & obtemperem.
e i. meditabor.

6. Neque habitabit juxta te malignus; neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

7. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem; perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus;

8. Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam; adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

9. Domine deduc me in justitia tua *f*; propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

f in viis legis tuæ justæ.

10. Quoniam non est in ore eorum veritas; cor eorum vanum est.

11. Sepulchrum *g* patens *h* est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, judica illos Deus. Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te Domine.

g Psal. 13. 3. & 39. 4. Rom. 3. 13.
h exhalans fœtorem mendaciorum.

12. Et lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum exultabunt; & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum; quoniam tu benedices justo.

13. Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos *i*.

i nos undique cingens tuo favore.

PSALMUS VI.

Deum orat David; Allegorice Christus, ut se, hoc est, suos credentes a morbis, & a peccatis

---

10. Bo ty Pánie osobliwie w nádźieley postánowiłeś mię.

PSALM. V.

Bogá prośi Dáwid w przeſládowániu Saulowym; w proroctwym Krystus dla śiebie, y dla kośćioła prośi, áby złym złe, dobrym dobre oddał.

1. Ná koniec, za tę, ktora dźiedźictwá dostępuie, Psálm Dáwidowi.

2. SŁowá moie przyimi w uszy Pánie, wyrozumiey wołánie moie.

3. Pilnie słuchay głosu modlitwy moiey, krolu moy, y Boże moy.

4. Bo do ćiebie modlić się będę: Pánie ráno wysłuchasz głos moy.

5. Ráno będę stał przed tobą, y uyźrzę; ábowiem nie Bog chcący niepráwośći ty iesteś.

6. Ani mieszkáć będźie przy tobie złośnik; áni się ostoią niesprawiedliwi przed oczymá twemi.

7. Nienawidźisz wszytkich, ktorzy broią niepráwość; zátráćisz wszytkie, ktorzy mowią kłamstwo. Mężem krwáwym y zdrádliwym brzydźi się Pán;

8. A ia w mnostwie miłośierdźia twego, wnidę do domu twego; pokłonię się ku kośćiołowi twemu świętemu w boiáźni twoiey.

9. Pánie prowadz mię w spráwiedliwośći twoiey; dla nieprzyiáćioł moich prostuy przed obliczem twoim drogę moię.

10. Abowiem niemász w uśćiech ich prawdy; serce ich iest márne.

11. Grob otwárty gárdło ich, ięzyki swymi zdrádliwie poczynáli, osądź ie Boże. Niechay upádną od myśli swoich, wedle mnostwá niezbożnośći ich, wypądź ie, bo ćię rozdráźnili Pánie.

12. Y niech się rozweselą wszyscy, ktorzy nádźieię máią w tobie; náwieki rádowáć się będą, y będźiesz mięszkał w nich. Y będą się chlubić w tobie wszyscy, ktorzy miłuią imię twoie; Abowiem ty będźiesz błogosłáwił spráwiedliwemu.

13. Pánie, iáko tarczą dobrey woley twey obtoczyłeś nas.

PSALM. VI.

Dáwid Bogá prośi; Táiemnie Krystus, áby go, to iest: swoich wiernich od choroby, y od grzechu

chu uzdrowił; á wysłuchány będąc z prorockimi ustámi z nieprzyiaćioły urąga się.

1. Ná koniec w pieśniách, Psalm Dawidowi ná oktáwę.

2. PAnie, nie w zápálczywośći twey strofuy mię, áni w gniewie swoim karz mię.

3. Zmiłuy się nádemną Pánie, bom ći chory; uzdrow mię Pánie, boć strwożone są kośći moie.

4. Y duszá moiá strwożoná iest bárzo; ále ty Pánie pokiż?

5. Náwroć się Pánie, á wyrwi duszę moię; zbáw mię dla miłośierdźia twego.

6. Abowiem w śmierći niemász, ktoby ná ćię pámiętał; á w piekle ktoć wyznáwáć będźie?

7. Prácowałem w płáczu moim, będę omywáł ná káždą noc łożko moie; łzámi moiemi będę polewał pośćiel swoię.

8. Strwożyło się od zápálczywośći oko moie; stárzałem śię między wszytkimi nieprzyiáćioły memi.

9. Odstąpćie odemnie wszyscy, ktorzy nieprawość czynićie; ábowiem wysłuchał Pan głos płáczu moiego.

10. Wysłuchał Pan prośbę moię, Pan modlitwę moię przyiął.

11. Niech się záwstydzą, y wielce zátrwożą wszyscy nieprzyiáćiele moi; niech się náwrocą, y záwstydzą bárzo prędko.

catis sanet; exauditus prophetice inimicis insultat.

1. In finem in carminibus, Psalmus David, pro octáva *a*.

2. DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

3. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum; sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

4. Et anima mea turbata est valde; sed tu Domine usquequo *b*?

5. Convertere Domine, & eripe animam meam; salvum me fac propter misericordiam tuam.

6. Quoniam non est in morte, qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi *c*?

7. Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo.

8. Turbatus est a furore oculus meus; inveteravi inter omnes inimicos meos.

9. Discedite *d* a me omnes, qui operamini iniquitatem; quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

10. Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit.

11. Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei; convertantur, & erubescant valde velociter *e*.

a sc. mundi ætate, & perfecta beatitudine.

b supple; non medeberis.

c Te laudans, vel incitans alios ad laudandum.

d Matth. 7. 23. 25. 41. Luc. 13. 27.

e Videntes seriam, & velocem meam pœnitentiam.

PSALM VII.

Dlá śiebie przećiw Saulu, á Semei modli się Dawid; to iest: Krystus, áby dlá niewinnośći swoiey z kośćiołem swoim zachowány był; lecz nieprzyiáćiołe áby káráni byli dlá uporu swego.

1. Psalm Dáwidow, ktory śpiewał Pánu zá słowá Chusy syná Iemini. (*2. Krol. 16.*)

2. PAnie Boże moy w tobiem nádźieię położył; wybaw mię od wszytkich prześládowcow moich, y wyzwol mię.

3. By kiedy nie porwał iáko lew dusze moiey, gdy niemász, ktoby odkupił, áni ktoby wybáwił.

4. Pánie Boże moy! ieslim to ucyynił, iesli iest nieprawość w rękách moich;

5. Ieslim oddał oddawáiącym mi złe, niech upádnę słusznie przed nieprzyiáćioły moimi prozny.

6. Niechay prześláduie nieprzyiáćiel duszę moię,

PSALMUS. VII.

Pro se contra Semei & Saul orat David. Prophetice Christus, ut ob suam innocentiam ipse cum Ecclesia servetur, inimici vero ob pertinaciam pœnas luant.

1. Psalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusi *f* filii Jemini, (*2. Reg. 16.*)

2. DOmine Deus meus in te speravi; salvum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

3. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est, qui redimat, neque qui salvum faciat.

4. Domine Deus meus! si feci istud, si est iniquitas in manibus meis;

5. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.

6. Persequatur inimicus animam meam, & comdrehendat, & conculcet in terra vitam

f i. Æthiopis, sic Saulem vocat ob morũ nigredinẽ & obstinationẽ in malo.

tam meam, & gloriam meam in pulverem deducat.

7. Exurge Domine in ira tua; & exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge Domine Deus meus in præcepto, quod mandasti;

8. Et Synagoga populorum *a* circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere;

a Ecclesia supplicabunda & laudans.

9. Dominus judicat populos. Judica me Domine secundum justitiam meam, & secundum innocentiam meam super me.

10. Consumetur nequitia peccatorum, & diriges justum, scrutans *b* corda & renes Deus.

b 1 Par. 28. 9. Jerem. 11. 20. & 17. 10. & 20. 12.

11. Justum adjutorium meum a Domino, qui salvos facit rectos corde.

12. Deus judex justus fortis & patiens; numquid irascitur per singulos dies?

13. Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit; arcum suum tetendit, & paravit illum.

14. Et in eo paravit vasa mortis *c*, sagittas suas ardentibus effecit.

c tela & instrumenta mortifera.

15. Ecce *d* parturiit injustitiam; concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

d Job. 15. 35. Isai. 59. 4.

16. Lacum aperuit, & effodit eum; & incidit in foveam, quam fecit.

17. Convertetur *e* dolor ejus in caput ejus; & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

e i. recidet.

18. Confitebor Domino secundum *f* justitiam ejus; & psallam nomini Domini altissimi.

f pro.

moię, y niech polmá, y podepce ná źiemi żywot moy, á sławę moię niechay w proch obroći.

7. Powstań Pánie w gniewie twoim, y wynieś się ná gránicách niepryiáćioł moich. Y powstań Pánie Boże moy w przykazániu, ktoreś roskazał;

8. A zgromadzenie národow obstąpi ćie. Y dla tego wroć się ná wysokość;

9. Pan sądźi národy. Sądź mię Pánie według spráwiedliwośći moiey, y według niewinnośći moiey ná mnie.

10. Zginie złość grzesznikow, á prosto prowádźisz spráwiedliwego bádáiący się serc y nerek Boże.

11. Spráwiedliwa pomoc moiá od Páná, ktory zbáwia práwych sercem.

12. Bog sędźia spráwiedliwy, mocny, y ćierpliwy; zaż się gniewa ná káżdy dźień?

13. Iesli się nie náwroćićie, mieczá swego dobędźie; łuk swoy náćiągnął, y nágotował ji.

14. Y nálożył ná nim naczynie śmierći, strzały swe pałáiącemi spráwił.

15. Oto rodźił niespráwiedliwość; począł boleść, y urodźił nieprawość.

16. Doł otworzył, y wykopał ji; y wpadł w doł, ktory uczynił.

17. Obroći się boleść iego ná głowę iego; á ná wierzch głowy iego, niepráwość iego spádnie.

18. Będę wyznawał Pánu według spráwiedliwośći iego; y będę śpiewał imieniowi Páná nawyższego.

PSALMUS VIII.

Dei magnitudinem prædicat a miris ejus operibus, hominis causa factis. Prophetice Christi dignitatem.

1. In finem pro torcularibus *g*, Psalmus David.

g beneficiis & fructibus sanguinis Christi.

2. DOmine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos.

3. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem *h* propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem.

h laudari fecisti divinam tuam majestatem.

4. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum; lunam & stellas, quæ tu fundasti.

5. Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

6. Mi-

PSALM. VIII.

Wielkość Boską sławi, dla cudow iego, ktore człowieku uczynił; táiemnie: godność Krystusa.

1. Ná koniec zá prásy, Psalm Dawidowi.

2. PAnie Pánie nász, iákoż dźiwne iest imię twoie po wszytkiey źiemi! Abowiem wyniosłá się wielmożność twoiá nád niebiosá.

3. Z ust niemowiątek y ssących, uczyniłeś doskonáłą chwałę dla nieprzyiáćioł twoich, ábyś zepsował nieprzyiaćielá y mśćićielá.

4. Abowiem oglądam niebiosá twoie, dźiełá pálcow twoich; księżyc y gwiazdy, ktoreś ty fundował.

5. Coż iest człowiek, iże nań pámiętasz? ábo syn człowieczy, iże go náwiedzasz?

6. Uczy-

6. Uczyniłeſz go máło co mnieyſzym od Anyołow, chwałą y czćią ukoronowałeś go;

7. Y powſtánowiłeś go nád dźielámi rąk twoich.

8. Podałeś wſzytko pod nogi iego, owce y woły wſzytkie; nád to y źwierzętá polne.

9. Ptáſtwo niebieſkie, y ryby morſkiey, ktore ſię przechodzą po ſzćieżkách morſkich.

10. Pánie Pánie náſz, iákoż dźiwne ieſt imię twoie po wſzytkiey źiemi!

PSALM IX.

Dźiękuie Dáwid, á Synágogá Bogu, że ich y inſzych utrápionych od nieprzyiáćielſki krźiwdy broni; táiemnie: Kryſtus y Kośćioł ſię modli, áby Bog bez przeſtanku złych obalił; lecz nábożnych ubogich bronił. Ten Pſalm u Zydow ſię ná dwá dźieli.

1. Ná koniec zá táiemnice ſynowſkie, Pſalm Dáwidowi.

2. BĘdę wyznawał Pánie ze wſzytkiego ſercá mego; będę opowiádał wſzytkie dźiwy twoie.

3. Rozweſelę ſię y rozráduię ſię w tobie; będę śpiewał imieniowi twemu Nawyſſzy!

4. Gdy nieprzyiáćiel moy obroći ſię ná wſtecz; osłábieią y poginą przed oblicznośćią twoią.

5. Boś uczynił ſąd moy y ſpráwę moię; záśiádłeś ná ſtolicy, ktory ſądźiſz ſpráwiedliwość.

6. Zgromiłeś narody, y zginął niezbożny; wygládźiłeś imię ich ná wieki y wieki wiekow.

7. Nieprzyiáćielſkie miecze uſtáły ná koniec; y zburzyłeś ich miáſtá. Zginęłá z trzaſkiem pamiątká ich.

8. A Pan trwa ná wieki. Nágotował ná ſąd ſtolice ſwą;

9. Y on będźie ſądźił okrąg źiemie w prawośći, oſądźi narody w ſpráwiedliwośći.

10. Y ſtał ſię Pan ućieczką ubogiemu; pomocnikiem w potrzebách, w ućiſku.

11. Y niech ufáią w tobie, ktorzy znáią imię twoie; ábowiem nie opuśćiłeś ſzukáiących ćię Pánie.

12. Spiewayćie Pánu, ktory mięſzka ná Sionie; opowiádayćie miedzy narody ſpráwy iego.

13. Abowiem mſczący ſię krwie ich wſpominał; nie zápomniał ubogich wołánia.

14. Zmi-

6. Minuiſti *a* eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum;

7. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

8. Omnia *b* ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi.

9. Volucres cœli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.

10. Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum *c* in univerſa terra!

a Hebr. 2. 7.

b Gen. 1. 18. 1 Cor. 15. 26.

c Gloria tua in Chriſto hominum nobiliſſimo.

PSALMUS IX.

Gratias agit Deo David & Synagoga, quod ſe, & alios afflictos ab hoſtium injuria tueatur; allegorice Chriſtus & Eccleſia orat, ut perpetuo impios evertat, & pios inopes defendat. Hic Pſalmus in duos apud Hebræos ſecatur.

1. In finem pro occultis *d* filii *e*, Pſalmus David.

CONfitebor tibi Domine in toto corde meo; narrabo omnia mirabilia tua.

3. Lætabor & exultabo in te; pſallam nomini tuo Altiſſime!

4. In convertendo inimicum meum retrorſum; infirmabuntur *f*, & peribunt a facie tua.

5. Quoniam feciſti judicium meum & cauſam meam; ſediſti ſuper thronum, qui judicas juſtitiam.

6. Increpaſti Gentes, & periit impius; nomen eorum deleſti in æternum & in ſæculum ſæculi.

7. Inimici defecerunt frameæ in finem; & civitates eorum deſtruxiſti. Periit memoria eorum cum ſonitu *g*;

8. Et Dominus in æternum permanet. Paravit in judicio thronum ſuum;

9. Et ipſe judicabit orbem terræ in æquitate, judicabit populos in juſtitia.

10. Et factus eſt Dominus refugium pauperi; adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.

11. Et ſperent in te, qui noverunt nomen tuum; quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.

12. Pſallite Domino, qui habitat in Sion; annuntiate inter Gentes ſtudia ejus.

13. Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt; non eſt oblitus clamorem pauperum.

14. Mi-

d Myſteriis.

e Chriſti.

f Hoſtes mei in fugam verſi infirmati ſunt & defecerunt.

g Inſtar ſonitus, celerrime.

14. Miserere mei Domine; vide humilitatem meam de inimicis meis.

15. Qui exaltas me de portis mortis *a*, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion *b*.

16. Exultabo in salutari tuo; infixæ sunt Gentes in interitu, quem fecerunt. In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

17. Cognoscetur Dominus judicia faciens; in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

18. Convertantur peccatores in infernum, omnes Gentes, quæ obliviscuntur Deum.

19. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis; patientia *c* pauperum non peribit in finem.

20. Exurge Domine, non confortetur homo; judicentur Gentes in conspectu tuo.

21. Constitue Domine legislatorem *d* super eos; ut sciant gentes, quoniam homines sunt.

a Retrahis me ab extremis periculis.
b In solemnibus conventibus Ecclesiæ.
c Chald. spes.
d Justum judicem & vindicem, sc. Christum.

Psalm. X. secundum Hebræos.

1. UT quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?

2. Dum superbit impius, incenditur pauper *e*; comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant.

3. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ; & iniquus benedicitur.

4. Exacerbavit Dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ *f* non quæret *g*.

5. Non est Deus in conspectu ejus; inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Auferuntur judicia tua a facie ejus; omnium inimicorum suorum dominabitur.

6. Dixit enim in corde suo: Non movebor *h* a generatione in generationem, sine malo.

7. Cujus *i* maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo; sub lingua ejus labor & dolor *k*.

8. Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.

9. Oculi ejus in pauperem respiciunt; insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua. Insidiatur, ut rapiat pauperem; rapere pauperem, dum attrahit eum.

10. In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.

11. Di-

e Pius uritur & torquetur.
f Et arrogantiæ.
g Impius Deum.
h Ab hac mea felicitate.
i Infra 13. 3. Rom. 3. 14.
k Suo sermone creat aliis dolorem & laborem.

14. Zmiłuy się nádemną Pánie; weyźrzy ná uniżenie moie od nieprzyiációł moich.

15. Ktory mię podwyższasz od bram śmierći, ábych opowiádał wszytkie chwały twoie w bramách corki Siońskiey.

16. Będę się weselił w zbáwieniu twoim; powięźli pogánie w zátráceniu, ktore przypráwili. W śidle tym, ktore byli skryćie zástáwili, uwięzłá nogá ich.

17. Poznány będźie Pan sądy czyniący; w uczynkách rąk swoich poymány iest grzesznik.

18. Niech się grzesznicy obrocą do piekłá, wszyscy narodowie, ktorzy zápominaią Bogá.

19. Bo nie do końcá będźie zápomnion ubogi; ćierpliwość ubogich nie zginie do końcá.

20. Powstań Pánie, niech się nie zmacnia człowiek; niech będą sądzeni narodowie przez oblicznośćią twoią.

21. Postaw Pánie zákonodawce nád nimi; áby wiedźieli narodowie, iż ludźmi są.

Psalm. X. wedle Zydow.

1. CZemuś Pánie odstąpił dáleko, przeglądasz w potrzebách, w ućisku?

2. Gdy się pyszni niezbożnik, zápala się ubogi; bywáią uśidleni w rádach, ktore wymyśláią.

3. Abowiem pochwalon bywa grzesznik w żądzách duszy swey; á nie spráwiedliwy bywa błogosłáwion.

4. Rozgniewał Páná grzesznik, według wielkośći gniewu swego nie będźie szukał.

5. Niemász Bogá przed oblicznośćią iego; splugáwione są drogi iego ná káżdy czás. Bywáią odięte sądy twoie od oblicznośći iego; nád wszytkimi nieprzyiáćioły swymi będźie pánował.

6. Mowił bowiem w sercu swoim: Nie będę poruszon od wieku do wieku, bez złego.

7. Ktorego ustá pełne są złorzeczeństwá, y gorzkośći, y zdrády; pod ięzykiem iego prácá y boleść.

8. Siedźi ná zdrádźie z bogátymi w skrzytośćiách, áby zábił niewinnego.

9. Oczy iego upátruią ubogiego; tái się ná zdrádźie w skrytym mieyscu, iáko lew w iámie swoiey. Zástáwia śidłá, áby uchwyćił ubogiego; áby połápił ubogiego, gdy go przyćiągnie.

10. W śidle swoim poniży go, schyli się, y pádnie, gdy opanuie obogie.

11. Rzekł

11. Rzekł bowiem w sercu swoim: Zápomniał Bog, odwroćił oblicze swe, áby nie widźiał do końcá.

12. Powstań Pánie Boże, niech się podnieśie ręká twoiá; nie zápominay ubogich.

13. Dla czego niezbożnik rozdraźnił Bogá? bo mowił w sercu swym: Nie będźieć się pytał.

14. Widźisz, bo ty ná boleść y ná utrapienie pátrzysz, ábyś ie podał w ręce twoie. Tobie zostáwiony iest ubogi; śierośie ty będźiesz pomocnikiem.

15. Skrusz rámię grzesznikáy złośniká; będą szukáć grzechy iego, á nie naydą.

16. Pan będźie krolował wiecznie, y ná wieki wiekow; wyginiećie Pogánie z źiemie iego.

17. Żądzą ubogich wysłuchał Pan; przygotowánie sercá ich usłyszáło ucho twoie.

18. Abyś uczynił sąd śierośie y chudźinie, áby się więcey nie ważył wielmożyć człowiek ná źiemi.

11 Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus, avertit faciem suam, ne videat in finem.

12. Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua; ne obliviscaris pauperum.

13. Propter quid irritavit impius Deum? dixit enim in corde suo: Non requiret.

14. Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras; ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper; orphano tu eris adjutor.

15. Contere brachium peccatoris *a* & maligni *b*; quæretur peccatum illius, & non invenietur *c*.

16. Dominus regnabit in æternum, & in sæculum sæculi; peribitis Gentes de terra illius.

17. Desiderium pauperum exaudivit Dominus; præparationem cordis *d* eorum audivit auris tua.

18. Judicare pupillo & humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

a Diaboli.
b Anti-Christi.
c te extirpante peribit.
d Ad preces: quia prævenis preces.

PSALM. X.

8. Boże! gdyś wychodźił przed ludem twym, gdyś chodźił po puſczy,

9. Ziemiá ſię trzęſłá, niebioſá też kropily od oblicza Bogá Sinái, od oblicza Bogá Izráel.

10. Deſcz dobrowolny oddźieliſz Boże dźiedźictwu twoiemu; y zemdláło, á tyś ie pośilił.

11. Zwierzętá twoie będą mieſzkály w nim; nágotowałeś z ſłodkośći twey ubogiemu, Boże.

12. Pan da ſłowo przepowiádáiącym Ewánieliią, mocą wielką.

13. Krol zaſtępow umyłowánego umyłowánego; y pięknośći domu rozdźieláć korzyśći.

14. Choćbyśćie ſpáli w pośrzodku loſow, piorá gołębice poſrzebrzoney; á tył grzbietu iego żołći ſię iáko złoto.

15. Gdy niebieſki rozſądza krole, w nim będą wybieleni iáko śnieg ná Selmon;

16. Gorá Boża, gorá tłuſta; gorá obfitá, gorá tłuſta;

17. Co ſię przypátruiećie gorom zśiadłym? Gorá, ná ktorey ſię Bogu podoba mieſzkáć; ábowiem Pan będźie mieſzkał ná wieki.

18. Woz Boży dźieśiąćią tyśięcy rozmáity, tyśiące weſelących ſię; Pan miedzy nimi ná Synái, w świątnicy.

19. Wſtąpiłeś ná wyſokość, poymałeś poymáne; nábrałeś dárow w ludźiách. Też y niewierzące, áby Pan Bog mieſzkał.

20. Błogoſłáwiony Pan ná káżdy dźień; ſzczęśliwą uczyni drogę nam Bog zbáwienia náſzego.

21. Bog náſz, Bogiem zbáwiáiącym; y Páńſkie, Páńſkie wyſzćie z śmierći

22. Wſzákże Bog potłucze głowy nieprzyiáćioł ſwoich; wierzch włoſu, ktorzy chodzą w wyſtępkách ſwoich.

23. Rrzekł Pan: Náwrocę z Bázán; náwrocę w głębokość morſką.

24. Aby

24. Aby śię omoczyłá nogá twoia we krwi; y ięzyk psow twoich z nieprzyiaćioł w teyże.

25. Widźieli postępowániá twoie Boże, postępowánia Bogá mego; krolá moiego, ktory iest w świątnicy.

26. Uprzedźili ksiąźętá złączeni z śpiewáiącymi, w pośrzodku młodźiuchnych bębenniczek.

27. W kośćiele błogosłáwćie Bogu, Pánu z źrzodeł Izráelskich.

28. Tám Beniámin młodźiuchny, w záchwyceniu myśli. Ksiąźętá Judá wodzowie ich; ksiąźętá Zábulon, y ksiąźętá Nephtháli.

29. Przykaż Boże mocy twoiey; umocni to Boże, coś w nas spráwił.

30. Od kośćiołá twego w Jeruzálem; tobie krolowie ofiáruią dáry.

31. Pogrom zwierze trzćinne, zgromádzenie bykow miedzy krowámi narodow; áby wypchnęli te, ktorzy są doświadczeni iáko srebro. Rozprosz narody, ktore woien chcą.

32. Przyidą posłowie z Ægyptu; Murzyńska źiemiá uprzedźi z rękámi swemi do Bogá.

33. Krolestwá źiemskie, śpiewayćie Bogu; grayćie Pánu; grayćie Bogu;

34. Ktory wstąpił ná niebo nád nieby, ná wschod słońcá. Oto da głosowi swemu głos mocy.

35. Dayćie chwałę Bogu nád Izráelem, wielmożność iego, á moc iego w obłokách.

36. Dźiwny Bog w świętych swoich, Bog Izráelski, ten da moc y śiłę ludowi swemu, błogosłáwiony Bog.

24. Ut intingatur pes tuus in sanguine; lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

25. Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei; regis mei, qui est in sancto.

26. Prævenerunt *a* principes conjuncti psallentibus, in medio juvencularum *b* tympanistriarum.

27. In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.

28. Ibi Benjamin adolescentulus *c*, in mentis excessu. Principes Juda, duces eorum; principes Zabulon, principes Nephthali.

29. Manda Deus virtuti tuæ; confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

30. A templo tuo in Jerusalem; tibi offerent reges munera.

31. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum; ut excludant *d* eos, qui probati sunt argento *e*. Dissipa gentes, quæ bella volunt.

32. Venient legati ex Ægypto; Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

33. Regna terræ, cantate Deo; psallite Domino; psallite Deo;

34. Qui ascendit super cœlum cœli, ad Orientem. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.

35. Date gloriam Deo super Israel, magnificentia *f* ejus, & virtus ejus in nubibus *g*.

36. Mirabilis Deus in sanctis *h* suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

a Hieronym. præcesserunt.
b Mystice in medio angelorum plaudentium in Christi ascensione.
c Tribus minima.
d Privent vita & hæreditate.
e velut argentum.
f Apparet.
g Hieron. cœlis.
h Chald. sanctuario.

PSALM LXVIII.

Dawid dla rozmnożenia chwały Bożey wiele ćierpi. Także Krystus dla gorliwośći okrutnie ćierpiąc, pomoc od Oycá prośi; iże go chwalić będźie. Joan 2. & 15 Rom. 10. 11.

1. Ná koniec, zá te, ktorzy będą odmienięni, Dawidowi.

2. WYbaw mię Boże; boć weszły wody áż do dusze moiey.

3. Ulgnąłem w błoćie głębokośći; y dniá niemász. Przyszedłem ná głębokość morską; á nawálność mię ponurzyłá.

4. Sprácowałem śię wołáiąc, ochrapiáło gárdło moie; ustáły oczy moie, gdy mam nádźieię w Bogu moim.

5. Rozmnożyli śię nád włosy głowy moiey, ktorzy

PSALMUS LXVIII.

David ob zelum religionis multa patitur; Allegorice Christus similiter ob zelum dira patiens, auxilium a Patre petit; Se illi laudes dicturum. Joan. 2. & 15. Rom. 10. 11.

1. In finem, pro iis, qui commutabuntur, David.

2. SAlvum me fac Deus; quoniam intraverunt aquæ *i* usque ad animam meam.

3. Infixus sum in limo profundi; & non est substantia *k*. Veni in altitudinem maris; & tempestas demersit me.

4. Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ; defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

5. Multiplicati sunt super capillos capitis mei,

i Tribulationum,
k Subsistentia, fundis.

mei, qui oderunt me gratis. Confortati ſunt, qui perſecuti ſunt me inimici mei injuſte; quæ non rapui, tunc exolvebam *a*.

6. Deus tu ſcis inſipientiam meam *b*; & delicta mea a te non ſunt abſcondita.

7. Non erubeſcant in me *c*, qui expectant te Domine, Domine virtutum. Non confundantur ſuper me, qui quærunt te, Deus Iſrael.

8. Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium; operuit confuſio faciem meam.

9. Extraneus factus ſum fratribus meis; & peregrinus filiis matris meæ *d*.

10. Quoniam *e* zelus domus tuæ *f* comedit me; & opprobria exprobrantium tibi *g*, ceciderunt ſuper me.

11. Et operui in jejunio animam meam; & factum eſt in opprobrium mihi.

12. Et poſui veſtimentum meum cilicium; & factus ſum illis in parabolam.

13 Adverſum me loquebantur, qui ſedebant in porta; & in me pſallebant, qui bibebant vinum.

14. Ego vero orationem meam ad te Domine; tempus beneplaciti *h* Deus. In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me, in veritate ſalutis tuæ.

15. Eripe me de luto, ut non infigar; libera me ab iis, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

16. Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum; neque urgeat ſuper me puteus os ſuum.

17. Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua; ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me.

18. Et ne avertas faciem tuam a puero tuo; quoniam tribulor, velociter exaudi me.

19. Intende animæ meæ, & libera eam; propter inimicos meos eripe me.

20. Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reverentiam meam *i*.

21. In conſpectu tuo ſunt omnes, qui tribulant me; improperium expectavit cor meum, & miſeriam. Et ſuſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit; & qui conſolaretur, & non inveni.

22. Et *k* dederunt in eſcam meam fel; & in ſiti mea potaverunt me aceto.

23. Fiat *l* menſa eorum coram ipſis in laqueum; & in retributiones, & in ſcandalum.

a Pomi vetiti & alieni criminis pœnas dedi

b Cujus me inſimulant.

c Non patiantur ſcandalū in paſſione & cruce mea.

d Synagogæ.

e Joan. 2. 17.

f Templi & Eccleſiæ.

g Rom. 15. 3.

h Hieronym. reconciliationis.

i Chald. ignominiam.

k Matth. 27. 48.

l Rom. 11. 9.

ktorzy mię máią w nienawiśći bez przyczyny. Zmocnili ſię, ktorzy mię nieſpráwiedliwie przeſzłádowáli, nieprzyiaćiele moiey; czegom nie wydárł, tedym płáćił.

6. Boże ty znaſz głupſtwo moie; á wyſtępki moie nie ſą tobie táyne.

7. Niech nie będą záwſtydżeni dla mnie ći, ktorzy ćię oczekiwáią Pánie, Pánie zaſtępow. Niech nie będą pohánbieni dla mnie, ktorzy ćię ſzukáią Boże Izráelſki.

8. Bom dla ćiebie znaſzał urągánie; zelżywość okrywáłá oblicze moie.

9. Sſtałem ſię obcym bráćiey moiey; y cudzoźiemcem ſynom mátki moiey.

10. Bo mię zawiſna miłość domu twego gryzłá; á urągania urągáiących tobie, ſpádły ná mię.

11. Y okryłem w pośćie duſzę moię; y ſſtáło mi ſię urągániem.

12. Y obloklem miáſto ſzáty włośień; y ſſtałem ſię im przypowieśćią.

13. Mowili przećiwko mnie, ktorzy śiedźieli w brámie; y śpiewáli przećiw mnie, ktorzy pili wino.

14. Ale ia modlitwę moię do ćiebie Pánie; czas upodobánia, Boże. W wielkośći miłośierdźia twego wyſłuchay mię, w prawdźie zbáwienia twego.

15. Wyrwi mię z błotá, ábych nie ulgnął; wybáw mię od tych, ktorzy mię nienawidzą, y z głębokośći wod.

16. Niech mię nie zátapia nawáłność wody, áni mię niech nie pożyra głębokość; áni niech nie záwiera nádemną ſtudnia wierzchu ſwego.

17. Wyſłuchay mię Pánie, bo łáſkáwe ieſt miłośierdźie twoie; według mnoſtwá litośći twoich weyźrzy ná mię.

18. A nie odwracay oblicza twego od ſługi ſwego; bom ieſt w utrapieniu, prędko wyſłuchay mię.

19. Przybliż ſię ku duſzy moiey, á wybaw ią; dla nieprzyiaćioł moich wyrwi mię.

20. Ty znaſz pohánbienie moie, y zelżywośc moie, y wſtyd moy.

21. Przed oczymá twemi ſą wſzyſcy, ktorzy mię trapią; urągánia y nędze czekało ſerce moie. Y czekałem, ktoby ſię ſpołem ſmęćił, á nie było; y ktoby poćieſzył, á nie nálazłem.

22. Y dáli żołć ná pokárm moy; á w prágnieniu moim nápawáli mię octem.

23. Niechay będźie ſtoł ich przed nimi śidlem; y ná zapláty, y ná upadek.

24. Niech ſię záćmią oczy ich, áby niewidźieli; á grzbietu ich záwżdy ná-hylay.
25. Wyley ná nie gniew twoy; y zápálczywość gniewu twego niech ie ogárnie.
26. Mieſzkánie ich niech ſię ſtánie puſte; á w przybytkách ich niechay nie będźie, ktoby mieſzkał.
27. Bo, ktoregoś ty zránił, przeſzládowáli; á ná boleśći ran moich náddawáli.
28. Przydayże nieprawość ku nieprawośći ich; á niech nie wchodzą do ſpráwiedliwośći twoiey.
29. Niechay będą wymázáni z kśiąg żywiących; á niech z ſpráwiedliwemi nie będą wpiſáni.
30. Iamći ieſt ubogi, y zboláły; zbáwienie twoie Boże wſpomogło mię.
31. Będę chwalił imię Boże pieśnią; y wielbić go będę chwałą.
32. A przyiemniey będźie Pánu niżli młode ćielę, ktoremu rogi, y kopytá podraſtáią.
33. Niech widzą ubodzy, á niech ſię weſelą; ſzukayćie Bogá, á będźie żyłá duſzá wáſzá.
34. Abowiem Pan wyſłuchał ubogich; á więzniámi ſwemi nie wzgárdźił.
35. Niechay go chwalą niebioſá, y źiemiá, morze, y wſzytek płaz ná nich.
36. Abowiem Bog zbáwi Sion; y będą zbudowánie miáſtá Judá. Y będą tám mieſzkáć, y doſtáną iey dźiedźictwem.
37. Y náśienie ſług iego otrzyma ią; á ktorzy miłuią imię iego, będą w niey mieſzkáć.

24. Obſcurentur oculi eorum, ne videant; & dorſum eorum ſemper incurva.
25. Effunde ſuper eos iram tuam; & furor iræ tuæ comprehendat eos.
26. Fiat *a* habitatio eorum deſerta; & in tabernaculis eorum non ſit, qui inhabitet.
27. Quoniam, quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt; & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.
28. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum *b*; & non intrent in juſtitiam tuam.
29. Deleantur de libro viventium; & cum juſtis non ſcribantur.
30. Ego ſum pauper & dolens; ſalus tua Deus ſuſcepit me.
31. Laudabo nomen Dei cum cantico; & magnificabo eum in laude.
32. Et placebit *c* Deo ſuper vitulum novellum *d*, cornua producentem & ungulas.
33. Videant pauperes, & lætentur; quærite Deum, & vivet anima veſtra.
34. Quoniam exaudivit pauperes Dominus; & vinctos ſuos non deſpexit.
35. Laudent illum cœli & terra *e*, mare, & omnia reptilia in eis.
36. Quoniam Deus ſalvum faciet Sion; & ædificabuntur civitates Juda. Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.
37. Et ſemen ſervorum ejus poſſidebit eam; & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

a Actor. 1. 20.
b Puniens peccata peccatis, ſubtrahendo gratiam & permittendo diabolo majores vires.
c Laus mea.
d Super holocauſtum vituli.
e Incolæ eorũ.

PSALM LXIX.

Prorok w utrapieniu; to ieſt, Kryſtus ná Krzyżu ſobie, y ſpráwiedliwym pomoc żąda; dle nieprzyiáćiełom karánie, á zelżywość w prorockim duchu życzy.

1. Ná koniec, Pſalm Dawidowi; ná pámiątkę, że go Bog wybáwił.
2. BOże weyźrzy ku wpſomożeniu memu; Pánie poſpieſz ſię ku rátunku memu.
3. Niechay będą záwſtydzeni, y pohánbieni, ktorzy ſzukáią duſze moiey.
4. Niech ſię obrocą ná wſtecz, á niech ſię záwſtydzą, ktorzy mi chcą złego; Niech ſię nátychmiaſt obrocą wſtydáć ſię, ktorzy mi mowią: Ehey, Ehey.
5. Niech ſię weſelą, y ráduią w tobie wſzyſcy, ktorzy ćię ſzukáią, á niech záwżdy mowią: Nie-

PSALMUS LXIX.

Propheta in afflictione. Allegorice Chriſtus in cruce ſibi, bonisque opem, ſed hoſtibus prophetice pœnam & ignominiam precatur.

1. In finem, Pſalmus David; in rememorationem, quod ſalvum fecerit eum Dominus.
2. DEus in adjutorium meum intende; Domine ad adjuvandum me feſtina.
3. Confundantur, & revereantur *f*, qui quærunt animam meam *g*;
4. Avertantur retrorſum, & erubeſcant, qui volunt mihi mala; Avertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi: Euge, Euge *h*.
5. Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te, & dicant ſemper: Magnifice-

f Chald. erubeſcant.
g vitam & Eccleſiam in interitum.
h Inſultantes afflicto.

a Chald. redemptionem, redemptorē.

ficetur Dominus, qui diligunt salutare *a* tuum.

6. Ego vero egenus, & pauper sum; Deus adjuva me. Adjutor meus, & liberator meus es tu; Domine ne moreris.

Niechay uwielbion będźie Pan, ktorzy miłuią zbáwienie twoie.

6. A iam ieſt ubogi, y żebrak; Boże wſpomoż mię. Pomocnikiem moim, y wybáwićielem ieſteś ty moim Pánie, nie mieſzkayże.

PSALMUS LXX.

David ſenex & afflictus contra impios opem implorat, perpetuam gratiarum actionem pollicens. Myſtice idem facit Chriſtus pro Eccleſia.

1. Pſalmus David, filiorum Jonadab, & priorum captivorum.

IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum;

2. In juſtitia tua libera me, & eripe me. Inclina ad me aurem tuam, & ſalva me.

3. Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum; ut ſalvum me facias. Quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu.

4. Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui.

5. Quoniam tu es patientia mea *b* Domine; Domine ſpes mea a juventute mea.

6. In te confirmatus ſum ex utero; de ventre matris meæ tu es protector meus. In te *c* cantatio mea ſemper.

7. Tamquam prodigium *d* factus ſum multis; & tu adjutor fortis.

8. Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam; tota die magnitudinem tuam

9. Ne projicias me in tempore ſenectutis; cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

10. Quia dixerunt inimici mei mihi; & qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in unum,

11. Dicentes: Deus dereliquit eum; perſequimini, & comprehendite eum; quia non eſt, qui eripiat

12. Deus ne elongeris a me; Deus meus in auxilium meum reſpice.

13. Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ; operiantur confuſione, & pudore, qui quærunt mala mihi.

14. Ego autem ſemper ſperabo; & adjiciam ſuper omnem laudem tuam.

15. Os meum annuntiabit juſtitiam tuam; tota

b Id eſt, a quo patientiam, & opem expecto.

c De te, & tua miſericordia erunt mea cantica.

d Apparui quaſi portentum, ob admirabilem liberationem.

PSALM LXX.

Dawid w ſwey ſtárośći á utrapieniu przećiw przećiwnikom wſpomożenia prośi, uſtáwiczne dźiękowánie obiecuiąc. To też Kryſtus czyni dla ſwego kośćioła.

1. Pſalm Dawidowi, ſynow Jonádábowych, y pierwſzych więźniow.

W Tobiem Pánie, nádźię miał, niech nie będę pohánbion ná wieki;

2. W ſprawiedliwośći twoiey wybáw mię, y wyrwi mię. Nákłoń ku mnie uchá twego, á zbaw mię.

3. Bądź mi Bogiem obrońcą, y mieyſcem obronnym; ábyś mię zbáwił. Abowiem twierdza moiá, y ućieczká moiá ieſteś ty.

4. Boże moy wyrwi mię z ręki grzeſzniká, y z ręki przećiw zakonowi czyniącego, y nieſpráwiedliwego.

5. Abowiem tyś ieſt ćierpliwość moiá Pánie; Pánie nádźieio moiá od młodośći moiey.

6. Przez ćiem ieſt umocniony ſkoro z żywotá; z żywotá mátki moiey tyś ieſt obrońcą moim. O tobie śpiewánie moie záwżdy.

7. Iáko dźiwowiſko sſtałem ſię mnogim; á ty pomocnik mocny.

8. Niechay będą nápełnione uſtá moie chwałą, ábych śpiewał ſławę twoię; cáły dźień wielmożność twoię.

9. Nie odrzucay mię czáſu ſtárośći; gdy uſtánie śiłá moiá, nie opuſczay mię.

10. Abowiem mowili nieprzyiaćiele moi przećiwko mnie; á ktorzy ſtrzegli ná duſzę moię, rádę uczynili ſpołem,

11. Mowiąc: Bog go opuśćił; gońćie, á poymayćie go; boć niemáſz, ktoby wyrwał.

12. Boże nie oddalay ſię odemnie; Boże moy poyźrzy ku pomocy moiey.

13. Niech będą záwſtydzeni, y niech uſtáną uwłaczáiący duſzy moiey; niech będą okryći zelżywośćią, y wſtydem, ktorzy mi ſzukáią złego.

14. A ia záwżdy nádźieię mieć będę; y przyczynię nád wſzytkę chwałę twoię.

15. Uſtá moie opowiádáć będą ſpráwiedliwość

wość twoię; cáły dźień zbáwienie twoie. Iżem w piśmie ia nie biegły,

16. Wnidę w możnośći Páńſkie; Pánie będę wſpominał ſpráwiedliwość ćiebie ſámego.

17. Boże uczyłeś mię z młodośći moiey; y áż do tąd będę opowiádał cudá twoie.

18. Y aż do ſtárośći, y ſzedźiwośći; Boże nie opuſczay mię. Aż opowiem rámię twe wſzelkiemu narodowi, ktory ma przyść; moc twoię,

19. Y ſpráwiedliwość twoie Boże, áż do wyſokośći, wielkie rzeczy, ktoreś uczynił; Boże, ktoż podobien tobie?

20. Iáko wielkie ukazałeś mi, ućiſki mnogie, y złe; á náwroćiwſzy ſię ożywiłeś mię, y z przepáśći źiemſkich záśię wywiodłeś mię.

21. Rozmnożyłeś wielmożność twoię; á nároćiwſzy ſię poćieſzyłeś mię.

22. Bo y ia wyſłáwiáć będę tobie ná naczyniu pieśni prawdę twoię; Boże będęć grał ná cytrze, święty Izráelſki.

23. Rozráduią ſię wárgi moie, kiedyć będę śpiewał; y duſzá moiá, ktorąś wykupił.

24. Ale y ięzyk moy cáły dźień będźie rozmyśláł ſpráwiedliwość twoię; kiedy záwſtydzeni, y zelżeni będą, ktorzy mi ſzukáli złego.

tota die ſalutare tuum. Quoniam non cognovi litteraturam *a*,

16. Introibo in potentias Domini *b*; Domine memorabor juſtitiæ tuæ ſolius.

17. Deus docuiſti me a juventute mea; & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.

18. Et usque in ſenectam, & ſenium; Deus ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura eſt; potentiam tuam,

19. Et juſtitiam tuam Deus usque in altiſſima, quæ feciſti magnalia; Deus quis ſimilis tibi?

20. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas; & converſus vivificaſti me; & de abyſſis terræ *c* iterum eduxiſti me.

21. Multiplicaſti magnificentiam tuam; & converſus conſolatus es me.

22. Nam & ego confitebor tibi in vaſis Pſalmi veritatem tuam; Deus pſallam tibi in cithara, ſanctus Iſrael.

23. Exultabunt labia mea, cum cantavero tibi; & anima mea, quam redemiſti.

24. Sed & lingua mea tota die meditabitur juſtitiam tuam; cum confuſi, & reveriti fuerint *d*, qui quærunt mala mihi.

a Humanam ſapientiam & eloquentiam.
b Ad opera divinæ potentiæ contemplanda.
c ſc. ærumnarum profundo, allegorice Chriſtum de limbo.
d Verecundia affecti.

PSALM LXXI.

Modli ſię Dawid, áby Bog Meſziaſza poſłał, prorokuiąc: że kroleſtwo Páná Kryſtuſowe miáło bydź ſpráwiedliwe, ſpokoyne, ſzerokie, y ſczęśliwe. To ieſt: zgromadźienie one Kryſtuſowe kroleſtwo ſtawi.

1. Pſalm, ná Sálomoná.

2. BOże day ſąd twoy krolowi; á ſpráwiedliwość twoię ſynowi krolewſkiemu. Aby ſądźił lud twoy w ſpráwiedliwośći, á ubogie twe w rozſądku.

3. Niechay przyimą gory pokoy ludowi; á págorki ſpráwiedliwość.

4. Będźie ſądźił ubogie z ludu, y wybáwi ſyny ubogich; á uniży potwarcę.

5. Y będźie trwał z ſłońcem, y przed kśiężycem, ná pokolenie, y pokolenie.

6. Znidźie iáko deſcz ná runo; á iáko krople ná źiemię kápiące.

7. Wnidźie zá dni iego ſpráwieliwość; y obfitość pokoiu áż zginie mieśiąc.

8. Y będźie pánował od morzá áż do morzá; y od rzeki áż do kráiow okręgu źiemie.

9. Przed

PSALMUS LXXI.

Orat David, ut Deus mittat Meſſiam, & prophetice canit Chriſti regnum juſtum, amplum felixque fore. Sic allegorice Eccleſia idem Chriſti regnum deprædicat.

1. Pſalmus, in Salamonem *e*.

2. DEus judicium tuum *f* regi da; & juſtitiam tuam filio regis; Judicare populum tuum in juſtitia, & pauperes tuos in judicio.

3. Suſcipiant montes pacem populo; & colles juſtitiam.

4. Judicabit pauperes populi, & ſalvos faciet filios pauperũ; & humiliabit calumniatorẽ *g*.

5. Et permanebit cum Sole *h*, & ante Lunam *i*, in generatione & generationem.

6. Deſcendet *k* ſicut pluvia *l* in vellus *m*; & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

7. Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis; donec auferatur luna.

8. Et dominabitur á mari usque ad mare; & a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

9. Coram

e Quatenus figura Chriſti erat.
f Poteſtatem & auctoritatẽ judicandi.
g Diabolum.
h Quamdiu orit ſol.
i Subintellige fuit, quia ſecundũ Chriſtus ab æterno fuit, &c.
k Chriſtus.
l Ros.
m Gedeonis.

9. Coram illo procident Æthiopes; & inimici ejus teram lingent *a*.

a In signum, reverentiæ.

10 Reges Tharsis, & insulæ munera offerent; Reges Arabum, & Saba dona adducent.

11. Et adorabunt eum omnes reges terræ; omnes gentes servient ei;

12. Quia liberabit pauperem a potente; & pauperem, cui non erat adjutor.

13. Parcet pauperi & inopi; & animas pauperum salvas faciet.

14. Ex usuris & iniquitate *b* redimet animas eorum; & honorabile nomen eorum coram illo.

b Ex iniqua tyrannide diaboli.

15. Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper; tota die benedicent ei.

16. Et erit firmamentum *c* in terra, in summis montium, superextolletur super Libanum fructus ejus; & florebunt *d* de civitate *e* sicut fœnum terræ.

c Subaudi panis, qui cor hominis confirmat.
d Vi fructus hujus.
e Cives Ecclesiæ.

17. Sit nomen ejus benedictum in sæcula; ante solem permanet nomen ejus. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ; omnes gentes magnificabunt eum.

18. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.

19. Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum; & replebitur majestate ejus omnis terra: Fiat, fiat.

20. Defecerunt laudes *f* David filii Jesse.

f Psalmi & preces q. d. non est, quod ultra petat.

9. Przed nim będą pádáć Murzynowie; á nieprzyiaćiele iego źiemię lizáć będą.

10. Krolowie Társis, y wyspy, przyniosą dáry; krolowie Arábscy, y Sábá przywiozą upominki.

11. Y będą mu się kłániáć wszyscy krolowie źiemscy; wszyscy narodowie będą mu służyć;

12. Abowiem wybáwi ubogiego; ták możnego, y nędznego, ktory nie miał pomocniká.

13. Przepuśći ubogiemu, y niedostátecznemu; á dusze ubogich zbáwi.

14. Z lichwy y nieprawośći wykupi dusze ich; á imię ich uczćiwe przed nim.

15. A będźie żył, y dádzą mu złotá Arábskiego, y będą się záwsze kłániáć dla niego; cáły dźień będą go błogosłáwić.

16. Y będźie utwierdzenie ná źiemi ná wierzchu gor, podnieśie się nád Liban urodzay iego; y roskwitnie się z miástá iáko źiołá polne.

17. Niechay będźie imię iego ná wieki błogosłáwione; przed słońcem trwa imię iego. Y będą w nim błogosłáwione wszytkie pokolenia źiemskie; wszyscy narodowie wielbić go będą.

18. Błogosłáwiony Pan Bog Izráelski, ktory sam czyni dźiwy.

19. Y błogosłáwione imię máiestátu iego ná wieki; y będźie nápełniona máiestatem iego wszytká źiemiá: Stań śię, stań śię.

20. Skończyły się Pieśni Dáwidá syná Jesse.

PSALMUS LXXII.

Propheta. Allegorice Christus monet: improbos in hac vita felices esse, sed probos, qui inde commoventur, ex fine & exitu, quod sua quemque maneant præmia, consolatur.

1. Psalmus Asaph.

QUam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde!

2. Mei autem pene moti sunt pedes; pene effusi sunt gressus mei.

3. Quia zelavi super iniquos; pacem peccatorum videns.

4. Quia non est respectus morti eorum; & firmamentum in plaga eorum.

5. In labore hominum non sunt; & cum hominibus non flagellabuntur.

6. Ideo tenuit eos superbia; operti sunt iniquitate, & impietate sua.

7. Pro-

PSALM LXXII.

Prorok (w taiemnym rozumieniu: Krystus) nápomina: iż się złym szczęśći, stąd się dobrzy gorszyć niemáią, ponieważ ná końcu káżdy weźmie swoią zapłatę.

1. Psalm Assáphowi.

JAko dobry Bog Izráelczykow, tym ktorzy są prostego sercá!

2. Ale moie nogi málo się nie potknęły; málo nie szwánkowáły kroki moie.

3. Iżem był ruszon zawiśćią przećiw złośnikom; widząc pokoy grzesznych.

4. Abowiem niemász względu ná śmierć ich; áni przedłużenia w utrapieniu ich.

5. W pracy ludzkiey nie są; y z ludźmi nie będą karáni.

6. Y przetoż ie pychá źięłá; okryli się nieprawośćią, y niezbożnośćią swoią.

7. Wy-

7. Wyſtąpiłá iákoby z tłuſtośći nieprawość ich; puśćili ſię zá żądzámi ſercá.
8. Myślili y mowili złość; nieprawość ku gorze mowili.
9. Podnieśli w niebo uſtá ſwoie; á ich język przechodźił po źiemi.
10. Y przetoż lud moy obroći ſię tu; y dni pełne naydą ſię między nimi.
11. Y mowili: Iákoż wie Bog, á ieſtli wiádomość ná wyſokośći?
12. Oto ći grzeſznicy, á obfituiący ná świećie; otrzymáli bogáctwá.
13. Y rzekłem: Tomći tedy prozno uſpráwiedliwiał ſerce ſwe; y omywałem między niewinnymi ręce moie.
14. Y byłem biczowan cáły dźień; á káránie moie ráno.
15. Ieſlim mowił: ták mowić będę; otom rodzay ſynow twoich potępił.
16. Myśliłem, ábych to zrozumiał; praca to przedemną.
17. Aż wnidę do świątynie Bożey; y zrozumiem ich dokończenie.
18. Bo záprawdę dla zdrad, nágotowałeś im; zrućiłeś ie, gdy ſię podnośili.
19. Iákoż ſpuſtoſzeli, nátychmiaſt uſtáli; zginęli dla nieprawośći ſwoiey.
20. Iáko ſen uſtawáiących Pánie; w mieśćie twym obraz ich wniwecz obroćiſz.
21. Bo ſię zápaliło ſerce moie; y odmieniły ſię nerki moie.
22. Y iam wniwecz obrocony; á nie wiedźiałem.
23. Iáko bydlę ſstałem ſię u ćiebie; á ia záwſze z tobą.
24. Uiąłeś mię zá práwą rękę moię; á według woley twoiey prowádźiłeś mię, y przyiąłeś mię z chwałą.
25. Bo coż ia mam w niebie; ábo czegom chćiał ná źiemi oprocz ćiebie?
26. Uſtáło ćiáło moie, y ſerce moie. Boże ſercá mego, y częśći moiá Boże, ná wieki.
27. Bo oto, ktorzy ſię oddáláią od ćiebie, zginą; zátráćiłeś wſzytkie, ktorzy cudzołożą od ćiebie.
28. Ale mnie dobrze ieſt trwáć przy Bogu; pokłádáć w Pánu Bogu nádźieię moię; Abych opowiádał wſzytkie chwały twoie, w bramách corki Siońſkiey.

PSALM LXXIII.

Prorok ſkárży ſię ná przyſzłe ſpuſtoſzenie kośćioła,

7. Prodiit quaſi ex adipe *a* iniquitas eorum; tranſierunt *b* in affectum cordis.
8. Cogitaverunt, & locuti ſunt nequitiam; iniquitatem in excelſo *c* locuti ſunt.
9. Poſuerunt in cœlum os ſuum *d*; & lingua eorum tranſivit in terra.
10. Ideo convertetur populus meus hic; & dies pleni invenientur in eis.
11. Et dixerunt: Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?
12. Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo; obtinuerunt divitias.
13. Et dixi: Ergo ſine cauſa juſtificavi cor meum; & lavi inter innocentes manus meas.
14. Et fui flagellatus tota die; & caſtigatio mea in matutinis.
15. Si dicebam: Narrabo ſic *e*; ecce nationem filiorum tuorum reprobavi *f*.
16. Exiſtimabam, ut cognoſcerem hoc; labor eſt ante me *g*.
17. Donec intrem in Sanctuarium Dei *h*; & intelligam in noviſſimis eorum.
18. Verumtamen propter dolos *i*, poſuiſti eis; dejeciſti eos, dum allevarentur.
19. Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubito defecerunt; perierunt propter iniquitatem ſuam.
20. Velut ſomnium ſurgentium Domine; in civitate tua imaginem ipſorum *k* ad nihilum rediges.
21. Quia inflammatum eſt cor meum; & renes mei commutati ſunt.
22. Et ego ad nihilum redactus ſum; & neſcivi.
23. Ut jumentum factus ſum apud te; & ego ſemper tecum.
24. Tenuiſti manum dexteram meam; & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti *l* me.
25. Quid enim mihi eſt *m* in cœlo; & a te quid volui ſuper terram?
26. Defecit *n* caro mea, & cor meum. Deus cordis mei, & pars *o* mea Deus in æternum.
27. Quia ecce, qui elongant ſe a te, peribunt; perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te *p*.
28. Mihi autem adhærere Deo bonm eſt; ponere in Domino Deo ſpem meam; ut annuntiem omnes prædicationes *q* tuas, in portis filiæ Sion *r*.

PSALMUS LXXIII.

Propheta de futura populi & templi calamitate

a Ex ſervitute ventris orta eſt.
b Se totos tradiderunt, ut affectui ſuo obſequerentur.
c Palam & publice
d Blaſphemũ contra Deum cœli & ſanctos cœlites.
e Si ſic judicem.
f Improbarem ſtudia juſtorum & ſortem.
g In dicta difficultate ſolvenda.
h In locum tuorum judiciorum.
i Propter ſignificat eventum rei non finem Dei.
k Imaginariam ipſorum felicitatem.
l Hieron. ſuſcipies.
m Mihi deſiderabile.
n Præ deſiderio tui
o Portio ſeu hæreditas.
p Adhærentes creaturis.
q opera, digna prædicatione.
r Jeruſalem myſtice Eccleſia.

tate conqueritur; Deum obteſtans, ut ſuccurrat, quemadmodum olim. Similiter & Eccleſia contra ſuos perſecutores orat.

1. Intellectus Aſaph.

UT quid Deus repuliſti in finem; iratus eſt furor tuus ſuper oves paſcuæ tuæ?

2. Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio. Redemiſti virgam hæreditatis tuæ *a*; mons Sion *b*, in quo habitaſti in eo.

3. Leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem; quanta malignatus eſt inimicus in ſancto!

4. Et gloriati ſunt, qui oderunt te; in medio ſolemnitatis tuæ *c*. Poſuerunt ſigna *d* ſua ſigna.

5. Et non cognoverunt *e* ſicut in exitu *f* ſuper ſummum *g*. Quaſi in ſilva lignorum ſecuribus

6. Exciderunt januas ejus in idipſum *h*; in ſecuri, & aſ.cia dejecerunt eam.

7. Incenderunt *i* igni Sanctuarium tuum; in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

8. Dixer.nt in corde ſuo cognatio eorum ſimul; quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei a terra.

9. Signa noſtra non vidimus, jam non eſt propheta; & nos non cognoſcet amplius.

10. Usquequo, Deus, improperabit inimicus; irritat adverſarius nomen tuum in finem?

11. Ut quid avertis manum tuam; & dexteram tuam, de medio ſinu tuo *k* in finem?

12. Deus *l* autem rex noſter ante ſæcula; operatus eſt ſalutem in medio terræ.

13. Tu confirmaſti in virtute tua mare; contribulaſti capita draconum in aquis.

14. Tu confregiſti capita draconis; dediſti eum eſcam populis Æthiopum.

15. Tu dirupiſti *m* fontes, & torrentes; tu ſiccaſti fluvios Ethan *n*.

16. Tuus eſt dies, & tua eſt nox; tu fabricatus es auroram & ſolem.

17. Tu feciſti omnes Terminos terræ; æſtatem & ver tu plasmaſti ea.

18. Memor eſto hujus *o*, inimicus improperavit Domino; & populus inſipiens incitavit nomen tuum *p*.

19. Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi; & animas pauperum tuorum ne obliviſcaris in finem.

20. Reſpice in teſtamentum tuum *q*; quia reple-

a Hebr. ſceptrum ſeu regnum & populum tuum hæreditariũ.
b Populus habitans in Sion.
c Diei feſti.
d Signa bellica, trophæa victoriæ.
e Nihil curarunt reverentiam templi.
f Portis urbiũ ſic &c.
g Templum poſuerunt.
h Simul omnes.
i 4. Reg. 25. 9.
k Non educens illam ad nos ſalvandos.
l Luc. 1. 68.
m Erumpere feciſti.
n Fortes & vehementes.
o Quod ſequitur.
p Blasphemiis.
q Quod pepigiſti cum populo tuo.

ſćioła, y ludu Bożego, proſząc, áby Bog ſwoich wſpomogł ták, iáko kiedyś. Ná ten ſpoſob modli ſię kośćioł przećiw ſwoim nieprzyiaćiełom.

1. Wyrozumienia Aſaphowi.

PRzeczżeś Boże odegnał do końcá; rozgniewáłá ſię zapálczywość twoiá ná owce páſtwiſká twego?

2. Wſpomni ná zgromádzenie twoie, ktoreś pośiádł od początku. Odkupiłeś pręt dźiedźictwá twego; gorá Sion, ná ktoreyeś mieſzkał.

3. Podnieś ręce twoie ná pychy ich ná koniec; iáko wiele nábroił nieprzyiaćiel w świątnicy!

4. Y chłubili ſię, ktorzy ćię nienawidzą; w pośrzodku świętá uroczyſtego twego. Położyli znáki ſwoie znáki;

5. A niepoználi iáko ná wyſzćiu ná wierzch. Iáko w leśie drzew śiekierámi

6. Wyrębowáli drzwi iego poſpołu; toporem, y oſkárdem obálili ie.

7. Zápalili ogniem świątnicę twą; ná źiemi ſplugáwili przybytek imieniá twego.

8. Mowili w ſercu ſwoim rodzay ich poſpołu; uczyńmy, że uſtáną wſzytkie świętá Boże z źiemie.

9 Znákow náſzych niewidźieliſmy, iuż niemáſz proroká; y iuż nas więcey nie pozna.

10. Dokądże, Boże, nieprzyiaćiel urągáć będźie? drážni przećiwnik imię twe do końcá?

11. Czemuż odwrácaſz rękę twoię; y práwicę twoię z pośrzodku zánádrzá twego do końcá?

12. Ale Bog krol náſz przed wieki; ſpráwił zbáwienie w pośrzodku źiemie.

13. Tyś utwierdźił mocą twoią morze; pokruſzyłeś głowy ſmokow w wodách.

14. Tyś potárł głowy ſmokowe; dáłeś go ná pokarm ludźiom Murzyńſkim.

15. Tyś przerwał źrzodłá, y potoki; tyś wyſuſzył rzeki Ethán.

16. Twoyći ieſt dźień, y twoiá ieſt noc; tyś udźiáłał zorzę y ſłońce.

17. Tyś uczynił wſzytkie gránice źiemie; láto y wioſnę tyś łe ſpráwił.

18. Pámiętay ná to, nieprzyiaćiel urągał Pánu; á lud bezrozumny draźnił imię twoie.

19. Niepodaway beſtyiom duſz wyznawáiących tobie; y duſz ubogich twoich nie zápominay do końcá.

20. Weyźrzy ná teſtáment twoy; ábowiem nápeł-

nápełnieni ſą napodleyſzy ná źiemi domow nieprawośći.

21. Niech ſię nie wráca nędznik záwſtydzony; ubogi á niedoſtáteczny będą chwalić imię twoie.

22. Powſtań Boże, rozſądz ſpráwę twoię; pomni ná pohańbienia twoie, te ktore ſię dźieią od głupiego cáły dźień.

23. Nie zápominay głoſow nieprzyiaćioł twoich; pychá tych, ktorzy ćię nienawidzą, ku gorze idźie záwſze.

PSALM LXXIV.

Prorok groźi niepobożnym z ſtraſzliwym ſądem. Bożym w tdiemnym rozumieniu: Kryſtuſſam o ſwoyim ſądownym urzędu mowi, á Bogu dźiękuie.

1. Ná koniec, nie zátrácay, Pſalm pieśni Aſaphowi.

2. WYznawáć ći będźiemy Boże; wyznawáć będźiemy, y wzywać imienia twego. Opowiádáć będźiemy dźiwne ſpráwy twoie.

3. Gdy wezmę czás; ia ſpráwiedliwośći ſądźić będę.

4. Roztopiłá ſię źiemiá, y wſzyſcy, ktorzy mieſzkáią ná niey; iam umocnił filary iey.

5. Mowiłem niepráwym: Nie czyńćie niepráwośći; á wyſtępnym: nie podnośćie rogu.

6. Nie podnośćie ku gorze rogu wáſzego; niemowćie przećiw Bogu niepráwośći.

7. Bo áni od wſchodu, áni od zachodu, áni od puſtych gor;

8. Abowiem Bog ieſt ſędźia. Tego poniża, á owego podwyſſza.

9. Bo w ręce Páńſkiey ieſt kielich winá ſczerego, pełen zmieſzánia. Y náchylił z tego w ow; wſzákże drożdże iego nie wylały ſię; będą pić wſzyſcy grzeſznicy źiemie.

10. A ia będę opowiádał ná wieki; będę śpiewał Bogu Jákobowemu.

11. Y wſzytkie rogi grzeſznikow połamię; á rogi ſpráwiedliwego będą wywyſſzone.

PSALM LXXV.

Prorok (w duchownym mniemaniu: Kryſtus) wzywa ludźi ku chwaleniu Bogá zá uſtáwiczną łaſkę y pomoc iego, kośćiołu dánam.

1. Ná koniec, w Hymnách, Pſalm Aſáphowi, pieśń ná Aſſyriyczyki.

2. Zná-

repleti ſunt *a*, qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum.

21. Ne avertatur humilis *b* factus confuſus; pauper & inops laudabunt nomen tuum.

22. Exurge Deus, judica cauſam tuam; memor eſto improperiorum tuorum, eorum, quæ ab inſipiente ſunt tota die.

23. Ne obliviſcaris voces inimicorum tuorum; ſuperbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.

a ditati hoſtes noſtri alias obſcuri in terra.
b Populus.

PSALMUS LXXIV.

Propheta minatur impiis terribile Dei judicium. Allegorice Chriſtus ipſe de ſua judiciaria poteſtate loquitur, & gratias Deo agit.

1. In finem, ne corrumpas *c*, Pſalmus Cantici Aſaph.

2. COnfitebimur tibi Deus; confitebimur, & invocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua.

3. Cum accepero tempus *d*; ego juſtitias judicabo.

4. Liquefacta eſt terra *e*, & omnes, qui habitant in ea; ego confirmavi columnas ejus *f*.

5. Dixi iniquis: Nolite inique agre; & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

6 Nolite extollere in altum cornu veſtrum; nolite loqui adverſus Deum iniquitatem.

7. Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque a deſertis montibus *g*;

8. Quoniam Deus judex eſt. Hunc humiliat, & hunc exaltat.

9. Quia calix *h* in manu Domini vini meri *i* plenus miſto. Et inclinavit ex hoc in hoc; verumtamen fax ejus non eſt exinanita; bibent omnes peccatores terræ.

10. Ego autem annuntiabo *k* in ſæculum; cantabo Deo Jacob.

11. Et omnia cornua *l* peccatorum confringam; & exaltabuntur cornua juſti.

c i. e. ne diſperdas.
d Elegero.
e Diſſolvetur 2. Pet. 4.
f Terram ſtabilivi.
g Nemo uspiam ſe meo judicio ſubducet.
h Menſura pœnæ
i Sine aqua miſericordiæ.
k Dei opera & juſtitiam.
l Vires & opes.

PSALMUS LXXV.

Propheta, Allegorice Chriſtus, invitat ad Deum colendum ex perpetua ipſius erga Eccleſiam gratia & auxilio.

1. In finem, in Laudibus, Pſalmus Aſaph Canticum ad Aſſyrios.

2. No-

2. NOtus in Judæa Deus; in Iſrael magnum nomen ejus.

3. Et factus eſt in pace *a* locus ejus; & habitatio ejus in Sion *b*.

4. Ibi confregit potentias arcuum; ſcutum, gladium, & bellum.

5. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis *c*;

6. Turbati ſunt omnes inſipientes corde. Dormierunt ſomnum ſuum; & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis.

7. Ab increpatione tua *d* Deus Jacob dormitaverunt *e*; qui aſcenderunt equos.

8. Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc *f* ira tua.

9. De cœlo auditum feciſti judicium; terra tremuit & quievit.

10. Cum exurgeret in judicium Deus; ut ſalvos faceret omnes manſuetos terræ.

11. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi; & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.

12. Vovete, & reddite Domino Deo veſtro; omnes, qui in circuitu ejus affertis *g* munera, terribili,

13. Et ei, qui aufert ſpiritum *h* principum; terribili apud reges terræ.

a Hieron. in Salem Chald. in Jeruſalem.
b Allegorice in Eccleſia, tropologice in anima ſancta, quieta, Deum ſpeculante.
c Allegorice Apoſtolis in æternum duraturis.
d Te increpante & puniente.
e Mortui ſunt.
f Ex tempore quo cœperunt peccare.
g Afferre ſoletis.
h Vitam & animam, Chald. tumorem.

2. ZNáiomy Bog w Judźie; w Izráelu wielkie imię iego.

3. Y ſtáło ſię w pokoiu mieyſce iego; y mieſzkánie iego ná Sionie.

4. Tám połamał mocnośći łukow; tarczą, miecz, y woynę.

5. Ty oświecáiący dźiwnie z gor wiekuiſtych;

6. Strwożyli ſię wſzyſcy głupiego ſercá. Záſnęli ſnem ſwoim; á nic nie náleźli bogacze w rękách ſwoich.

7. Od fukánia twego Boże Jákob, drzymáli ći; co wśiádáli ná konie.

8. Tyś ieſt ſtráſzliwy, á ktoż ſię ſprzećiwi tobie? od tąd gniew twoy.

9. Z niebá dałeś ſłyſzeć ſąd; źiemiá zádrżáłá y zámilkłá.

10. Gdy powſtawał Bog ná ſąd; áby wybáwił wſzyſtkie ćiche źiemie.

11. Bo myśl człowiecza będźie wyznawáłá tobie; á oſtátki myśli będąc święto święćić.

12. Sluby czyńćie, á oddawayćie Pánu Bogu wáſzemu; wſzyſcy, ktorzy około niego przynaſzáćie dáry, ſtráſzliwemu,

13. A temu, ktory odeymuie duchá kśiążętom; ſtráſznemu u krolow źiemſkich.

PSALMUS LXXVI.

Queritur propheta cum Synagoga. Allegorice Chriſtus cum Eccleſia conqueritur ſe multis premi; Deumque celebrans a miris operibus, liberationem petit.

1. In finem, pro Idithun, Pſalmus Aſaph.

2. VOce mea ad Dominum clamavi; voce mea ad Deum, & intendit mihi.

3. In die tribulationis meæ Deum exquiſivi, manibus meis nocte contra eum; & non ſum deceptus. Renuit conſolari anima mea.

4. Memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum *i*; & defecit ſpiritus meus.

5. Anticipaverunt vigilias oculi mei *k*; turbatus ſum, & non ſum locutus.

6. Cogitavi dies antiquos *l*; & annos *m* æternos in mente habui.

7. Et meditatus ſum nocte cum corde meo; & exercitabar, & ſcopebam *n* ſpiritum meum.

8. Numquid in æternum projiciet Deus? aut non apponet, ut complacitior ſit adhuc?

9. Aut

i In meditatione ærumnarum.
k Ante lucem evigilando.
l Tempora præterita.
m Futuros.
n Excutiebā.

PSALM LXXVI.

Skarźi ſię Prorok, y Synágogá; to ieſt: Kryſtus y Kośćioł, że ieſt rozmayćie ućiśniony; iednák Bogá chwali z dźiwnych ſpraw iego, proſząc o wyzwolenie.

1. Ná koniec, prze Idithuná, Pſalm Aſáphowi.

2. GŁoſem moim wołałem do Páná; głoſem moim do Bogá, y wyſłuchał mię.

3. W dźień utrapienia mego ſzukałem Bogá, rękámi memi w nocy ku niemu; á nie ieſtem omylon. Niechćiáłá ſię dáć poćieſzyć duſzá moiá.

4. Wſpomniałem ná Bogá, y kochałem ſię, y rozmyślałem; y uſtał duch moy.

5. Uprzedzały ſtraże mocne oczy moie; trwożyłem ſię, á nie mowiłem.

6. Rozmyślałem dni ſtárodawne; y roki wiecne miałem ná pámięći.

7. Y rozważałem w nocy w ſercu moim; y ćwiczyłem ſię, y umiátałem duchá moiego.

8. Izali ná wieki Bog odrzući? czyli nie przyda, áby ieſcze był łáſkaw?

9. Czy-

9. Czyli do końcá odetnie miłośierdźie swoie, od rodzáiu áż do rodzáiu?
10. Czyli Bog zápámięta smiłowáć śię? ábo w gniewie swym zátrzyma litośći swoie?
11. Y rzekłem: Terazem począł; tá iest odmiáná prawice Nawysszego.
12. Wspominałem ná sprawy Páńskie; bo będę pámiętał ná dźiwy twoie od początku.
13. Y będę rozmyślał o wszytkich sprawách twoich; y będę śię ćwiczył w wynálazkách twoich.
14. Boże w świątośći drogá twoiá; ktoryż Bog wielki iáko Bog nász?
15. Tyś iest Bog, ktory dźiwy czynisz. Oznaymiłeś między narody moc twoię;
16. Odkupiłeś rámięniem twoim lud twoy, syny Jákob, y Jozeph.
17. Uyźrzáły ćię wody Boże, uyźrzáły ćię wody; y ulękły śię, y wzruszyły śię przepáśći.
18. Wielkość szumu wod; obłoki głos wypuśćiły. Ale y strzały twoie przechodzą.
19. Głos gromu twego ná koło. Błyskáwice twoie okrąg źiemie oświecáły; wzruszyłá śię y zátrzęsłá źiemiá.
20. Ná morzu drogá twoiá, y śćieżki twoie ná wodách wielkich; á śládow twoich znáć nie będźie.
21. Prowádźiłeś lud twoy iáko owce; przez rękę Moyzeszá, y Aroná.

9. Aut in finem misericordiam suam abscindet a generatione in generationem?
10. Aut obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?
11. Et dixi: Nunc cœpi *a*; hæc mutatio dexteræ excelsi.
12. Memor fui operum Domini; quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
13. Et meditabor in omnibus operibus tuis; & in adinventionibus tuis exercebor.
14. Deus in sancto via tua *b*; quis Deus magnus sicut Deus noster?
15. Tu es Deus, qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam;
16. Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, & Joseph.
17. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ; & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.
18. Multitudo sonitus aquarum; vocem dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transeunt.
19. Vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ; commota est & contremuit terra.
20. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis; & vestigia tua non cognoscentur.
21. Deduxisti *c* sicut oves populum tuum; in manu Moysi & Aaron.

a Respirare & meliora sperare.
b Actio tua omnis sancta est, allegorice crux tua & passio, licet Judæis sit scandalum.
c Exod. 14. 29.

PSALM LXXVII.

Spiewa Synágogá sprawy nád stáremy żydy, nápominiąc; áby przodkow swych zuchwálstwa nie násládowáli, dla ktorego pokolenie Ephráima odrzućił, Judy ále sobie obrał. Dawida ná krolestwo wywyszáiąc. To iest: Kośćioł táiemnice y dobrodźieystwá Krystusowe pod onemi podobieństwámi sławi.

1. Wyrozumienia Asáphowi.

SŁuchayćie ludu moy zákonu mego; nákłońćie uchá swego ku słowom ust moich.
2. Otworzę w podobieństwách ustá moie; będę powiádał gadki od początku.
3. Iáko wielkiesmy rzeczy słyszeli y poználi; y oycowie nászy powiádáli nam.
4. Nie zátáiły śię przed syny ich, w drugim narodźie. Powiádáiąc chwały Páńskie, y mocy iego; y cudá iego, ktore czynił.
5. Y wzbudźił świadectwo w Jákobie; á zakon położył w Izráelu. Iáko wielkie rzeczy roskv-

PSALMUS LXXVII.

Canit Synagoga acta in veteri populo, monens, ne majorum suorum contumaciam æmulentur, ob quam Deus tribum Ephraim abjecit; Judæ autem elegit, Davide in Regem evecto. Allegorice Ecclesia mysteria & beneficia Christi sub illis figuris deprædicat.

1. Intellectus *d* Asaph.

ATtendite popule meus legem meam; inclinate aurem vestram in verba oris mei.
2. Aperiam in parabolis os meum; loquar propositiones ab initio.
3. Quanta audivimus & cognovimus ea; & patres nostri narraverunt nobis.
4. Non sunt occultata a filiis eorum, in generatione altera. Narrantes laudes Domini, & virtutes ejus; & mirabilia ejus, quæ fecit.
5. Et suscitavit *e* testimonium *f* in Jacob; &

d Erudito.
e De novo dedit.
f Legem divinam.

& legem poſuit in Iſrael. Quanta mandavit patribus noſtris nota fecere ea filiis ſuis;

6. Ut cognoſat generatio altera. Filii, qui naſcentur, & exurgent, & narrabunt filiis ſuis.

7. Ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliviſcantur operum Dei; & mandata ejus exquirant.

8. Ne fiant ſicut patres eorum; generatio prava & exaſperans. Generatio, quæ non direxit cor ſuum; & non eſt creditus *a* cum Deo ſpiritus ejus.

a Non adhæſit firma fide.

9. Filii Ephrem *b* intendentes, & mittentes arcum; converſi ſunt in die belli.

b Iſrael pars ſeu tribus ſumitur pro toto.

10. Non cuſtodierunt teſtamentum Dei; & in lege ejus noluerunt ambulare.

11. Et obliti ſunt benefactorum ejus; & mirabilium ejus, quæ oſtendit eis.

12. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti; in campo Taneos *c*.

c In regione vicina regiæ Pharaonis.

13. Interrupit *d* mare, & perduxit eos; & ſtatuit aquas quaſi in utre *e*.

d Exod. 14. 22. *e* Incluſas.

14. Et deduxit eos in nube diei; & tota nocte in illuminatione ignis.

15. *f* Interupit petram in eremo; & adaquavit eos velut in abyſſo multa.

f Exod. 17. 6. Pſal. 140. 41.

16. Et eduxit aquam de petra; & deduxit tanquam flumina aquas.

17. Et appoſuerunt adhuc peccare ei; in iram excitaverunt Excelſum in inaquoſo *g*.

g Chald. in arido deſerto, ubi toti ab illo pendebant.

18. Et tentaverunt Deum in cordibus ſuis; ut peterent eſcas animabus ſuis.

19. Et male locuti ſunt de Deo, dixerunt: Numquid poterit Deus parare menſam in deſerto?

20. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Numquid & panem poterit dare; aut parare menſam populo ſuo?

21. Ideo *h* audivit Dominus, & diſtulit; & ignis accenſus eſt in Jacob, & ira aſcendit in Iſrael.

h Num. 11. 1.

22. Quia non crediderunt in Deo; nec ſperaverunt in ſalutari ejus.

23. Et mandavit nubibus deſuper; & januas cœli aperuit.

24. Et *i* pluit illis manna ad manducandum; & panem cœli dedit eis.

i Exod. 16. 4. Num. 11. 7. Joan. 6. 31. 1. Cor. 10. 3.

25. Panem angelorum manducavit homo; cibaria miſit eis in abundantia.

26. Transtulit *k* Auſtrum de cœlo; & induxit in virtute ſua Africum *l*.

k Num. 11. 31. *l* Ut citius deferrentur coturnices in caſtra.

27. Et

roſkazał oycom náſzym, áby ie oznáymili ſynom ſwoim;

6. Aby wiedźiał rodzay drugi. Synowie, ktorzy ſię národzą, y powſtáną, y będą ie powiádáć ſynom ſwoim.

7. Zeby pokłádáli w Bogu nádźieię ſwoię, á nie zápominali ſpraw Bożych; y pytáli ſię o mándaćiech iego.

8. Aby nie byli iáko oycowie ich; narod zły y drażniący. Narod, ktory nie proſtował ſercá ſwego; y nie był wiernym Bogu duch iego.

9. Synowie Ephrem náćiągáiący, y ſpuſczáiący łuk; podáli tył w dźień woyny.

10. Nie ſtrzegli teſtámentu Bożego; y niechćieli chodźić w zakonie iego.

11. Y zápámiętáli dobrodźieyſtw iego; y cudow iego, ktore im ukazał.

12. Przed oycy ich czynił dźiwy w źiemi Ægyptſkiey; ná polu Táneyſkim.

13. Rozerwał morze, y przeprowádźił ie; y záſtáwił wody iáko w ſkorzánym worze.

14. Y prowádźił ie w obłoku we dnie; á przez cáłą noc w rozświeceniu ogniá.

15. Rozſczepił ſkáłę ná puſczy, y nápoił ie; iáko w wielkiey głębokośći.

16. Y wywiodł wodę z opoki; y prowádźił wody iáko z rzeki.

17. A przydáli ieſcze grzeſzyć przećiw iemu; wzruſzyli ku gniewu Nawysſzego ná mieyſcu bezwodnym.

18. Y kuśili Bogá w ſercách ſwoich; proſząc pokarmu duſzam ſwoim.

19. Y mowili źle o Bogu, rzekli: izali Bog może ſtoł zgotowáć ná puſczy?

20. Bo uderzył w ſkáłę, y wypłynęły wody, y ſtrumienie wezbráły. Izáli y chleb będźie mogl dáć; ábo nagotowáć ſtoł ludowi ſwemu?

21. Przetoż uſłyſzał Pan, y odłożył; y ogień zápalił ſię przećiw Jákobowi, y gniew powſtał przećiw Izráelowi.

22. Bo nie wierzyli w Bogá; áni mieli nádźieię w zbáwieniu iego.

23. Y rozkazał obłokom zwierzchu; y otworzył forty niebieſkie.

24. Y dżdżył im mánnę ku iedzeniu; y dał im chleb niebieſki.

25. Chlebá Anyelſkiego pożywał człowiek; poſłał im pokarmow doſtátkiem.

26. Przenioſł wiátr południowy z niebá; y przywiodł mocą ſwą wiátr z zachodu.

27. Y

27. Y ſpuśćił ná nie mięſo iáko proch; á iáko piaſek morſki ptáſtwo ſkrzydłáſte.
28. Y upádło w pośrzod ich obozu; około ich namiotow.
29. Y iedli, y náiedli ſię bárzo; y uczynił doſyć ich chćiwośći;
30. Nie byli omyleni w żądzy ſwoiey. Ieſcze pokarmy ich były w gębiech ich;
31. A gniew Boży zſtąpił ná nie. Y pobił tłuſcze ich; á wybor Izráelczykow ſpętał.
32. W tym wſzytkim ieſcze grzeſzyli; y nie wierzyli cudom iego.
33. Y uſtáły w márnośći dni ich; y látá ich z prędkośćią.
34. Gdy ie zabiiał, ſzukáli go; y wrácáli ſię, y rániuczko chodźili do niego.
35. Y wſpomnieli, że Bog ieſt ich pomocnikiem; á Bog wyſoki ieſt ich odkupićielem.
36. Y miłowáli go uſtmy ſwemi; á ięzykiem ſwym kłamáli mu.
37. A ſerce ich nie było proſte ku niemu; áni byli wiernymi w teſtámenćie iego.
38. A on ieſt miłośierny, y miłośćiw będźie grzechom ich; y nie zátráći ich. Y wiele czynił, áby odwrácał gniew ſwoy; y nie zápalił wſzytkiego gniewu ſwego.
39. Y pámiętał, że byli ćiálem; wiátr idący, á niewracaiący ſię.
40. Iáko częſto draźnili go ná puſczy; do gniewu pobudzáli go ná mieyſcách bezwodnych?
41. Y wroćili ſię, y kuſili Bogá; y draźnili Swiętego Izráelſkiego.
42. Nie pámiętáli ná rękę iego, w dźień; w ktory ie odkupił z ręki trapiącego.
43. Iáko pokázował w Ægyptćie znáki ſwoie; y cudá ſwe ná polu Táneyſkim.
44. Y przemienił w krew rzeki ich, y deſcze ich, áby nie pili.
45. Puśćił ná nie rozmáitą muchę, y kąſałá ie; y żábę, y wygubiłá ie.
46. Y dał ich owoce chrząſcom; y robotę ich ſzáráńczey.
47. Y poráźił grádem winnice ich; á morwy ich mrozem.
48. Y podał grádowi bydło ich; á máiętnośći ich ogniowi.
49. Puśćił ná nie gniew zapálczywośći ſwoiey; popędliwość, y rozgniewánie, y utrapienie; przepuſczenia przez Anyoły złe.
50. Uczynił drogę ſzćieſce gniewu ſwego; nie

27. Et pluit ſuper eos ſicut pulverum carnes; & ſicut arenam maris volatilia pennata.
28. Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum; circa tabernacula eorum.
29. Et manducaverunt, & ſaturati ſunt nimis; & deſiderium eorum attulit eis.
30. Non ſunt fraudati a deſidero ſuo *a*. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum;
31. Et ira Dei aſcendit ſuper eos. Et occidit pingues eorum, & electos Iſrael impedivit *b*.
32. In omnibus his peccaverunt adhuc; & non crediderunt in mirabilibus ejus.
33. Et defecerunt in vanitate dies eorum; & anni eorum cum feſtinatione.
34. Cum occideret eos, quærebant eum; & revertebantur, & diluculo veniebant ad eũ.
35. Et rememorati ſunt, quia Deus adjutor eſt eorum; & Deus excelſus redemptor eorum eſt.
36. Et dilexerunt eum in ore ſuo; & lingua ſua mentiti ſunt ei.
37. Cor autem eorum non erat rectum cum eo; nec fideles habiti ſunt in teſtamento ejus.
38. Ipſe autem eſt miſericors, & propitius fiet peccatis eorum; & non diſperdet eos. Et abundavit, ut averteret *c* iram ſuam; & non accendit omnem iram ſuam.
39. Et recordatus eſt, quia caro *d* ſunt; ſpiritus vadens *e*, & non rediens *f*.
40. Quoties exacerbaverunt eum in deſerto; in iram concitaverunt eum in inaquoſo?
8. Verba bilinguis, quaſi ſimplicia; & ipſa perveniunt usque ad interiora ventris. Pigrum dejicit timor; animæ autem effeminatorum eſurient.

9. Quia mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis.

10. Turris fortiſſima *f*, nomen Domini *g*; ad ipſum currit juſtus, & exaltabitur.

11. Subſtantia divitis urbs roboris ejus, & quaſi murus validus circumdans eum.

12. Antequam *h* conteratur, exaltatur cor hominis; & antequam glorificetur, humiliatur.

13. Qui *i* prius reſpondet, quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum.

d Infr. 20. 5.
e Vir prudens graves & profundas ſententias eructat.
f Præſidium firmiſſ.
g Dominus ipſe, ejus potentia, ſapientia.
h Supr. 11. 2. Eccl. 10. 15.
i Eccl. 11. 8.

14. Spiritus viri suſtentat imbecillitatem ſuam; ſpiritum vero ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere?

15. Cor prudens poſſidebit ſcientiam; & auris ſapientium quærit doctrinam.

16. Donum *a* hominis dilatat viam ejus; & ante principes ſpatium ei facit.

17. Juſtus, prior eſt accuſator ſui *b*; venit amicus ejus, & inveſtigabit eum *c*.

18. Contradictiones comprimit ſors; & inter potentes quoque dijudicat.

19. Frater, qui adjuvatur a fratre, quaſi civitas firma; & judicia quaſi vectes urbium.

20. De fructu oris viri replebitur venter ejus; & genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum.

21. Mors & vita in manu linguæ; qui diligunt eam, comedent fructus ejus.

22. Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum; & hauriet jucunditatem a Domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum; qui autem tenet adulteram, ſtultus eſt & impius.

23. Cum obſecrationibus loquetur pauper; & dives effabitur rigide.

24. Vir amabilis ad ſocietatem, magis amicus erit, quam frater.

a Sic tropologice eleemoſyna viam ad Deum aperit.
b Inquirens & emendans ſuos mores.
c Et mores ejus, ut corrigat eum & in viam reducat.

14. Duch mężá podpiera mdłość iego; ále duchá do gniewu łácnego, kto będźie mogł znośić?

15. Serce roſtropnego otrzyma umieiętność; á ucho mądrych ſzuka wiádomośći.

16. Dar człowieczy rozprzeſtrzenia drogę iego; y czyni mu mieyſce przed kśiążęty.

17. Spráwiedliwy, napierwey ſam ná ſię żáłuie; przydźie przyiaćiel iego, y doświadczáć go będźie.

18. Los uśmierza zwády; y miedzy możnymi też rozſądek czyni.

19. Brát, ktory bywa w ſpomagan od brátá, iáko miáſto mocne; á ſądy iáko zawory miaſt.

20. Z owocu uſt mężá nápełni ſię brzuch iego; á urodzáie warg iego náſycą go.

21. Smierć y żywot w ręce języká; ktorzy ji miłuią, będą ieść owoce iego.

22. Kto nálazł żonę dobrą, nálazł rzecz dobrą; y wyczerpuie poćiechę od Páná. Kto wygania żonę dobrą, wygania rzecz dobrą; ále kto trzyma cudzołożnicę, głupi ieſt y niezbożny.

23. Człowiek ubogi z prośbámi mowi; ále bogáty ſurowie odpowiáda.

24. Mąż przyiaćielſki do towárzyſtwá, większym przyiaćielem będźie, niżli brát.

CAPUT XIX.

Simplicitas, manſuetudo, & virtutes connexæ commendantur; divitiæ addunt amicos; verba jectans 1. Falſus teſtis; non decent ſtultum deliciæ; doctrina per patientiam probatur; ira & hilaritas regis; mulier litigioſa; uxor prudens; præcepti cuſtodia 9. Miſericordia in pauperem; eruditio filii; acceptio conſilii; vir mendax; timor Domini; pigritia; peſtilens; inobediens parentibus; teſtis iniquus; deriſores 17.

1. MElior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua; quam dives torquens *d* labia ſua; & inſipiens.

2. Ubi *e* non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum; & qui feſtinus eſt pedibus, offendet.

3. Stultitia hominis ſupplantat greſſus ejus; & contra Deum fervet animo ſuo *f*.

4. Divitiæ addunt amicos plurimos; a paupere autem & hi, quos habuit, ſeparantur.

5. Teſtis *g* falſus non erit impunitus; & qui mendacia loquitur, non effugiet.

6. Mul-

d Hebr. & Græce pervertens.
e Infr. 21. 16.
f Murmurat, conqueritur.
g Dan. 13. 61.

ROZDZIAŁ XIX.

Zaleca proſtość, łagodność, y cnoty ſpoione; á że bogactwa przyiaćioł przyczyniaią; o ſadzącym ſię ná ſłowiech. O świátku fałeſznym; że nieprzyſtoyne ſą głupiemu rozkoſze; nauka dowodźi ſię przez ćierpliwość; o gniewie, y weſołośći krola; o żenie ſwárliwey, á roſtropney; o ſtrzeżeniu przykazánia, o miłośierdźiu ku ubogiemu; o ćwiczeniu ſyna; o ſłuchániu rády; o kłamcu; o boiaźni Páná; o lenistwie; o zárázliwym; o nieczcącym rodźicow; o świadku nieprawym; o naśmiewcow.

1. LEpſzy ieſt ubogi, ktory chodźi w proſtoćie ſwey; niżli bogáty warg przewrotnych y głupi.

2. Gdźie niemáſz umieiętnośći duſze, niemáſz dobrá; á kto prędkich ieſt nog, potknie ſię.

3. Głupſtwo człowiecze wywraca drogę iego; á ná Bogá wre ſercem ſwym.

4. Bogáctwá przyczyniáią wiele przyiaćioł; lecz od ubogiego y ći, ktore miał, odſtępuią.

5. Swiádek fałeſzny nie uydźie karania; á kto mowi kłamſtwá, nie ućiecze.

6. Wiele

6. Wiele tych, ktorzy ćczą osobę możnego, y są przyiaćiołmi dáry dáiącego.

7. Bráćia człowieká ubogiego nienawidzą go; á ktemu y przyiaćiele dáleko odstąpili od niego. Kto się tylko ná słowiech sádźi, nic nie będźie miał.

8. Lecz kto ma rozum, miłuie duszę swoię; á strzegący rostropnośći naydźie dobrá.

9. Swiádek fałeszny nie uydźie karánia; á kto mowi kłamstwá, zginie.

10. Nie przystoi głupiemu roskosz; áni słudze pánowáć nád kśiążęty.

11. Náuka mężá po ćierpliwośći bywa doznána; á cześć iego iest miiáć nieprawość.

12. Iáko ryk lwi, ták y gniew krolewski; á iáko rosá ná trawie, ták też wesoła twarz iego.

13. Záłość oycowá syn głupi; á dách ustáwicznie kąpiący, swarliwa niewiástá.

14. Dom y máiętnośći dáne bywáią od rodźicow; ále żoná rostropna właśnie od sámego Páná.

15. Lenistwo przynośi ospáłość; á duszá niedbálá będźie láknęłá.

16. Kto strzeże przykazánia, strzeże dusze swoiey; lecz kto zániedbawa drogi swey, umorzon będźie.

17. Ná lichwę dáie Pánu, kto ma litość nád ubogim; y nagrodę iego odda mu.

18. Ćwicz syná twego nierospáczay; á ku zábićiu iego nieprzykłáday dusze twoiey.

19. Kto nie ćierpliwy iest, szkodę popádnie; á gdy wydrze, drugie przyda.

20. Słuchay porády, á przyimuy ćwiczenie; ábyś był mądrym ná ostátku twoim.

21. Wiele myśli w sercu mężą; á wola Páńská trwáć będźie.

22. Człowiek potrzebny iest miłośierny; á lepszy iest ubogi niż mąż kłamliwy.

23. Boiaźń Páńská do żywotá; w obfitośći mieszkáć będźie bez náwiedzenia złego.

24. Kryie leniwy rękę swą pod pachy; áni ią do ust swoich przykłáda.

25. Gdy zaraźliwego ubiiesz, głupi mędrszym będźie; á iesli skarzesz mądrego, zrozumie kárność.

26. Kto fráfuie oycá, á wypądza mátkę; bezecny iest, y niesczęśliwy.

27. Nie przestaway synu słucháć náuki; á umiey słowá umieiętnośći.

28. Swiádek nieprawy śmieie się z sądu; á ustá niezbożnych żrzą nieprawość.

89. Ná-

6. Multi colunt personam potentis; & amici sunt dona tribuentis.

7. Fratres hominis pauperis oderunt eum; insuper & amici procul recesserunt ab eo. Qui tantum verba sectatur, nihil habebit.

8. Qui autem possessor est mentis *a*, diligit animam suam; & custos prudentiæ inveniet bona.

9. Falsus testis non erit impunitus; & qui loquitur mendacia, peribit.

10. Non decent stultum *b* deliciæ; nec servum dominari principibus.

11. Doctrina viri per patientiam noscitur; & gloria ejus est iniqua prætergredi.

12. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira; & sicut ros super herbam, ita & hilaritas ejus.

13. Dolor patris, filius stultus; & tecta jugiter perstillantia *c* litigiosa mulier.

14. Domus, & divitiæ dantur a parentibus; a Domino autem proprie uxor prudens.

15. Pigredo immittit soporem; & anima dissoluta esuriet.

16. Qui custodit mandatum, custodit animam suam; qui autem negligit viam suam, *d* mortificabitur.

17. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis; & vicissitudinem suam reddet ei.

18. Erudi filium tuum, ne desperes; ad interfectionem autem ejus, ne ponas animam tuam.

19. Qui impatiens est, sustinebit damnum; & cum rapuerit, aliud apponet.

20. Audi consilium, & suscipe disciplinam; ut sis sapiens in novissimis tuis.

21. Multæ cogitationes in corde viri; voluntas autem Domini permanebit.

22. Homo indigens misericors est; & melior est pauper quam vir mendax.

23. Timor Domini ad vitam *e*; & in plenitudine commorabitur, absque visitatione pessima.

24. Abscondit *f* piger manum suam sub ascella; nec ad os suum applicat eam.

25. Pestilente *g* flagellato stultus sapientior erit; si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.

26. Qui affligit patrem, & fugat matrem; ignominiosus est & infelix.

27. Non cesses fili audire doctrinam; nec ignores sermones scientiæ.

28. Testis iniquus deridet judicium; & os impiorum devorat iniquitatem *h*.

29. Pa-

a Cordis per prudentiam.

b Corpus indomitum.

c Quæ domũ labefactant, & habitationem sordidam & molestam faciunt.

d mores componere.

e Fovendam, ornandam, perpetuandam servit.

f Infr. 26. 15.

g Infr. 21. 11.

h Ut helluo avidissime se infarcit sceleribus.

29. Parata ſunt deriſoribus judicia; & mallei percutientes *a* ſtultorum corporibus.

a Verbera & ſupplicia hic & ibi.

CAPUT XX.

De cavenda ebrietate, offenſione regis vel magiſtratus; & fugienda contentione, & otio &c. rex in ſolio; pondus & pondus; malum eſt, dicit emptor; panis mendacii; revelans myſteria 1. Noli reddere malum; devorare ſanctos; feſtinare ad hæreditatem; veritas & clementia roborant thronum 22.

1. Luxurioſa res, vinum *b*, & tumultuoſa ebrietas; quicumque his delectatur, non erit ſapiens.

b ſeu vini uſus immoderatus

2. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis; qui provocat eum, peccat in animam ſuam.

3. Honor eſt homini, qui ſeparat ſe a contentionibus; omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis.

4. Propter frigus piger arare noluit; mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi.

5. Sicut *c* aqua profunda, ſic conſilium in corde viri; ſed homo ſapiens exhauriet *d* illud.

c Sup. 18. 4.
d Eliciet, aſſequetur.

6. Multi homines miſericordes vocantur; virum autem fidelem *e* quis inveniet?

e Per omnia cum Deo, tum proximo.

7. Juſtus, qui ambulat in ſimplicitate ſua; beatos poſt ſe filios derelinquet.

8. Rex, qui ſedet in ſolio judicii; diſſipat omne malum intuitu ſuo.

9. Quis *f* poteſt dicere: Mundum eſt cor meum; purus ſum a peccato.

f 3. Reg. 8. 47. 2 Par. 6. 36. Eccl. 7. 21. 1. Joan. 1. 8.

10. Pondus *g* & pondus *h*, menſura & menſura; utrumque abominabile eſt apud Deum.

g Supr. 11. 1. infr 20. 23.
h Diverſa injuſta.

11. Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer; ſi munda & recta ſint opera ejus.

12. Aurem audientem, & oculum videntem; Dominus fecit utrumque.

13. Noli diligere ſomnũ, ne te egeſtas opprimat; aperi oculos tuos *i*, & ſaturare panibus.

i Evigila ab inertia & ſomno.

14. Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor; & cum receſſerit, tunc gloriabitur.

15. Eſt aurum, & multitudo gemmarum; & vas pretioſum labia ſcientiæ.

16. Tolle *k* veſtimentũ ejus, qui fidejuſſor extitit alieni; & pro extraneis aufer pignus ab eo.

k Infr. 27. 13.

17. Suavis eſt homini panis mendacii *l*; & poſtea implebitur os ejus calculo.

l Metonymice voluptas, hæreſis &c.

18. Cogitationes conſiliis roborantur; & gubernaculis tractanda ſunt bella.

19. Ei,

29. Nágotowano pośmiewcom ſądy; y młoty biiące ćiałom głupich.

ROZDZIAŁ XX.

O warunku piiáńſtwá, obrażenia krola dbo urzędu. O odſtępku od zwady, od leniwſtá &c. Krol ná ſtolicy; wagá y wagá; złe ieſt, mowi káżdy kupuiący; chleb kłamſtwa; obiawiaiący táiemnice. Nie oddái złość; pożyrać rzeczy poświęcone; do dźiedźictwa ſię kwapić; prawdá y miłośierdźie ſtrzegą ſtolicę.

1. Rozpuſtna rzecz wino, y zwádliwe piiáńſtwo; ktokolwiek ſię w nich kocha, nie będźie mądrym.

2. Iáko ryk lwi, ták y ſtrách krolewſki; kto go draźni, grzeſzy przećiw duſzy ſwoiey.

3. Poczćiwość ieſt człowiekowi, ktory ſię odłącza od zwády; á wſzyſcy głupi wdawaią ſię w ſwary.

4. Dla źimná leniwiec oráć niechćiał; przetoż będźie żebrał lećie, á nie dádzą mu.

5. Iáko wodá głęboka, ták rádá w ſercu mężá; ále człowiek mądry wyczerpnie ią.

6. Wiele ludźi miłośiernymi zowią; ále mężá wiernego, kto naydźie?

7. Spráwiedliwy, ktory chodźi w proſtoćie ſwoiey; błogosławione po ſobie ſyny zoſtáwi.

8. Krol, ktory śiedźi ná ſtolicy ſądowey; rozpraſza wſzytko złe poyźrzeniem ſwoim.

9. Ktoż może mowić: czyſte ieſt ſerce moie; ieſtem prozen grzechu?

10. Wagá y wagá, miárá y miárá; oboie obrzydłe ieſt u Bogá.

11. Po zabáwách iego poznáć dźiećię; ieſli czyſte y práwe ſą uczynki iego.

12. Ucho ſłucháiące, á oko widzące, Pan oboie uczynił.

13. Nie kochay ſię w ſpániu, áby ćię uboſtwo nieśćiſnęło; otworz oczy ſwoiey, náiedz ſię chlebá.

14. Złe ieſt, złe ieſt, mowi káżdy kupuiący; á odſzedſzy tedy ſię będźie chwalił.

15. Ieſt złoto, y obfitość perel; y naczynie drogie uſtá umieiętnośći.

16. Weźmi ſuknią tego, ktory ręczył zá obce; á zá obce weźmi ſánt od niego.

17. Słodki ieſt człowiekowi chleb kłamſtwá; á potym nápełnią ſię piaſkiem uſtá iego.

18. Myśli porádámi ſię utwierdzáią; á rządem máią bydź ſpráwowáne woyny.

19. Z

19. Z tym, ktory obiáwia táiemnice, á chodźi zdrádliwie á rozwodźi wárgi ſwe; nie miey towárzyſtwá.
20. Kto złorzeczy oycu ſwemu, y mátce; pochodnia iego zgáśnie w pośrzod ćiemnośći.
21. Dźiedźictwo, do ktorego ſię z przodku kwápią; ná końcu błogoſłáwieńſtwá miec nie będźie.
22. Nie mow: Oddam złośc; czekay ná Páná, á wybáwi ćię.
23. Brzydliwość ieſt u Páná wagá y wagá; ſzalá zdrádliwa nie ieſt dobra.
24. Od Páná bywáią proſtowáne kroki mężá; á ktoryż z ludźi może zrozumieć drogę ſwoię?
25. Upadek ieſt człowiekowi pożrzeć święte; á ſzlubiwſzy odmienić.
26. Krol mądry rozpądza niezbożniki; y obráca ná nie koło.
27. Duch człowieczy ieſt pochodnia Páńſká; ktora wypátruie wſzytkie ſkrytośći wnętrzne.
28. Miłośierdźie, y prawdá ſtrzegą krolá; á láſkáwośćią umacnia ſię ſtolicá iego.
29. Weſele młodych, moc ich; y ozdobá ſtárych, ſzedźiwość.
30. Siność ràny otrze złośći; y rázy wewnętrznośćiach brzuchá.

19. Ei, qui revelat myſteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua *a*; ne commiſcearis.
20. Qui *b* maledicit patri ſuo, & matri; extinguetur lucerna *c* ejus in mediis tenebris.
21. Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio; in noviſſimo benedictione carebit.
22. Ne *d* dicas: Reddam malum; expecta Dominum, & liberabit te.
23. Abominatio *e* eſt apud Dominum pondus & pondus; ſtatera doloſa non eſt bona.
24. A *f* Domino diriguntur greſſus viri; quis autem hominum intelligere poteſt viam ſuam?
25. Ruina eſt homini devorare ſanctos *g*; & poſt vota retractare.
26. Diſſipat impios rex ſapiens; & incurvat ſuper eos fornicem *h*.
27. Lucerna Domini ſpiraculum hominis; inveſtigat omnia ſecreta ventris.
28. Miſericordia, & veritas cuſtodiunt regem; & roboratur clementia thronus ejus.
29. Exultatio juvenum, fortitudo eorum; & dignitas ſenum, canities.
30. Livor vulneris abſterget mala; & plagæ in ſecretioribus ventris.

a Garrulus & blandus eſt.
b Exod. 21. 17. Lev. 20. 9. Matth. 15. 4.
c Gloria & felicitas.
d Rom. 12. 17. 1. Theſſ. 5. 15. 1. Pet. 3. 9.
e Sup. v. 10.
f Sup. 16. 2.
g Loca & perſonas ſacras bonis ſuis ſpoliare, vel illis vota non reddere.
h Obruet eos, & ruinis involvet.

ROZDZIAŁ XXI.

Ze każdy Bogu poſłuſzny má być; á w miłośierdźiu, ſpráwiedliwośći, á inſzych cnotach ſię ćwiczić. Ze ſerce krolewſkie ieſt w ręce Bożey; miłośierdźie y ſpráwiedliwość więcey ſię Pánu podobá, niżli ofiáry; ſkarbiący nieſpráwiedliwie. Zatułaiący uſzy przed ubogim &c. Kochaiący ſię w używániu. Kto ſtrzeże uſt ſwoich. Niemáſz roſtropnośći przećiw Pánu. Konia gutuią do bitwy.

1. JAko rozdźiały wod, ták ſerce krolewſkie w ręce Páńſkiey; kędy iedno chce, náchyli go.
2. Wſzelka drogá człowiecza zda mu ſię bydź práwa; ále Pan uważa ſercá.
3. Czynić miłośierdźie y ſpráwiedliwość; więcey ſię Pánu podoba, niżli ofiáry.
4. Wynoſzenie oczu ieſt rozſzerzenie ſercá; świecá niezbożnych grzech.
5. Myſli dużego, záwſze w doſtátku; lecz káżdy leniwy záwſze ieſt w niedoſtátku.
6. Ktory zbiera ſkárby iężykiem kłamliwym, nicze-

CAPUT XXI.

Deo obſequendum & miſericordiæ, juſtitiæ, cæteriſque virtutibus ſtudioſe vacandum eſt; Cor regis in manu Domini; miſericordia & judicium magis placens quam victimæ; inique theſaurizans 1. Obturans aurem pauperi, &c. diligens epulas 13. Qui cuſtodit os ſuum; non eſt ſapientia contra Dominum; equus paratur ad bellum, &c. 23.

1. SIcut diviſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini; quocumque voluerit, inclinabit illud *i*.
2. Omnis *k* via viri recta ſibi videtur; appendit autem corda Dominus.
3. Facere miſericordiam & judicium; magis placet Domino, quam victimæ *l*.
4. Exaltatio oculorum eſt dilatatio cordis; lucerna impiorum peccatum.
5. Cogitationes robuſti *m* ſemper in abundantia *n*; omnis autẽ piger ſemper in egeſtate eſt.
6. Qui congregat theſauros lingua menda-

i Non cogendo, ſed ſuaviter flectendo.
k Sup. 16. 2, & 22. 24.
l Seu ſacrificia ſine ſtudio virtutum.
m Hebr. ſedulі.
n Illum conſtituunt.

cii,

cii, vanus & excors; & impingetur ad laqueos mortis.

7. Rapinæ impiorum detrahent eos *a*; quia noluerunt facere judicium.

a In perniciem.

8. Perverſa via viri, aliena eſt; qui autem mundus eſt, rectum opus ejus.

9. Melius *b* eſt ſedere in angulo domatis; quam cum muliere litigioſa, & in domo communi.

b Infr. 25. 24.

10. Anima impii deſiderat malum; non miſerebitur proximo ſuo.

11. Mulctato *c* peſtilente ſapientior erit parvulus; & ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſcientiam.

c Sup. 19. 25.

12. Excogitat *d* juſtus de domo impii; ut detrahat impios a malo.

d Sollicitus eſt ex charitate.

13. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis; & ipſe clamabit, & non exaudietur.

14. Munus abſconditum extinguit iras; & donum in ſinu, indignationem maximam.

15. Gaudium juſto eſt facere judicium; & pavor operantibus iniquitatem.

16. Vir, qui erraverit a via doctrinæ; in cœtu gigantum *e* commorabitur *f*.

e Dæmonum.
f Punietur cum illis.

17. Qui diligit epulas, in egeſtate erit; qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur.

18. Pro juſto datur impius *g*; & pro rectis iniquus.

g Ad ſupplicium.

19. Melius *h* eſt habitare in terra deſerta; quam cum muliere rixoſa & iracunda.

h Sup. v. 9. & Eccli. 25. 23.

20. Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habitaculo juſti; & imprudens homo diſſipabit illud.

21. Qui ſequitur juſtitiam & miſericordiam; inveniet vitam, juſtitiam, & gloriam.

22. Civitatem fortium aſcendit ſapiens *i*; & deſtruxit robur fiduciæ ejus *k*.

i Myſtice Chriſtus cum ſuis aſſeclis cœlum.
k Diaboli, non potentia, & armis ſed ſapientia & cruce.

23. Qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam; cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam.

24. Superbus & arrogans vocatur indoctus; qui in ira operatur ſuperbiam.

25. Deſideria occidunt pigrum; noluerunt enim quidquam manus ejus operari.

26. Tota die concupiſcit & deſiderat; qui autem juſtus eſt, tribuet, & non ceſſabit.

27. Hoſtiæ *l* impiorum abominabiles; quia offerunt ex ſcelere.

l Sup. 15. 8. Eccl. 34. 21.

28. Teſtis mendax peribit; vir obediens loquetur victoriam.

29. Vir impius procaciter obfirmat vultum

---

niczemny y ſzalony ieſt; y wpádnie w śidłá śmierći.

7. Drapieztwá niezbożnych zrzucą ie; iż niechćieli czynić ſądu.

8. Przewrotna drogá człowiecza, dáleka ieſt; ále kto czyſty ieſt, ſczera ſpráwá iego.

9. Lepiey ieſt śiedźieć w kąćie domu; niżli z żoną ſwarliwą, á w domu ſpołecznym.

10. Duſzá niezbożnego żąda złego; nie zliтuie ſię nad bliźnim ſwoim.

11. Skarawſzy záráźliwego mędrſzy będźie proſtak; á ieſli náśláduie mądrego, przyimie naukę.

12. Myſli ſpráwiedliwy o domu niezbożnego; áby odćiągnął niezbożne od złego.

13. Kto zátula uſzy ſwe ná wołánie ubogiego; będźie y ſam wołał, á nie wyſłucháią go.

14. Dar potáiemnie dány gáśi gniewy; á upominek w zánádrzu, rozgniewánie wielkie.

15. Rádość ſpráwiedliwemu ieſt czynić ſąd; á ſtrách dźiáłáiącym nieprawość.

16. Człowiek, ktory zbłądźi z drogi nauki; we zborze obrzymow mieſzkáć będźie.

17. Kto ſię kocha w używániu, w niedoſtátku będźie; kto miłuie wino y tłuſte kąſki, nie zbogáći ſię.

18. Niezbożni będźie dan zá ſpráwiedliwego; á nieprawy zá práwe.

19. Lepiey ieſt mieſzkáć w źiemi puſtey; niżli z żoną ſwarliwą á gniewliwą.

20. Skarb pożądány, y wonny oleiek w mieſzkániu ſpráwiedliwego; á głupi człowiek rozleie go.

21. Kto náśláduie ſpráwiedliwośći y miłośierdźia; naydźie żywot, ſpráwiedliwość y chwałę.

22. Miáſto mocnych ubiegł mądry; y zepſował moc ufánia ich.

23. Kto ſtrzeże uſt ſwoich, y ięzyká ſwego; ſtrzeże od ućiſkow duſze ſwoiey.

24. Hárdego y pyſznego zowią nieuczonym; ktory w gniewie pyſznie ſię ſpráwuie.

25. Pożądliwośći zábiiáią leniwego; ábowiem niechćiáły nic robić ręce iego.

26. Przez cáły dźień prágnie y pożąda; á kto ſpráwiedliwy ieſt, dáie bez przeſtanku.

27. Ofiáry niezbożnych brzydliwe; iż ſię ofiáruią z grzechu.

28. Świádek kłamliwy zginie; mąż poſłuſzny będźie mowił zwyćięſtwo.

29. Człowiek niezbożny niewſtydliwie zátwár-

twárdza twarz ſwoię; ále kto práwy ieſt, poprawia drogi ſwoiey.

30. Niemáſz mądrośći, niemáſz roſtropnośći; niemáſz rády przećiw Pánu.

31. Koniá gotuią ná dźień bitwy; ále Pan dáie wybáwienie.

tum ſuum; qui autem rectus eſt, corrigit viam ſuam.

30. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia; non eſt conſilium contra Dominum.

31. Equus paratur ad diem belli; Dominus autem ſalutem tribuit.

ROZDZIAŁ XXII.

Mámy ſię ſtárać o dobrey powieśći, o czyſtośći ſerdeczney, pobożnośći, miłośierdźiu, ufániu w Pánú; Smilny obaczy złe; kto śieie niepráwość. Mowi leniwiec: lew &c. Głupſtwo w ſercu dźiećięcym; kto potwarza ubogiego. Słuchay mądrośći. Waruy ſię tych, ktorzy ſię czynią rękoymiámy; nie przeſtępuy gránic ſtárych. Mąz biegły w ſpráwách ſwoich.

1. LEpſze ieſt imię dobre, niż wielkie bogáctwá; łáſká nád ſrebro y złoto.

2. Bogáty y ubogi potkáli ſię; obudwu Pan ieſt ſtworzyćielem.

3. Smyślny obaczy złe, y ſkrył ſię; proſtak minął, y popadł ſzkodę.

4. Koniec ſkromnośći boiaźń Páńſká; bogáctwo y chwałá, y żywot.

5. Oręża y miecze ná drodze przewrotnego; á ſtroż duſze ſwey dáleko odſtępuie od nich.

6. Przypowieść ieſt: Młodźieniec wedle drogi ſwey, chośby ſię zſtárzał, nie odſtąpi od niey.

7. Bogáty ubogim roſkázuie; á kto u kogo pożycza, ſługą ieſt tego, ktory mu pożyczył.

8. Kto śieie niepráwość, będźie żął nieſczęśćie; y łáſką gniewu ſwego zniſczeie.

9. Kto ſkłonny ieſt ku miłośierdźiu, błogoſłáwion będźie; bo chlebá ſwego dał ubogiemu. Zwyćięſtwá y czći doſtánie, kto dáry dáie; á duſze odeymuie tych, co ie biorą.

10. Wypądź naśmiewcę, á wynidźie z nim ſwar; y uſtáną práwá, y potwarzy.

11. Kto miłuie czyſtość ſerdeczną; dla wdźięcznośći uſt ſwoich, będźie miał przyiaćielem krolá.

12. Oczy Páńſkie ſtrzegą umieiętnośći; á ſłowá niepráwego bywáią wywrocone.

13. Mowi leniwiec: Lew ieſt ná dworze, w pośrzod ulic zábit będę.

14. Uſtá cudzey ſą dołem głębokim; ná kogo ſię Pan gniewa, wpádnie weń.

15. Głupſtwo przywiązáne ieſt do ſercá dźiećięcego; ále rozgá karánia wypędźi ie.

16. Kto

CAPUT XXII.

Cura habenda eſt de bono nomine, cordis munditia, pietate, miſericordia & fiducia in Deum; callidus videns malum; ſeminans iniquitatem 1. Dicit piger: Leo, &c. ſtultitia in corde pueri; calumnians pauperem 13. Audi ſapientiam; vita ſponſores; termini antiqui ſervandi; velox in opere ſuo &c. 17.

1. MElius eſt nomen bonum *a*, quam divitiæ multæ; ſuper argentum & aurum gratia bona *b*.

2. Dives *c*, & pauper obviaverunt ſibi; utriusque operator eſt Dominus.

3. Callidus vidit malum, & abſcondit ſe; innocens *d* pertranſiit, & afflictus eſt damno.

4. Finis *e* modeſtiæ timor Domini; divitiæ & gloria, & vita.

5. Arma & gladii in via perverſi; cuſtos autem animæ ſuæ longe recedit ab eis.

6. Proverbium eſt: Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam, cum ſenuerit, non recedet ab ea.

7. Dives pauperibus imperat; & qui accipit mutuum, ſervus eſt fœnerantis.

8. Qui ſeminat iniquitatem, metet mala; & virga iræ ſuæ conſummabitur *f*.

9. Qui *g* pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur; de panibus enim ſuis dedit pauperi. Victoriam, & honorem acquiret, qui dat munera; animam autem aufert accipientium.

10. Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium; ceſſabuntque cauſæ, & contumeliæ.

11. Qui diligit cordis munditiam; propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem.

12. Oculi Domini cuſtodiunt ſcientiam *h*; & ſupplantantur *i* verba iniqui.

13. Dicit piger: Leo eſt foris; in medio platearum occidendus ſum.

14. Fovea profunda, os alienæ *k*; cui iratus eſt Dominus, incidit in eam *l*.

15. Stultitia colligata eſt in corde pueri; & virga diſciplinæ fugabit eam.

16. Qui

a Eccli. 7. 2.
b Gratioſitas, ſeu benevolentia populi, quæ per virtutem comparatur.
c Inf. 29. 23.
d In malam partem, Hebr. ſtultus.
e Fructus.
f i. flagello, quo voluit alios punire, ipſemet punietur.
g Eccli 31. 28.
h ſenſum conſilia & nomina ſapientū.
i Subvertuntur.
k Meretricis.
l Permittente Deo, in pœnam peccati præcedentis.

16. Qui calumniatur pauperem, ut augeat divitias suas; dabit ipse ditiori, & egebit.

17. Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium; appone autem cor ad doctrinam meam;

18. Quæ pulchra erit tibi, cum servaveris eam in ventre tuo; & redundabit in labiis tuis;

19. Ut sit in Domino fiducia tua; unde & ostendi eam tibi hodie.

20. Ecce descripsi eam tibi tripliciter *a*, in cogitationibus; & scientia;

a Multipliciter variis modis.

21. Ut ostenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis; respondere ex his illis, qui miserunt te.

22. Non facias violentiam pauperi, quia pauper est; neque conteras egenum in porta;

23. Quia judicabit Dominus causam ejus; & configet eos, qui confixerunt animam ejus.

24. Noli esse amicus homini iracundo; neque ambules cum viro furioso.

25. Ne forte discas semitas ejus; & sumas scandalum animæ tuæ.

26. Noli esse cum his, qui defigunt manus suas; & qui vades se offerunt pro debitis;

27. Si enim non habes, unde restituas; quid causæ est, ut tollat operimentum de cubili tuo?

28. Ne transgrediaris terminos antiquos; *b* quos posuerunt patres tui.

b Transferendo limites agrorum, possessionum &c. allegorice doctrinas & traditiones Patrum.

29. Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

16. Kto potwarza ubogiego, áby przyspor-zył máiętnośći sobie; da sam bogátszemu, y będźie nędzę klepał.

17. Nákłoń uchá twego, á słuchay słow mądrych; á serce swoie przyłoż do náuki moiey;

18. Ktorać piękna będźie, gdy ią záchowasz w sercu swoim; y rozpłynie się po wárgách twoich.

19. Aby było w Pánu ufánie twoie; y przetożemći ią dźiś pokazał.

20. Otomći ią troiáko opisał w myślách; y w náuce;

21. Abymći okazał stałość, y powieśći prawdźiwe; ábyś z nich odpowiádał tym, ktorzy ćię posłáli.

22. Nie czyń bezpráwia ubogiemu, iż ubogi iest; áni niscz nędzniká w bramie;

23. Abowiem Pan będźie sądźił spráwy iego; y przebiie tych, ktorzy przebili duszę iego.

24. Nie bądź przyiaćielem człowiekowi gniewliwemu; áni chodź z mężem zápálczywym.

25. Byś snadź nie przywykł śćieżkom iego; á wźiął zgorszenie dusze twoiey.

26. Nie byway miedzy temi, ktorzy rękę dáią; y ktorzy się czynią rękoymiámi zá długi;

27. Bo iesli niemász zkąd wroćić, czemuć nie ma wźiąć przykryćie z łożká twego?

28. Nie przestępuy gránic stárych; ktore záłożyli oycowie twoi.

29. Widźiałeś mężá biegłego w spráwách swoich? przed krolmi stać będźie, á nie będźie przed podłymi.

CAPUT XXIII.

Regulæ pro epulis, divitiis, deliciis. Quomodo edendum cum principe; non appete divitias, nec cibos invidorum 2. Non opprime pupillos; quære sapientiam; fuge peccatores & gulæ deditos; honora parentes 10. Fuge meretricem, & ebrietatem 19.

1. QUando sederis, ut comedas cum principe; diligenter attende *c*, quæ apposita sunt ante faciem tuam;

2. Et statue cultrum *d* in gutture tuo; si tamen habes in potestate animam tuam *e*.

3. Ne desideres de cibis ejus; in quo est panis mendacii.

4. Noli laborare, ut diteris; sed prudentiæ tuæ pone modum.

c Fercula & vina.
d Refræna gulam.
e Illi dominans.

ROZDZIAŁ XXIII.

Reguły, iáko się, kto ma mieć ná godźiech, w bogáctwach, roskoszach. Iáko ieść z kśiążęćiem. Nie prágni pokármow zazdrośćiwego. Nie ućiskai śierot. Szukay mądrość. Strzedź się grzesznikow, y piianicow. Czcyi rodźice. Strzedź się nierządnice, y piáństwa.

1. GDy śiędźiesz, ábyś iadł z kśiążęćiam; pilnie obacz, co położono przed tobą;

2. Y położ noż w gárdle twoim; iesliż iednák masz w mocy duszę twoię.

3. Nie pożąday pokármow tego; w ktorym iest chleb kłamstwá.

4. Nie prácuy, ábyś się zbogáćił; ále záłoż miárę opátrznośći twoiey.

5. Nie podnoś oczu twoich ná bogáctwá, ktorych mieć nie możeſz; bo uczynią ſobie ſkrzydłá iákoby orłowe, y ulecą do niebá.

6. Nie iaday z człowiekiem zazdrośćiwym; y nie prágni pokármow iego;

7. Bo ná kſztałt wieſczká, y práktykarzá, domniemawa ſię czego niewie. Iedz á piy, rzecze tobie; á myśl iego nie ieſt z tobą.

8. Pokármy, ktoreś iadł, zrzućiſz; y utráćiſz wdźięczne ſłowá twoie.

9. Nie mow w uſzách głupich; bo wzgárdzą náukę wymowy twoiey.

10. Nie tykay gránic máłych dźiatek; á nie wchodź ná rolą śierot.

11. Bo powinni ich mocny ieſt; á on będźie ſądźił przećiw tobie ſpráwy ich.

12. Niech wnidźie do ćwiczenia ſerce twoie; á uſzy twoie do ſłow umieiętnośći.

13. Nie odeymuy od dźiećięćiá kárnośći; bo ieſli go ubiieſz rozgą, nie umrze.

14. Ty go ubiieſz rozgą; á duſzę iego z piekłá wybáwiſz.

15. Synu moy, będźieli mądre ſerce twoie; będźieć ſię z tobą rádowáło ſerce moie.

16. Y będą ſię weſelić nerki moie; gdy będą dobrze mowić uſtá twoie.

17. Niech nie zayźrzy grzeſznym ſerce twoie; ále w boiáźni Páńſkiey trway przez cáły dźień.

18. Bo będźieſz miał nádźieię ná końcu; á oczekawánie twe nie będźie odięte.

19. Słuchay ſynu moy, á bądź mądry; á proſtuy ná drodze duſzę twoię.

20. Nie byway ná bieśiádách piiánicow; áni ná kołácyiách tych, ktorzy mięſo ná iedzenie znaſzáią.

21. Bo ktorzy ſię piiáńſtwem báwią, y ktorzy ſię ſkładáią, zniſczeią; á w látách chodźić będźie oſpáłość.

22. Słuchay oycá twepo, ktory ćię zrodźił; á nie gárdźi, gdy ſię zſtárzeie mátká twoiá.

23. Kupuy prawdę; á nie przedaway mądrośći, y náuki, y umieiętnośći.

24. Ráduie ſię bárzo oćiec ſpráwiedliwego; krory zrodźił mądrego, weſelić ſię będźie z niego.

25. Niech ſię weſeli oćiec twoy, y mátká twoiá; á niech ſię ráduie, ktora ćię urodźiłá.

26. Day mi ſynu moy ſerce twoie; á oczy twoie niech ſtregą drog moich.

27. Bo doł głęboki ieſt nierządnicá; á ſtudnia ćiáſna, cudza.

28. Czy-

5. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere; quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cœlum.

6. Ne comedas cum homine invido; & ne deſideres cibos ejus *a*;

7. Quoniam in ſimilitudinem arioli, & conjectoris, æſtimat, quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi; & mens ejus non eſt tecum.

8. Cibos *b*, quos comederas, evomes; & perdes pulchros ſermones tuos.

9. In auribus inſipientium ne loquaris; quia deſpicient doctrinam eloquii tui.

10. Ne attingas parvulorum terminos; & in agrum pupillorum ne introeas.

11. Propinquus *c* enim illorum fortis eſt; & ipſe judicabit contra te cauſam illorum.

12. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum; & aures tuæ ad verba ſcientiæ.

13. Noli *d* ſubtrahere a puero diſciplinam; ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur.

14. Tu virga percuties eum; & animam ejus de inferno liberabis.

15. Fili mi, ſi ſapiens fuerit animus tuus; gaudebit tecum cor meum.

16. Et exultabunt renes mei; cum locuta fuerint rectum labia tua.

17. Non *e* æmuletur cor tuum peccatores; ſed in timore Domini eſto tota die.

18. Quia habebis ſpem in noviſſimo; & præſtolatio tua non auferetur.

19. Audi fili mi, & eſto ſapiens; & dirige in via animum tuum.

20. Noli eſſe in conviviis potatorum; nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt.

21. Quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur; & veſtietur pannis *f* dormitatio *g*.

22. Audi patrem tuum, qui genuit te; & ne contemnas, cum ſenuerit mater tua.

23. Veritatem *h* eme; & noli vendere *i* ſapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.

24. Exultat gaudio pater juſti; qui ſapientem genuit, lætabitur in eo.

25. Gaudeat pater tuus, & mater tua; & exultet, quæ genuit te.

26. Præbe fili mi cor tuum mihi; & oculi tui vias meas cuſtodiant.

27. Fovea enim profunda eſt meretrix; & puteus anguſtus *k*, aliena.

28. In-

a Lautos blandos appetitus, myſtice dogmata hæreticorum.
b Noxios.
c Redemptor.
d Supr. 13. 24. Eccli. 30. 1. Supr. 29. 15.
e Infr. 24. 1.
f Laceris.
g Dormitans, & iners.
h Ut verum & ſolidum theſaurum.
i A te alienare.
k Sci. unde difficile exire.

28. Insidiatur in via quasi latro; & quos incautos viderit, interficiet.

29. Cui væ *a*? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum?

30. Nonne his, qui commorantur in vino; & student calicibus epotandis?

31. Ne intuearis vinum, quando flavescit, cum splenduerit in vitro *b* color ejus; ingreditur blande.

32. Sed in novissimo mordebit *c*, ut coluber; & sicut regulus venena diffundet.

33. Oculi tui videbunt extraneas; & cor tuum loquetur perversa.

34. Et eris sicut dormiens in medio mari; & quasi sopitus gubernator, amisso clavo *d*;

35. Et dices: Verberaverunt me, sed non dolui; traxerunt me, & ego non sensi; quando evigilabo, & rursus vina reperiam?

a Gravissima calamitas.
b Hebr. & Chald. calice.
c q. d. plurimum nocebit.
d Nempe usu rationis, quæ per ebrietatē perditur.

28. Czyha ná drodze iáko zboycá; á ktore uyźrzy nieopátrznie, zábiie.

29. Komu biádá? czyiemu oycu biádá? komu swary? komu doly? komu bez przyczyny rány? komu płynienie oczu?

30. Izali nie tym, ktorzy záśiadáią ná winie; á báwią się kubkow wytrząsániem?

31. Nie pátrz ná wino, gdy się rumieni, gdy się rożiáśni w śklenicy bárwá iego; łágodnie wchodźi.

32. Ale ná końcu ukąśi iáko wąż; á iáko zmiiá iad rozpuśći.

33. Oczy twe będą pátrzyć ná cudze; á serce twe będźie mowić przewrotnośći.

34. Y będźiesz iáko śpiący ná śrzod morzá; y iáko uśpiony sternik gdy ster stráći;

35. Y rzeczesz: Bili mię, ále mię nie boláło; ćiągnęli mię, á nie czułem; kiedyż ocucę, y záśię wino naydę?

CAPUT XXIV.

Regulæ agendi cum proximo. Sapientia & eruditio; cogitatio stulti 1. Erue oppressos; doctrina, ut melle utere; casus inimici; juste judica; nullum verbis lacta, nec malum malo redde 11. Ager pigri, dormitanti venit egestas 30.

1. NE æmuleris *e* viros malos *f*; nec desideres esse cum eis.

2. Quia rapinas meditatur mens eorum; & fraudes labia eorum loquuntur.

3. Sapientia ædificabitur domus *g*; & prudentia roborabitur *h*.

4. In doctrina replebuntur cellaria; universa substantia pretiosa, & pulcherrima.

5. Vir sapiens *i*, fortis est; & vir doctus, robustus, & validus.

6. Quia cum dispositione initur bellum; & erit salus, ubi multa consilia sunt.

7. Excelsa stulto sapientia; in porta non aperiet os suum.

8. Qui cogitat mala facere; stultus vocabitur.

9. Cogitatio stulti peccatum est; & abominatio hominum detractor.

10. Si desperaveris lassus *k* in die angustiæ; imminuetur fortitudo tua.

11. Erue *l* eos, qui ducuntur ad mortem; & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.

e Imiteris.
f Sup. 23. 17.
g Familia, q. d. bene instituitur.
h i. stabilietur.
i Chald. & Hebr. melior est vir sapiens robusto.
k Remissus & negligens propter occurrentem difficultatem.
l Psalm. 81. 4.

ROZDZIAŁ XXIV.

Reguły: iáko z bliznim się má obchodźić. Mądrość, y rostropność; myśl głupiego. Wybáway ućyśnione; náuki używai iáko miodu; upad nieprzyiaćiel; sądź sprawiedliwie; nie pochlebuy; áni złe żá złe odday. Pole człowieká leniwego. Śpiącemu przydźie ubostwo.

1. Nie násládowy ludźi złych; áni żąday bydź z nimi.

2. Abowiem serce ich myśli o drapierztwie; á ustá ich mowią zdrády.

3. Mądrośćią będźie budowány dom; á rostropnośćią umocnion będźie.

4. Umieiętnośćią nápełniáią się spizárnie; wszelákiey máiętnośći kosztowniey, y piękniey.

5. Człowiek mądry mocny iest; á mąż uczony śilny, y potężny.

6. Bo spráwą záczyna się woyná; á będźie zdrowie, kędy wiele rády iest.

7. Wysoka głupiemu mądrość; nie otworzy w bramie ust swoich.

8. Kto myśli złe czynić; głupim názwan będźie.

9. Myśl głupiego iest grzech; á brzydliwośćią ludzką obmowcá.

10. Iesli zwątpisz sprácowány w dźień ućisku; umnieyszy się śiłá twoiá.

11. Wybawiay te, ktore ná śmierć wiodą; á ktore ćiągną ná stracenie, wyzwáláć nieprzestaway.

12. Iesli rzeczesz: Niemam zto śiły; ktory pátrzy ná ferce, ón rozumie, á ftrożá duſze twe nic nie omyli; y odda człowiekowi według uczynkow iego.

13. Iedz miod ſynu moy, bo dobry ieſt; y plaſtr náſłodſzy gárdłu twoiemu.

14. Tákżeć umieiętność mądrośći duſzy twoiey; ktorą gdy naydźieſz, będźieſz miał nádźieię ná oſtátku, á nádźieiá twoiá nie zginie.

15. Nie czyń zdrády, y nie ſzukay niezbożności w domu ſpráwiedliwego; y nie pſuy pokoiu iego.

16. Bo śiedmkroć upádnie ſpráwiedliwy, y powſtánie; lecz niezbożni we złe upádną.

17. Gdy upádnie nieprzyiaćiel twoy, nie weſel ſię; á z upadku iego niech ſię nie ráduie ſerce twoie;

18. Aby nie uyźrzał Pan, á miałćiby zá złe; y odwroćiłby gniew ſwoy od niego.

19. Nie ſprzeczay ſię ze złymy; áni zayźrzy niezbożnym;

20. Bo źli nie máią nádźieie ná potym; á świecá niezbożnych zágáśnie.

21. Boy ſię Páná, ſynu moy! y krolá; á z obmowcami nie mieſzay ſię;

22. Bo nátychmiaſt powſtánie zátrácenie ich; á upadek obudwu, kto wie?

23. Y to też dla mądrych. Mieć wzgląd ná oſobę u ſądu nie ieſt rzecz dobra.

24. Ktorzy mowią niezbożnemu: Ieſteć ſpráwiedliwy; będą ie ludźie przeklináć, á brzydźić ſię nimi będą pokolenia.

25. Ktorzy go karzą, będą chwaleni; y przyidźie ná nie błogoſłáwieńſtwo.

26. Wárgi pocáłuie; ktory odpowiáda ſłowá dobre.

27. Gotuy ná dworze dźieło twoie, y ſpráwuy pilnie rolą twoię; ábyś potym dom twoy budował.

28. Nie bądź świátkiem niepotrzebnie przećiw bliźniemu twemu; y nie zdradzay nikogo wárgámi twemi.

29. Nie mow: Iáko mi uczynił, ták mu uczynię; oddam káżdemu według uczynku iego.

30. Szedłem przez pole człowieká leniwego; y przez winnicę męża głupiego.

31. Ano wſzędy zároſło pokrzywámi; y ćiernie pokryło grunt iego, y rozwálił ſie płot kámienny.

32. Co uyźrzawſzy, ſchowałem do ſercá ſwego; á z przykłádu náuczyłem ſię rozumu.

33. Má-

12. Si dixeris: Vires non ſuppetunt; qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſervatorem animæ tuæ nihil fallit; reddetque homini juxta opera ſua.

13. Comede *a*, fili mi, mel, quia bonum eſt; & favum dulciſſimum gutturi tuo.

14. Sic *b* & doctrina ſapientiæ animæ tuæ; quam cum inveneris, habebis in noviſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit.

15. Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo juſti; neque vaſtes requiem ejus *c*.

16. Septies enim cadet juſtus, & reſurget; impii autem corruent in malum.

17. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas; & in ruina ejus ne exultet cor tuum;

18. Ne forte videat Dominus, & diſpliceat ei; & auferat ab eo iram ſuam.

19. Ne contendas cum peſſimis; nec æmuleris impios;

20. Quoniam non habent futurorum ſpem mali; & lucerna impiorum extinguetur.

21. Time Dominum, fili mi! & regem; & cum detractoribus non commiſcearis;

22. Quoniam repente conſurget perditio eorum; & ruinam utriusque, quis novit?

23. Hæc quoque ſapientibus. *d* Cognoſcere perſonam in judicio non eſt bonum.

24. Qui dicunt impio: Juſtus es; maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus.

25. Qui arguunt eum; laudabuntur; & ſuper ipſos veniet benedictio.

26. Labia deoſculabitur; qui recta verba reſpondet.

27. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum; ut poſtea ædifices domum tuam.

28. Ne ſis teſtis fruſtra *e* contra proximum tuum; nec lactes *f* quemquam labiis tuis.

29. Ne *g* dicas: Quomodo fecit mihi, ſic faciam ei; reddam unicuique ſecundum opus ſuum.

30. Per agrum hominis pigri tranſivi; & per vineam viri ſtulti.

31. Et ecce totum repleverant urticæ; & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat.

32. Quod cum vidiſſem *h*, poſui in corde meo; & exemplo *i* didici diſciplinam.

33. Pa-

a Infr. 25. 16. & 27.

b Imo magis haurienda eſt ſapientia.

c Tranquillitatem illi inſidiando, famā denigrando.

d Levit. 19. 15. Deut. 1. 17. & 16. 19. Eccl. 42. 1.

e Temere.

f Blandiendo.

g Sup. 20. 22.

h Peſſimos nempe ſocordiæ fructus.

i Infelicis illius

33. Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis; pauxillũ manus conferes, ut quiefcas;

34. Et veniet tibi quafi curfor egeftas; & mendicitas quafi vir armatus.

CAPUT XXV.

Induftriæ pro procuranda gloria Dei, & regum, per varios virtutum actus. Pietatis: cor regis, rubiga & impietas. Humilitatis: ne te exaltes, ne detrahas, fecreta tua ferva, mala aurea, frigus in meffe, nubes fine pluvia: lingua mollis 6. Moderationis: mel inveniſti, fagitta acuta, dens putridus, benefac inimico, aqua frigida, fons turbatus, urbs absque muro 16.

1. HÆ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Juda.

2. Gloria Dei eft celare verbum *a*, & gloria regum inveftigare *b* fermonem.

3. Cœlum furfum, & terra deorfum; & cor regum infcrutabile.

4. Aufer rubiginem de argento; & egredietur vas puriffimum.

5. Aufer impietatem de vultu regis; & firmabitur juftitia thronus ejus.

6. Ne gloriofus appareas coram rege; & in loco magnorum ne fteteris.

7. Melius eft enim, ut dicatur tibi: Afcende huc; quam ut humilieris coram principe.

8. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio cito; ne poftea emendare non poffis, cum dehoneftaveris amicum tuum.

9. Caufam tuam tracta cum amico tuo; & fecretum extraneo ne reveles;

10. Ne forte infultet tibi, cum audierit, & exprobrare non ceffet. Gratia & amicitia liberat; quas tibi ferva, ne exprobrabilis fias.

11. Mala aurea in lectis *c* argenteis; qui loquitur verbum *d* in tempore fuo.

12. Inauris aurea, & margaritum fulgens; qui arguit fapienten, & aurem obedientem.

13. Sicut *e* frigus nivis in die meffis; ita legatus fidelis ei, qui mifit eum, animam ipfius requiefcere facit.

14. Nubes, & ventus, & pluviæ non fequentes, vir gloriofus, & promiffa non complens.

a Involvere allegoriis.
b Declarare ejusmodi arcana.
c Menfis ponit.
d Congruum loco, tempori, & perfonis.
e Infr. 26. 6.

15. Pa-

33. Máło, rzekę, pofpifz, máło podrzymiefz; trochę ręce złożyfz ku odpoczywániu.

34. Aż ći przyidźie iáko pofeł ubóftwo; á żebráctwo iáko mąż zbroyny.

ROZDZIAŁ XXV.

Cwyczenie o wywyfzeniu chwały Bożey, y krolewfkey, przez rozmaite acty cnot. I. Nabożeńftwa: ferce krola, rdzá y niezbożność. II. Pokory: niepowyfzay fię, nie łży nikogo, táiemnice fwe choway, iábłká złote; źimmno śnieżne we żniwá; obłok bez defzcza; miękі ięzyk. III. Skromnośći: miodeś ználazł; ftrzała oftra; ząb fprochniáły; nieprzyiaćielowi dobrze czyń; źimna wodá; zrzodło nogą zámącone, miáfto otworzyfte.

1. Y Te przypowieśći Sálomonowe, ktore wypifáli mężowie Ezechiaſzá krolá Judźkiego.

2. Cześć Boża ieft táić fłowo, á cześć krolewfka wywiádowáć fię powieśći.

3. Niebo wyfoko, á źiemiá nifko; á ferce krolewfkie ieft niewybádáne.

4. Odeym zużelicę od frebrá; á wynydźie naczynie czyfte.

5. Odeym niezbożność od oblicznośći krolewfkiey; á umocni fię fpráwiedliwośćią ftolicá iego.

6. Nie popifuy fię zacnośćią przed krolem; á ná mieyfcu wielmożnych nie ftaway.

7. Bo lepiey, iżći rzeką: Wftąp wysfzey, á niżbyś miał bydź uniżon przed kśiążęćiem.

8. Co widźiáły oczy twoie, tego wnet nie powiáday w fwarze; byś záś potym popráwić tego niemogł, gdybyś zelżył przyiaćielá fwego.

9. Spráwuy rzecz twą z przyiaćielem twoim; y táiemnice obcemu nie odkryway;

10. By fię fnadź nie nátrząfał z ćiebie ufłyfzawfzy, y nie przeftał ći ná oczy wyrzucáć. Łáfká á przyiaćielftwo wolnym czynią; ktore fobie choway, byś nie był ná pośmiech.

11. Iábłká złote w frebrnych łożkách; kto mowi fłowo fwego czáfu.

12. Naufznicá złota, y perłá świecąca; ktory ftrofuie mądrego, y ucho pofłufzne.

13. Iáko źimno śnieżne we żniwá; ták pofłániec wierny temu, ktory go pofłał, dufzy iego ufpokoienie fpráwuie.

14. Obłok, y wiátr, y defcz zá niemi nie idźie, mąż wychwaláiący fię, á obietnic nie pełniący.

15. Cier-

15. Cierpliwośćią będźie książę ubłagáne; á ięzyk miękki złamie zátwárdzenie.
16. Miodeś ználazł, iedz ileć potrzebá; byś snadź obiadszy się go nie zrzućił.
17. Powśćiągni nogę twoię z domu bliźniego twego; by kiedy będąc syt nie miał ćię w nienawiśći.
18. Oszczepem, y mieczem, y strzałą ostrą człowiek; ktory mowi przećiw bliźniemu swemu fałszywe świádectwo.
19. Ząb sprochniáły y nogá sprácowána, ktory ma nádźieię w niewiernym w dźień ućisku;
20. Y utraca płaszcz w dźień źimny. Ocet w sáletrze, ktory śpiewa pieśni sercu złemu. Iáko mol odźieniu, á robak drzewu; ták smutek mężá szkodźi sercu.
21. Iesli łáknie nieprzyiaćiel twoy, nákarm go; iesli prágnie, day mu się wody nápić.
22. Bo węgle ognište zgromádźisz ná głowę iego; á Pan ći to nagrodźi.
23. Wiátr połnocny rospądza deszcz; á oblicze smutne ięzyk uwłaczáiący.
24. Lepiey śiedźieć w kąćie domu; niżli z żoną swarliwą w domu społecznym.
25. Zimna wodá duszy prágnącey; á poselstwo dobre z źiemie dálekiey.
26. Zrzodło nogą zámącone, y zdroy zápsowány; spráwiedliwy przed niezbożnikiem upadáiący.
27. Iáko temu, ktory ie wiele miodu, nie iest zdrowo; ták, kto się wiele báda o máiestáćie, będźie zátłumion od chwały.
28. Iáko miásto otworzyste á bez murow; ták człowiek, ktory w mowie nie może záwśćiągnąć duchá swego.

15. Patientia lenietur princeps *a*; & lingua mollis confringet duritiam.
16. Mel *b* invenisti, comede; quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.
17. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui; ne quando satiatus oderit te.
18. Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo; qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.
19. Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ;
20. Et amittit pallium in die frigoris. Acetum in nitro *c*, qui cantat carmina cordi pessimo. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno; ita tristitia viri nocet cordi.
21. Si *d* esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, da ei aquam bibere.
22. Prunas enim congregabis *e* super caput ejus; & Dominus reddet tibi.
23. Ventus aquilo dissipat pluvias; & facies tristis linguam detrahentem.
24. Melius *f* est sedere in angulo domatis; quam cum muliere litigiosa, & in domo communi.
25. Aqua frigida animæ sitienti; & nuntius bonus de terra longinqua.
26. Fons turbatus pede, & vena corrupta; justus cadens coram impio.
27. Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum *g*; sic qui scrutator est majestatis, opprimetur *h* a gloria.
28. Sicut urbs patens & absque murorum ambitu; ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum *i*.

a Supr. 15. 1
b Gratiam & laudes hominum, opes, & fortunas, consolationem vel dulcedinem in meditatione.
c Ponit.
d Rom. 12. 20.
e q. d. incendes amore.
f Supr. 21. 9.
g Eccli 3. 22.
h i. Obruetur & succumbet.
i i. iram seu loquendi intemperantiā.

ROZDZIAŁ XXVI.

O Rozmáitych actach rostropnośći; chwała w głupim; ptak przelataiący; odpowiedźiec głupiemu; poseł głupi; przysłowie głupiego; pośćiwość głupiemu; roskazaiący milczenie głupiemu; pies zwracący się do zwrocenia swego. Mądry w oczach swoich; wdawać się w swary; szkodzący przyiaćielowi; podszczuwacz; wargi nadęte; kopaiący doł; ięzyk kłamliwy.

1. IAko śnieg lećie, á deszcz we żniwá; ták nieprzystoi głupiemu chwałá.
2. Iáko ptak gdźie indźie przelatáiący, y wrobł kędy chce bieżący; ták przeklęctwo bez przyczyny wymowione ná kogo przyidźie.

CAPUT XXVI.

De actibus prudentiæ variis, gloria in stulto, avis volans, respondere stulto, nuntius stultus, parabola stulti 1. Honor insipientis, imponens stulto silentium, canis ad vomitum 8. Sapiens proprio judicio; commisceri rixæ; nocens amico; susurro; labia tumentia; fodiens foveam; lingua fallax 16.

1. QUomodo nix in æstate, & pluviæ in messe; sic indecens est stulto gloria.
2. Sicut avis ad alia transvolans, & passer quo libet vadens; sic maledictum frustra *k* prolatum in quempiam superveniet *l*.

k Temere.
l Super eum, qui protulit.

a Supr. 23 13.

b Spurca regerendo.

c Repone verbera pro verbis.

d Supr. 25. 13.

e Stupido & bardo.

f Magiſtratũ vel imperiũ.

g 2. Pet. 2. 22.

h Melioris frugis.

i Humilis.

k Supr. 19 24.

l Quod periculoſum eſt.

m Mortiferas.

n Supr. 15. 18.

o Mentis.

p Velut dignum operculum.

3. Flagellum equo, & camus aſino; *a* & virga in dorſo imprudentium.

4. Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam *b*; ne efficiaris ei ſimilis.

5. Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam *c* ſuam; ne ſibi ſapiens eſſe videatur.

6. Claudus *d* pedibus, & iniquitatem bibens; qui mittit verba per nuntium ſtultum.

7. Quomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias; ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola.

8. Sicut, qui mittit lapidem in acervum Mercurii; ita qui tribuit inſipienti *e* honorem *f*.

9. Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti; ſic parabola in ore ſtultorum.

10. Judicium determinat cauſas; & qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat.

11. Sicut *g* canis, qui revertitur ad vomitum ſuum; ſic imprudens, qui iterat ſtultitiam ſuam.

12. Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri? magis illo ſpem *h* habebit inſipiens *i*.

13. Dicit piger: Leo eſt in via; & leæna in itineribus.

14. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo; ita piger in lectulo ſuo.

15. Abſcondit *k* piger manum ſub aſcella ſua; & laborat, ſi ad os ſuum eam converterit.

16. Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias.

17. Sicut, qui apprehendit auribus canem; *l* ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius.

18. Sicut noxius eſt, qui mittit ſagittas; & lanceas in mortem *m*;

19. Ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo; & cum fuerit deprehenſus, dicit: Ludens feci.

20. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis; & ſuſurrone ſubtracto, jurgia conquieſcent.

21. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem *n*; ſic homo iracundus ſuſcitat rixas.

22. Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia; & ipſa perveniunt ad intima ventris *o*.

23. Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile; ſic labia tumentia *p* cum peſſimo corde ſociata.

24. Labiis ſuis intelligitur inimicus; cum in corde tractaverit dolos.

25. Quan-

16. Widźiałem pod ſłońcem ná mieyſcu ſądu, niezbożność; á ná mieyſcu ſpráwiedliwośći, niepráwość.

17. Y rzekłem w ſercu ſwoim: Spráwiedliwego y niezbożnego Bog ſądźić będźie; y czás káżdey rzeczy tedy będźie.

18. Rzekłem w ſercu ſynom ludzkim: áby ich Bog doświadczył, y ukazał, że ſą beſtiam podobni.

19. Przetoż iednákie ieſt dokończenie człowieká y bydląt, y rowny ſtan oboygá; iáko umiera człowiek, ták y one umieráią; y iednáko tchną wſzytkie, y nie ma człowiek nic więcey nád bydlę; wſzytko podległo márnośći.

20. Y wſzytko idźie ná iedno mieyſce; z źiemie ſą uczynione, y w źiemię ſię iednáko obracáią.

21. Ktoż wie, ieſli duch ſynow Adámowych wſtępuie w zgorę; á ieſli duch bydlęcy ſtępuie ná doł?

22. Y obaczyłem, iż nic lepſzego, iedno weſelić ſię człowiekowi w uczynkách ſwych, á iż to ieſt dźiał iego. Bo ktoż go przywiedźie, iżby poznal to, co po nim będźie?

9. Quid habet amplius homo de labore ſuo?

10. Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut diſtendantur in ea.

11. Cuncta fecit bona in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi *a* eorum; ut non inveniat homo opus, quod operatus eſt Deus ab initio usque ad finem *b*.

12, Et cognovi, quod non eſſet melius niſi lætari *c*, & facere bene in vita ſua,

13. Omnis enim homo, qui comedit & bibit; & videt *d* bonum de labore ſuo; hoc donum Dei eſt.

14. Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus, perſeverent in perpetuum *e*; non poſſumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus, ut timeatur.

15. Quod factum *f* eſt, ipſum permanet; quæ futura ſunt, jam fuerunt *g*; & Deus inſtaurat, quod abiit.

16. Vidi ſub ſole in loco judicii impietatem; & in loco juſtitiæ iniquitatem.

17. Et dixi in corde meo: Juſtum, & impium judicabit Deus; & tempus omnis rei tunc erit.

18. Dixi in corde meo de filiis hominum: ut probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis.

19. Idcirco unus interitus eſt hominis, & jumentorum, & æqua utriusque conditio; ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur; ſimiliter ſpirant omnia, & nihil habet homo jumento amplius *h*; cuncta ſubjacent vanitati.

20. Et omnia pergunt ad unum locum *i*; de terra facta ſunt, & in terram pariter revertuntur.

21. Quis novit *k*, ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum; & ſi ſpiritus jumentorum deſcendat deorſum?

22. Et deprehendi nihil eſſe melius, quam lætari hominem in opere ſuo, & hanc eſſe partem *l* illius. Quis enim eum adducet, ut poſt ſe futura cognoſcat?

a Examini inquiſitioni & electioni.
b Plene & perfecte.
c Chald. delectari in lege divina.
d Fruitur.
e Certa ratione.
f Decretum.
g Decreta a Deo.
h Quoad corporalia.
i Terram.
k Notitia ſenſum & experimentali.
l Felicitatem.

ROZDZIAŁ IV.

I. Márność żywotá tego pokázuie z niewinnych ućiśnienia; á że pilność człowiecza podległa ieſt zazdrośći. II. Też że ſię trafia, że niemaiąc potompká ſkárby zbiera. Wykłada pożytki towarzy-

CAPUT IV.

I. Vanitatem hujus vitæ arguit ſapiens, ex innocentum oppreſſione, & quod induſtria humana ſit invidiæ obnexia 1. II. Quod contingat, ut hæredem non habens theſaurizet ſolicite; explicat

plicat commoda ſocietatis 8. III. Ob regum regnorumque vanitatem, obedientia præſtat ſtultorum victimis 13.

1. VErti me ad alia, & vidi calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem conſolatorem; nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorum auxilio deſtitutos.

2. Et laudavi magis mortuos *a*, quam viventes;

3. Et feliciorem utroque judicavi, qui necdum natus eſt; nec vidit mala, quæ ſub ſole fiunt.

4. Rurſum contemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animadverti patere invidiæ proximi; & in hoc ergo vanitas, & cura ſuperflua eſt.

5. Stultus complicat manus ſuas *b*, & comedit carnes ſuas *c*, dicens:

6. Melior eſt pugillus cum requie; quam plena utraque manus cum labore, & afflictione animi.

7. Conſiderans reperi & aliam vanitatem ſub ſole;

8. Unus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem; & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi ejus divitiis; nec recogitat, dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? in hoc quoque vanitas eſt, & afflictio peſſima.

9. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quam unum; habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ.

10. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur; væ ſoli, quia cum ceciderit; non habet ſublevantem ſe.

11. Et ſi dormierint duo, fovebuntur mutuo; unus quomodo caleſiet?

12. Et ſi quiſpiam prævaluerit contra unum, duo reſiſtunt ei; funiculus *d* triplex difficile rumpitur.

13. Melior eſt puer pauper & ſapiens, rege ſene & ſtulto; qui neſcit prævidere in poſterum *e*.

14. Quod de carcere, catenisque interdum quis egrediatur ad regnum; & alius natus in regno, inopia conſumatur.

15. Vidi cunctos viventes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo *f*, qui conſurget pro eo.

16. Infinitus numerus eſt populi omnium, qui

a In quantum non poſſunt Deum amplius offendere &c.
b Dans ſe ſordidæ inertiæ.
c Conficiens ſe fame, invidia &c.
d Societas & amicitia triū juſtorum.
e Periculo.
f Succeſſore vel æmulo.

wárzyſtwá. III. Krolow, y kroleſtw márność. Lepſze ieſt poſłuſzenſtwo, niżli ofiáry głupich.

1. OBróćiłem śię do innych rzeczy, y uyźrzałem potwarzy, ktore ſię dźieią pod ſłońcem, y łzy niewinnych, á żádnego poćieſzyćielá; y nie mogą ſię ſprzećiwić gwałtowi ich, nie máiąc żadnego pomocniká.

2. A chwaliłem więcey umárłe, niżli żywe;

3. A miałem zá ſczęśliwego nád obudwu, ktory ſię ieſcze nie národźił; áni wiedźiał złego, ktore ſię dźieie pod ſłońcem.

4. Ieſcze przypátrzałem ſię wſzelákim pracam ludzkim, y zábiegi obaczyłem, że podległy ieſt zazdrośći ludzkiey; y w tym tedy márność ieſt, y praca zbyteczna.

5. Głupi ſkłáda ręce ſwoie, á ie ćiáło ſwoie, mowiąc:

o. Lepſza ieſt iedná garść ſpokoiem; niż obie ręce pełne z pracą,, y z udręczeniem myśli.

7. Przypátruiąc ſię nálazłem, y drugą márność pod ſłońcem.

8. Ieſt ieden, á nie ma drugiego, áni ſyná, áni brátá; á wżdy prácowáć nie przeſtáie, á nie mogą ſię náſyćić bogáctwem oczy iego; y ine myśli, mowiąc: Komuż prácuię, á pozbawiam duſzę moię dobr? w tym też ieſt márność, y złe udręczenie.

9. Lepiey tedy dwiemá bydź ſpołem, niż iednemu; ábowiem máią pożytek z ſwego towarzyſtwá.

10. Ieſli ieden upádnie, drugi go podeprze; biádá ſámemu, bo ieſli upádnie; nie ma, ktoby go podnioſł.

11. Ieſli dwá ſpáć będą, zágrzeie ſię ieden od drugiego; ieden iáko ſię zágrzeie?

12. Ieſli też kto przemoże iednego, dwá ſię mu záſtáwiáią; ſznur troiſty nie łácno ſię przerywa.

13. Lepſze ieſt pácholę ubogie á mądre, niżli krol ſtáry, á głupi; ktory nie umie opátrzyć ná przyſzły czás.

14. Że czáſem drugi z więźienia, y z okow wychodźi ná kroleſtwo; á drugi urodźiwſzy ſię krolem, zoſtawa żebrakiem.

15. Widźiałem wſzytkie żywiące pod ſłońcem, chodzące z młodźieńcem wtorym, ktory ma náſtáć po nim.

16. Niezliczona liczbá ieſt ludźi wſzytkich, kto-

ktorzy byli przed nim; á ktorzy potym będą, nie będą ſię weſelić z niego; ále y to márność, y utrapienie duchá.

18. Strzeż nogi twoiey, gdy idźieſz do domu Bożego, á przybliżyſz ſię, ábyś ſłuchał. Dáleko bowiem lepſze ieſt poſłuſzeńſtwo, niżli ofiáry głupich, ktorzy nie wiedzą, co złego czynią.

ROZDZIAŁ V.

I. Wykłada cztery punkty prawdźiwey bogoboyności, to ieſt: o Bogu, y opátrzności iego nie mamy nic niebácznie mowić, lecz ſlubi mu pełnić. II. Niedźiwowáć ſię ubogich ućiśnieniu, gdyż nieſpráwiedliwi maią ſędźiego Bogá. Bogacz pod czás zbiera pieniądze ná ſwe złe. III. Námawiá, áby człowiek waruiąc ſię łakomſtwa, używał weſela z prace ſwey.

1. Nie mow nic nie rozmyślnie, á niech nie będźie ſerce twe prędkie ná wymowienie ſłowá przed Bogiem. Bog bowiem ná niebie, á ty ná źiemi; przeto niech będźie ſłow twoich máło.

2. Zá wielkim ſtárániem ſny idą; á w wielo mowſtwie głupſtwo ſię naydźie.

3. Ieſliś co ślubił Bogu, nie omieſzkayże ſpełnić; ábowiem nie podoba ſię mu niewierna á głupia obietnicá; ále cokolwiek ślubiſz, odday.

4. Y dáleko lepiey ieſt nie ślubowáć; niżli po ślubie obietnic nie ſpełnić.

5. Nie daway uſtom twoim, ábyś o grzech przypráwił ćiáło twoie; áni mow przed Anyołem: Niemáſz opátrzności; by ſnać Bog rozgniewawſzy ſię ná mowę twoię, nie rozproſzył wſzytkich ſpraw rąk twoich.

6. Gdźie wiele ſnow, wiele márności, y mowy nie zliczone; ále ty Bogá ſię boy.

7. Ieſli uyźrzyſz potwarzy ná ubogie ludźi, y gwałtowne ſądy, y wywrocenie ſpráwiedliwośći w kráinie; nie dźiwuyże ſię tákowey ſpráwie; bo nád wyſokiego ieſt wyſſzy drugi, á nád te ieſcze ſą drudzy zwierzchnieyſzy.

8. A nád te ieſcze wſzytkie źiemi krol roſkázuie ſłużącey.

9. Łákomy nie náſyći ſię pieniędzy; á kto miłuie bogáctwá, nie weźmie z nich pożytku; przetoż y to ieſt márność.

10. Gdźie ieſt wiele máiętności, wiele y tych, kto-

qui fuerunt ante eum; & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo *a*; ſed & hoc vanitas & afflictio ſpiritus.

17. Cuſtodi pedem tuum *b* ingrediens domum Dei, & appropinqua, ut audias *c*. Multo enim melior eſt obedientia *d*, quam ſtultorum victimæ, qui neſciunt, quid faciunt mali *e*.

a In ejus principatu. *b* Affectum. *c* Verbum Dei. *d* 1.Reg.15.22. Oſee 6. 6. *e* Dum Deum ita offendunt.

CAPUT V.

I. Explicat quatuor veræ religionis capita, nempe, nil temere de Deo & ejus providentia loqui & vota reddere 1. II. Non ſcandalizari ob egenorum oppreſſionem, cum iniqui Deum judicem habeant; & miſera ſit conditio avari coacervantis divitias 7. III. Suadet vitatæ avaritiæ frugalem & jucundam vitam 17.

1. NE temere quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem *f* coram Deo *g*. Deus enim in cœlo, *h* & tu ſuper terram *i*; idcirco ſint pauci ſermones tui.

2. Multas curas ſequuntur ſomnia; & in multis ſermonibus invenietur ſtultitia.

3. Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere; diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio; ſed quodcunque voveris, redde.

4. Multoque melius eſt non vovere; quam poſt votum promiſſa non reddere.

3. Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam; neque dicas coram angelo: Non eſt providentia; ne forte iratus Deus contra ſermones tuos, diſſipet cuncta opera manuum tuarum.

6. Ubi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri; tu vero Deum time.

7. Si videris calumnias egenorum, & violenta judicia, & ſubverti juſtitiam in provincia; non mireris ſuper hoc negotio *k*; quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alii.

8. Et inſuper univerſæ terræ rex imperat ſervienti.

9. Avarus non implebitur pecunia; & qui amat divitias, fructum non capiet ex eis; & hoc ergo vanitas.

10. Ubi multæ ſunt opes, multi & qui come-

f Præſertim preces. *g* Ubique præſente. *h* Unde te videt. *i* Velut theatrum patens ejus oculis & auribus. *k* Quod toleretur à Deo, nempe ob graves cauſas.

comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori; niſi quod cernit divitias oculis ſuis?

11. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum, ſive multum comedat; ſaturitas autem divitis non ſinit eum dormire.

12. Eſt *a* & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole; divitiæ conſervatæ in malum domini ſui *b*.

13. Pereunt *c* enim in afflictione peſſima; generavit filium, qui in ſumma egeſtate erit.

14. Sicut *d* egreſſus eſt nudus de utero matris ſuæ; ſic revertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo.

15. Miſerabilis prorſus infirmitas; quo modo venit, ſic revertetur. Quid ergo prodeſt ei, quod laboravit in ventum?

16. Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit *e* in tenebris; & in curis multis, & in ærumna atque triſtitia.

17. Hoc itaque viſum eſt mihi bonum, ut comedat quis, & bibat *f*; & fruatur lætitia ex labore ſuo, quo laboravit ipſe ſub ſole, numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus; & hæc eſt pars *g* illius.

18. Et omni homini, cui dedit Deus divitias, atque ſubſtantiam, poteſtatemque ei tribuit, ut comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo; hoc eſt donum Dei.

19. Non enim ſatis recordabitur dierum *h* vitæ ſuæ; eo quod Deus occupet deliciis cor ejus *i*.

a Job. 20. 20.
b Ut crucietur curis.
c Divitiæ.
d Job. 1. 21. 1. Tim. 6. 7.
e Clam, & ſecreto, quia avare & ſordide victitat.
f Cum moderatione.
g Felicitas.
h Miſerorum.
i Ut quieſcat in ejus providentia.

ktorzy ie trawią. A coż zá pożytek Pánu z tego, iedno iż widźi bogáctwá oczymá ſwemi?

11. Wdźięczny ieſt ſen robiącemu, choćia máło, choćia wiele źie; lecz náſycenie bogátego ſpáć mu nie dopuſcza.

12. Ieſt y druga niemoc bárzo zła, ktorąm widźiał pod ſłońcem; bogáctwá záchowáne ná złe Páná ſwego.

13. Giną bowiem w złym utrapieniu; urodźił ſyná, ktory będźie w wielkim uboſtwie.

14. Iáko wyſzedł nági ze żywotá mátki ſwey; ták ſię wroći, á nic nie weźmie z ſobą z prace ſwoiey.

15. Záłoſna zgołá niemoc; iáko przyſzedł, ták ſię wroći. Coż tedy mu pomoże, że ná wiátr prácował?

16. Po wſzytkie dni żywotá ſwego iadał w ćięmnośći; y w fráſunku wielkim, y w kłopoćie, y ſmutku.

17. Przetoż to zdáło mi ſię bydź dobre, áby człowiek iadł y pił; y używał weſela z prace ſwey, ktorą ſam prácował pod ſłońcem w liczbie dni żywotá ſwego, ktore mu Bog dał; y to ieſt dźiał iego.

18. Y káżdemu człowiekowi, ktoremu Bog dał bogáctwá, y máiętnośći, y moc mu dał, áby iadł z nich, y używał cząſtki ſwoiey, y weſelił ſię z pracey ſwoiey; toć ieſt dar Boży.

19. Bo nie wiele będźie pámiętał dni żywotá ſwego; iż Bog zábáwił roſkoſzámi ſerce iego.

CAPUT VI.

Pergit inſectari calamitoſam avari divitis conditionem.

1. EST & aliud malum, quod vidi ſub ſole; & quidem frequens apud homines.

2. Vir, cui dedit Deus divitias, & ſubſtantiam, & honorem; & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat; nec tribuit ei *k* poteſtatem Deus, ut comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas & miſeria magna eſt.

3. Si genuerit quiſpiam centum *l* liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non utatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturaque careat; de hoc ego pronuntio: quod melior illo ſit abortivus.

4. Fruſtra enim venit, & pergit ad tenebras;

k Ob ejus peccata.
l Id eſt, plurimos, eſt Hebraiſmus.

ROZDZIAŁ VI.

Nieprzeſtaie dokuczáć nędzny ſtan bogaczá łákomego.

1. IEſt y drugie złe, ktorem widźiał pod ſłońcem; á iśćie częſte u ludźi.

2. Mąż, ktoremu Bog dał bogáctwá, y máiętnośći, y ſławę; y nie ſchodźi niwczym duſzy iego we wſzytkim, czego iedno żąda; lecz mu Bog nie dał tey mocy, áby pożywał z tego, ále człowiek obcy ono pożrze. Toć ieſt márność y nędzá wielká.

3. Ieſliby kto ſpłodźił ſto ſynow, y żyłby wiele lat, y miałby wiele dni wieku, á duſzá by iego nie użyłá dobrá maiętnośći ſwoiey, y nie miałby pogrzebu; o tym ia powiadam: iż lepſzy ieſt martwy płod niżli on.

4. Abowiem prozno przyſzedł, y idźie do ćięmno-

ćiemnośći; y zápámiętániem zgłádzone będźie imię iego.

5. Nie widźiáł słońcá, áni poznał rozności dobrego y złego.

6. A choćby żył przez dwá tyśiącá lat, á nie záżył dobrá; ázaż nie do iednego mieyscá wszytko idźie?

7. Wszytká pracá człowiecza w uśćiech iego; lecz duszá iego nie będźie násycona.

8. Coż ma więcey mądry nád głupiego? á co ubogi, iedno áby tám szedł, gdźie ieſt żywot?

9. Lepiey ieſt widźieć to, czegoś żądał; niżli prágnąć, czego nie znasz. Alec y to márność, y dumá duchá.

10. Ktory ma bydź, iuż názwano ieſt imię iego; y wiedzą, że ieſt człowiek, y nie może práwowáć śię u sądu z mocnieyszym nádeń.

11. Wiele ieſt słow, y wielką w gádániu máią prozność.

nebras; & oblivione delebitur nomen ejus.

5. Non vidit ſolem, neque cognovit *a* diſtantiam boni & mali.

6. Etiam ſi duobus millibus annis *b* vixerit, & non fuerit perfruitus bonis *c*; nonne ad unum locum properant omnia?

7. Omnis labor hominis in ore ejus *d*; ſed anima ejus non implebitur.

8. Quid habet amplius ſapiens a ſtulto? & quid pauper, niſi ut pergat illuc, ubi eſt vita?

9. Melius eſt videre, quod cupias; quam deſiderare, quod neſcias. Sed & hoc vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus.

10. Qui *e* futurus eſt, jam vocatum eſt nomen ejus *f*; & ſcitur, quod homo ſit, & non poſſit contra fortiorem ſe *g* in judicio contendere.

11. Verba ſunt plurima, multamque in diſputando habentia vanitatem.

a Neque potuit ſc. abortivus, ſed avarus.
b Avarus.
c Totidem miſer fuit.
d Avari.
e 1. Reg. 13. 14. & 3. Reg. 13. 2.
f Nempe Adam pulverulentus terrenus, rediturus in terram.
g Deum nempe.

ROZDZIAŁ VII.

I. Pisze o regułach mądrośći: márność ieſt szukáć rzeczy wyższych nad śię; co raczey w wielu obieráć; mądrość pożyteczniejsza ieſt z bogáctwem; strzeż śię dniá złego; nie bądź mądrym więcey, niż potrzeba. II. Towarzyſtwo z niewiaſtą gorzki ieſt, y niebeśpieczne. Ndoſtátek: Bog człowieká uczynił práwego.

1. COż potrzebá człowiekowi szukáć rzeczy więtszych nád śię, gdyż niewie, co mu ieſt pożyteczno w żywoćie iego, w liczbie dniow pielgrzymowánia iego, y w czáśie, ktory iáko ćień przemiiá? Abo kto mu oznaymić może, co będźie po nim pod słońcem?

2. Lepsze ieſt imię dobre, niżli máśći drogie; y dźień śmierći niżli národzenia.

3. Lepiey iść do domu żałobnego, niżli do domu godownego; bo w onym przypomina śię koniec wszytkich ludźi, á człowiek żywiący rozmyśla, co ná potym będźie.

4. Lepszy ieſt gniew niżli śmiech; bo przez smutek twarzy poprawuie śię umysł przeſtępnego.

5. Serce mądrych gdźie smutek ieſt; á serce głupich kędy weſele.

6. Lepiey ieſt dáć śię károć mądremu; niżli dáć śię oszukáć pochlebſtwámi głupich.

7. Bo iáki trzask ćierznia pod kotłem gorąiącego, táki śmiech głupiego; ále y to márność.

8. Po-

CAPUT VII.

I. Tradit principia Sapientiæ: vanum eſt altiora ſe quærere; inter multa magis eligenda; ſapientia utilior eſt cum divitiis; diem malum præcavere; non plus, quam oportet, ſapere 1. II. Mulieris conſortium amarum eſt, & periculoſum; denique homo a Deo creatus eſt rectus 26.

1. QUid neceſſe eſt homini majora ſe *h* quærere, cum ignoret, quid conducat ſibi *i* in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuæ, & tempore, quod velut umbra præterit? Aut quis ei poterit indicare, quid poſt eum futurum ſub ſole ſit?

2. Melius eſt nomen bonum *k*, quam unguenta pretioſa; & dies mortis *l* die nativitatis.

3. Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum convivii; in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogitat, quid futurum ſit.

4. Melior eſt ira *m* riſu; quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis.

5. Cor ſapientium, ubi triſtitia eſt; & cor ſtultorum, ubi lætitia.

6. Melius eſt a ſapiente corripi; quam ſtultorum adulatione decipi.

7. Quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti *n*; ſed & hoc vanitas *o*.

8. Ca-

h Captum ejus ſuperantia.
i Ad ſalutem ſuam.
k Prov. 22. 1.
l Cum naſcimur, ingredimur carcerem laborum & dolorum; cũ morimur, evadimus.
m Indignari quam male arridere & blandiri male agentibus.
n Adulatoris.
o Quia evacuat veris bonis adulantē & audientem. Hugo Card.

8. Calumnia conturbat ſapientem; & perdet robur cordis illius.

9. Melior eſt finis orationis, quam principium. Melior eſt patiens arrogante.

10. Ne ſis velox ad iraſcendum; quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.

11. Ne dicas: Quiſi putas cauſæ eſt, quod priora tempora meliora fuere, quam nunc ſunt? ſtulta enim eſt hujuscemodi interrogatio.

12. Utilior eſt ſapientia cum divitiis? & magis prodeſt videntibus ſolem.

13. Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia; hoc autem plus habet eruditio & ſapientia, quod vitam *a* tribuunt poſſeſſori ſuo.

14. Conſidera opera Dei; quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit *b*.

15. In die bona fruere bonis, & malam diem præcave *c*; ſicut enim hanc, ſic & illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum juſtas querimonias.

16. Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ; Juſtus perit in juſtitia ſua; & impius multo vivit tempore in malitia ſua.

17. Noli eſſe juſtus multum *d*; neque plus ſapias, quam neceſſe eſt, ne obſtupeſcas *e*.

18. Ne impie agas multum *f*; & noli eſſe ſtultus *g*, ne moriaris in tempore non tuo.

19. Bonum eſt te ſuſtentare juſtum; ſed & ab illo ne ſubtrahas manum tuam; quia, qui timet Deum, nihil negligit.

20. Sapientia confortavit ſapientem ſuper decem principes civitatis.

21. Non *h* eſt enim homo juſtus in terra; qui faciat bonum, & non peccet *i*.

22. Sed & cunctis ſermonibus, qui dicuntur, Ne accommodes cor tuum; ne forte audias ſervum tuum maledicentem tibi.

23. Scit enim conſcientia tua; quia & tu crebro maledixiſti aliis.

24. Cuncta tentavi *k* in ſapientia; dixi: Sapiens efficiar; & ipſa longius receſſit a me.

25. Multo magis, quam erat; & alta profunditas, quis inveniet eam?

26. Luſtravi univerſa animo meo, ut ſcirem, & conſiderarem, & quærerem ſapientiam, & rationem; & ut cognoſcerem impietatem ſtulti, & errorem imprudentium.

a Veram & perenniter felicem.
b q. d. ergo ad Deum recurre.
c Diſpice, ad illam te præpara.
d Nimis ſeverus, & accuratus.
e Ut ſtupidus cum hæreticis.
f Ut pecces graviter.
g Adeo, ut velis habere Deũ inimicum.
h 3 Reg. 8. 46. 2. Paral 6. 36. Prov. 20. 9. 1. Joan. 1. 8.
i Aliquando & leviter.
k Intelligere.

27. Et

8. Potwarz fráſuie mądrego; y ſtráći moc ſercá iego.

9. Lepſzy ieſt koniec modlitwy, niż początek. Lepſzy ieſt ćierpliwy niż chelpliwy.

10. Nie bądź ku zágniewániu prędki; bo gniew w zánádrzu głupiego odpoczywa.

11. Nie mow: Co mnimaſz zá przyczyną ieſt, że pierwſze czáſy lepſze były, niżli teraz ſą? bo głupie ieſt tákowe pytánie.

12. Pożyteczznieyſzá ieſt mądrość z bogáctwem; y więcey pomaga tym, ktorzy widzą ſłońce.

13. Iáko bowiem broni mądrość, ták też bronią pieniądze; lecz to ma nádzwyſz umieiętność, y mądrość, że dáią żywot temu, ktory ie ma.

14. Przypátrz ſię ſpráwam Bożym; iż żaden nie może popráwić, ktorego on wzgárdźi.

15. W dźień dobry zázywáy dobrá, á ſtrzeż ſię dniá złego; bo iáko ten, ták y on uczynił Bog, áby nie nalazł człowiek przećiw iemu żałob ſpráwiedliwych.

16. Tom też widźiał zá dni márnośći moiey; Spráwiedliwy ginie w ſpráwiedliwośći ſwoiey; á niezbożny długo żyie we złośći ſwoiey.

17. Nie bądź názbyt ſpráwiedliwym; áni mądrym więcey, niż potrzebá, ábyś nie zgłupiał.

18. Nie czyń bárzo niezbożnie; áni bądź głupim, ábyś nie umárł czáſu nie ſwego.

19. Dobrze ieſt wſpomágáć ſpráwiedliwego; ále y od niego nie odćiągay ręki twoiey; bo, kto ſię Bogá boi, nic nie zániedbawa.

20. Mądrość więcey umacnia mądrego, niżli dźieśięć kśiążąt, ktorzy ſą w mieśćie.

21. Niemáſz bowiem ſpráwiedliwego ná źiemi; ktoryby czynił dobrze, á nie grzeſzył.

22. Ale y do wſzytkich powieśći, ktore ſię mowią, Nie przykłáday ſercá twego; ábyś ſnadź nie uſłyſzał ſługi twego złorzeczącego tobie.

23. Wie bowiem ſumnienie twoie; żeś y ty częſto złorzeczył drugim.

24. Wſzytkiegom doświadczał mądrośćią, mowiłem: Będę mądrym; á oná dáley odſtąpiłá odemnie.

25. Dáleko więcey, niżli byłá; y głęboka głębia, kto ią naydźie?

26. Obeyźrzałem wſzytko myſlą moią, ábych wiedźiał y uważał, y ſzukał mądrośći, y rozumu; á iżbych poznał niezbożność głupiego, y błąd nierozumnych.

27. Y

27. Y doznałem, iż niewiáſtá gorźczeyſzá ieſt niżli śmierć; ktora ieſt śidłem łowcow, á ſerce iey niewod, ręce iey ſą pętá. Kto ſię Bogu podobá, wybiega ſię od niey; ále kto grzeſzny ieſt, będźie od niey poimany.

28. Otom tego doznał, rzekł Ekkleſiaſtes, iednego po drugim; ábych nálazł pewną rzecz.

29. Ktorey ieſzcze ſzuka duſzá moiá, á nie nálazłem. Męża iednego práwego z tyśiącá; lecz niewiáſty, że wſzech nienálazłem.

30. Tylkom to nálazł, że Bog uczynił człowieká práwego, á on ſię ſam wdał w niezliczone gadki. Ktoż táki ieſt, áko mądry? á kto umie rozwiązánie słowá?

27. Et inveni amariorem morte mulierem; quæ laqueus venatorum *a* eſt, & ſagena cor ejus, vincula ſunt manus illius. Qui placet Deo, effugiet illam; qui autem peccator eſt, capietur ab illa.

a Diabolorũ.

28. Ecce hoc inveni, dixit Eccleſiaſtes, unum & alterum; ut invenirem rationem.

29. Quam adhuc quærit anima mea, & non inveni. Virum de mille unum *b* reperi; mulierem *c* ex omnibus non inveni.

b Perfectum.
c Perfectam.

30. Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus *d*. Quis talis, ut ſapiens eſt? & quis cognovit ſolutionem verbi?

d Jurgiis, & litibus.

ROZDZIAŁ VIII.

I. Mądrośći chwała, y znáki, to ieſt: nie odſtąpić od przykazáń Bożych; II. Wiedieć, że marność ieſt y nędza pilnowáć tylko terázznieyſze rzeczy; álbo dla Boſkiey łáſkawośći roſpuſtnie grzeſzić, ponieważ ſpráwiedliwym, á niepobożnym rownie ſię trafiá. III. Mądrość tákie marnośći leczy, á pokázuie, iż uczynkow Bożych żadna przyczyná ználeść ſię nie może.

1. MAdrość człowieká świeći ſię ná twarzy iego; á namocnieyſzy zmieni oblicze iego.

2. Ia ſtrzegę uſt krolewſkich; y przykazánia przyśięgi Bożey.

3. Nie ſkwápiay ſię odyść od oblicznośći iego, áni trway we złym uczynku; bo wſzytko, co chce, uczyni;

4. A mowá iego pełna ieſt mocy; áni mu żaden rzec może: Przecz ták czyniſz?

5. Kto ſtrzeże przykazánia, nie uzna nic złego. Czás y odpowiedź rozumie ſerce mądrego.

6. Káżdey ſpráwie ieſt czás, y pogodá; á wielkie człowiecze utrapienie.

7. Bo niewie przeſzłych; á przyſzłych od żadnego ſię poſlá nie dowie.

8. Nie ieſt w człowieczy mocy zábronić duchá; áni ma mocy w dźień śmierći, áni mu dopuśći odpoczynąć, gdy náchodźi woyná, áni zbáwi niezbożność niezbożnego.

9. Wſzytko to obaczyłem, y udałem ſerce ſwe ná wſzytkie uczynki, ktore ſię dźieią pod słońcem. Czáſem pánuie człowiek nád człowiekiem, ná ſwe złe.

10. Widźiałem niezbożne pogrzebione; ktorzy

CAPUT VIII.

I. Sapientiæ laudes & notæ: nempe, a Dei mandatis non recedere; 1. II. Noſſe, quod vanitas ſit & miſeria attendere tantum præſentia, vel ob Dei indulgentiam liberius peccare, ideo quod juſtis & impiis ſimilia hic eveniant 9. III. Sapientia his vanitatibus medetur, & dictat, quod operum Dei ratio nequeat inveniri 14.

1. SApientia hominis *e* lucet in vultu ejus; & potentiſſimus faciem illius commutabit.

e Supr. 2. 14. nempe modeſtia, gravitas, &c.

2. Ego os regis *f* obſervo; & præcepta juramenti Dei.

f Dei.

3. Ne feſtines recedere a facie ejus *g*, neque permaneas in opere malo; quia omne, quod voluerit, faciet;

g Imo ſi offendiſti, cito redi cum eo in gratiam.

4. Et ſermo illius poteſtate plenus eſt; nec dicere ei quiſquam poteſt: Quare ita facis?

5. Qui cuſtodit præceptum, non experietur quidquam mali. Tempus *h* & reſponſionem cor ſapientis intelligit.

h Tempus & modum reſpondendi.

6. Omni negotio tempus eſt; & opportunitas, & multa hominis afflictio.

7. Quia ignorat præterita; & futura nullo ſcire poteſt nuntio.

8. Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum *i*; nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente bello *k*, neque ſalvabit impietas impium.

i Animam ne diſcedat a corpore.
k Tentatione.

9. Omnia hæc conſideravi, & dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt ſub ſole. Interdum dominatur homo homini in malum ſuum *l*.

l Dominantis, & ſubditi.

10. Vidi impios ſepultos *m*; qui etiam, cum

m Honorifice.

cum adhuc viverent, in loco *a* ſancto erant, & laudabantur in civitate quaſi juſtorum operum; ſed & hoc vanitas eſt.

11. Etiam quia non profertur cito contra malos ſententia; absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.

12. Attamen peccator ex eo *b*, quod centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur; ego cognovi, quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem ejus.

13. Non ſit bonum impio, nec prolongentur dies ejus; ſed quaſi umbra tranſeant, qui non timent faciem Domini.

14. Eſt & alia vanitas, quæ fit ſuper terram. Sunt juſti, quibus mala proveniunt *c*, quaſi opera egerint impiorum; & ſunt impii, qui ita ſecuri ſunt *d*, quaſi juſtorum facta habeant; ſed & hoc *e* vaniſſimum judico.

15. Laudavi igitur lætitiam, quod non eſſet homini bonum ſub ſole, niſi quod comederet, & biberet *f*, atque gauderet *g*; & hoc ſolum ſecum auferret de labore ſuo in diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus ſub ſole.

16. Et appoſui cor meum, ut ſcirem ſapientiam, & intelligerem diſtentionem *h*, quæ verſatur in terra; eſt homo, qui diebus & noctibus ſomnum non capit oculis.

17. Et intellexi, quod omnium operum Dei nullam poſſit homo invenire rationem eorum, quæ fiunt ſub ſole; & quanto plus laboraverit ad quærendum, tanto minus inveniat; etiam ſi dixerit ſapiens, ſe noſſe, non poterit reperire.

a Miniſterio.
b Fit magis peccator, & audacior.
c Ad eorum purgationem.
d Ad remunerationem bonorum operum, quæ hic fecerunt.
e In peccatis ſecure vivere.
f Cibum & potum congruum corpori, & animæ.
g Acquieſcens Dei voluntati.
h Quid animũ anxia occupatione diſtineat.

rzy ieſcze poki żyli, ná mieyſcu świętym byli, y chwalono ie w mieśćie, iáko w uczynkách ſpráwiedliwe; ále y to márność ieſt.

11. Bo iż nie rychło wydáią dekret przećiwko złym; bez żadney boiáźni ſynowie człowieczy broią złośći.

12. Wſzákże grzeſznik ztądże ſtokroć złość czyni, á ćierpliwie go czekáią; iam poznał, iż tym dobrze będźie, ktorzy ſię Bogá boią, ktorzy ſię wſtydzą twarzy iego.

13. Nie ieſt dobrze niezbożnemu, y dni iego nie przedłużáią ſię; ále niech przemiiáią iáko ćięń, ktorzy ſię nie boią oblicza Páńſkiego.

14. Ieſt y drugá márność, ktora ſię dźieie ná źiemi. Są ſpráwiedliwi, ktorym ſię źle wiedźie, iákoby uczynki niezbożnych uczynili; y ſą niezbożni, ktorzy ſą ták beſpieczni, iákoby mieli uczynki ſpráwiedliwych; lecz y to mam zá náwiętſzą márność.

15. Chwaliłem tedy weſele, że niemáſz nic lepſzego człowiekowi pod ſłońcem, iedno ieść y pić, á weſelić ſię; á iż to tylko z ſobą weźmie z pracey ſwey we dniách żywotá ſwego, ktore mu Bog dał pod ſłońcem.

16. Y udałem ſerce ſwe, ábym poznał mądrość, y rozumiał zábáwienie, ktore ieſt ná źiemi; ieſt człowiek, ktoremu we dnie y w nocy ſen ná oczách nie poſtoi.

17. Y zrozumiałem, iż wſzytkich ucynkow Bożych żadney przyczyny ználeść człowiek nie może, ktore ſię dźieią pod ſłońcem; á czim więcey prácuie ſzukáiąc, tym mniey náyduie; choćby też mowił mądry, że wie, nie będźie mogł náleść.

CAPUT IX.

I. Regulæ ſapientiæ: Nemo ſcit, an Dei odio, vel amore ſit dignus; quod eadem cunctis hic eveniant 1. II. Cum poſt hanc vitam non reſtet tempus operandi, nunc operibus inſtanter incumbendum 4. III. Sapientia præſtat fortitudini, & in paupere deſpicitur 11.

1. OMnia hæc tractavi in corde meo, ut curioſe intelligerem; Sunt juſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei; *i* & tamen neſcit *k* homo, utrum amore, an odio dignus ſit.

2. Sed omnia in futurum ſervantur incerta; eo quod univerſa æque eveniant juſto &

i In ſcientia, memoria, & continua acceptatione Dei.
k Scientia infallibili & certa.

ROZDZIAŁ IX.

I. Reguły mądrośći: żaden niewie, ieſli ieſt godźien miłośći, czyli nienawiśći Bożey; że wſzytko iednáko ná wſzytkich przychodźi. II. Poniewadź po tym krotkim żywoćie nie będźie czáſu záſługi, teraz uśilnie ma ſię prácowáć. III. Mądrość lepſzá niż męſtwo, á w ubogim nie ieſt poważna.

1. WSzytkom to rozważał w ſercu ſwoim, ábych pilnie zrozumiał; ſą ſpráwiedliwi y mądrzy, á uczynki ich ſą w ręce Bożey; á przećię niewie człowiek, ieſli ieſt miłośći, czyli nienawiśći godźien.

2. Ale wſzytkie rzeczy ná przyſzły czás záchowáne ſą niepewne; przeto że wſzytko iedná-

dnáko przychodźi ná ſpráwiedliwego y niezbożnego, ná dobrego, y ná złego, ná czyſtego, y nieczyſtego, ná czyniącego ofiáry, y gárdzącego nimi. Iáko dobry, ták y grzeſzny; iáko krzywo przyśiężcá, ták y ten ktory prawdźiwie przyśięgá.

3. To ieſt nágorſza, że wſzytkiego, co ſię dźieie pod słońcem, że ſię iednáko że wſzytkimi dźieie; przecę y ſercá ſynow człowieczych nápełnią ſię złośći, y wzgárdy w ſwym żywoćie, á potym doprowádzeni będą do piekłá.

4. Niemáſz żadnego, ktoryby záwſze żył, y ktoryby o tym nádźieię miał; lepſzy ieſt pies żywy, á niżli lew zdechły.

5. Bo żywiący wiedzą, iż umrzeć máią; lecz umárli nic więcey niewiedzą, áni dáley máią zapłaty; gdyż pámiątká ich przyſzłá w zápámiętánie.

6. Miłość też y nienawiść, y zazdrośći pospołu zginęły; áni máią częśći ná tym świećie, y w uczynku, ktory ſię dźieie pod słońcem.

7. Idźże tedy, á iedz chleb ſwoy z weſelem, á piy wino ſwe z rádośćią; bo ſię uczynki twoie Bogu podobáią.

8. Ná káżdy czás niech będą białe ſzáty twoie; á oleiek niechay nie ſchodźi z głowy twoiey.

9. Záżyway żywotá z żoną, ktorą miłuieſz, po wſzytkie dni żywotá nieſtáteczności twoiey, ktoreć dáne ſą pod słońcem przez wſzytek czás márnośći twoiey; bo to ieſt dźiał w żywocie, y w pracey twey, ktorą prácuieſz pod słońcem.

10. Cokolwiek czynić może ręká twoiá uſtáwicznie czyń; bo áni ſpráwy, áni rozumu, áni mądrośći, áni umieiętnośći nie będźie w piekle, gdźie ſię ty kwápiſz.

11. Obroćiłem ſię ku drugiemu, y widźiałem pod słońcem, iż áni prędkich ieſt bieg, áni mężnych woyná, áni mądrych chleb, áni uczonych bogáctwá, áni ſmyślnych łáſká; ále czás, y treſunek ieſt we wſzytkim.

12. Nie wie człowiek koncá ſwego, ále iáko ryby łowią wędą, y iáko ptaká śidłem imáią; ták też ludźie bywáią poimáni we zły czás, gdy ná nie nagle przypádnie.

13. Widźiałem też y tę mądrość pod słońcem; y doznałem, że ieſt wielka.

14. Miáſto máłe, y máło w nim mężow; przyćiągnął przećiwko niemu krol wielki, y obległ ie, y pobudował ſzańce w około, y dokonáło ſię oblężenie.

& impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti. Sicut bonus, ſic & peccator; ut perjurus, ita & ille, qui verum dejerat *a*.

3. Hoc eſt peſſimum *b* inter omnia, quæ ſub ſole fiunt, quia eadem cunctis eveniunt; unde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita ſua, & poſt hæc ad inferos deducentur.

4. Nemo eſt, qui ſemper vivat, & qui hujus rei habeat fiduciam; melior eſt canis vivus leone mortuo *c*.

5. Viventes enim ſciunt, ſe eſſe morituros; mortui vero nihil *d* noverunt amplius, nec habent ultra mercedem; quia oblivioni tradita eſt memoria eorum.

6. Amor quoque, & odium, & invidiæ ſimul perierunt; nec habent partem in hoc ſæculo, & in opere, quod ſub ſole geritur.

7. Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum; quia Deo placent opera tua.

8. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida *e*; & oleum de capite tuo non deficiat.

9. Perfruere vita cum uxore, quam diligis, cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſole omni tempore vanitatis tuæ; hæc eſt enim pars *f* in vita *g*, & in labore tuo, quo laboras ſub ſole.

10. Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare; quia nec opus *h*, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas.

11. Verti me ad aliud, & vidi ſub ſole, nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, nec ſapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam; ſed tempus, caſumque in omnibus *i*.

12. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aves laqueo comprehenduntur; ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis ex templo ſupervenerit.

13. Hanc quoque ſub ſole vidi ſapientiam; & probavi maximam.

14. Civitas parva, & pauci in ea viri; venit contra eam rex magnus, & vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio.

a Hic in mundo tractatur.
b Nobis moleſtum & difficillimum intellectu.
c Proverbium eſt, q. d. vita præſtat morti.
d Novi ad novum merítum.
e Feſtiva & nitida pro ſtatu tuo.
f Felicitatis.
g Hac.
h Tempus operandi, vel merendi.
i Plurimum valere.

15. Inventusque eſt in ea vir pauper, & ſapiens, & liberavit urbem per ſapientiam ſuam; & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis.

16. Et dicebam ego, meliorem eſſe ſapientiam fortitudine; quomodo ergo ſapientia pauperis contempta eſt, & verba ejus non ſunt audita?

17. Verba ſapientium audiuntur in ſilentio, plus quam clamor principis inter ſtultos.

18. Melior *a* eſt ſapientia, quam arma bellica; & qui in uno peccaverit *b*, multa bona perdet *c*.

a Sup. 7. 20.
b Etſi multa bona fecerit & Reip. præſtiterit.
c Uno peccato multa damna ſibi aliiſque inferens.

CAPUT X.

Pergit laudare ſapientiam I. propter ſapientis a ſtulto differentiam; & tentationes potentis ſpiritus, quibus reſiſtendum 1. II. Propter hominum ambitionem, & perverſitatem, ubi de ſtulto, ac ſervo elevatis, de divite, ac principe humiliatis; occulto detractore 5. III. De rege puero, & principibus mane comedentibus; nec regi, nec diviti detrahendum 16.

1. MUſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti *d*. Pretioſior *e* eſt ſapientia & gloria, parva, & ad tempus *f* ſtultitia.

2. *g* Cor *h* ſapientis in dextera ejus *i*; & cor ſtulti in ſiniſtra illius *k*.

3. Sed & in via ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit; omnes ſtultos æſtimat.

4. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te *l*, locum tuum *m* ne dimiſeris; quia curatio *n* faciet ceſſare peccata maxima.

5. Eſt malum, quod vidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediens a facie principis.

6. Poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & divites ſedere deorſum.

7. Vidi ſervos in equis, & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſervos.

8. Qui *o* fodit foveam, incidet in eam; & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber.

9. Qui transfert lapides, affligetur in eis; & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis.

10. Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non ut prius, ſed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur; & poſt induſtriam ſequetur ſapientia.

11. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit.

12. Ver-

d Sic crimen admiſſum a ſapiente inficit & corrumpit ejus famam & gloriam.
e Unguento.
f Seu brevis.
g Vid. Deut. 1. 29. cum Jonæ 4. in fine.
h Cura & intentio.
i Eſt circa bona ſolida.
k Circa mala & vilia.
l Te permoverit.
m Priſtinam modeſtiam, & virtutem.
n Cura talis.
o Prov. 26 27. Eccli. 27. 29.

15. Y nálazł ſię w nim mąż ubogi á mądry, y wybáwił miáſto mądrością ſwą; á żaden nie wſpomniał potym ná onego człowieká ubogiego.

16. Y mowiłem ia, iż lepſzá ieſt mądrość, niżli moc; czemuż tedy mądrość ubogiego wzgárdzena ieſt, y ſłowo iego nie ſłuchano?

17. Słow mądrych ſłucháią w milczeniu, więcey niż wołánia kśiążęcego między głupiemi.

18. Lepſzá ieſt mądrość niż oręże woienne; á ktoby w iednym zgrzeſzył, wiele dobrego ſtráći.

ROZDZIAŁ X.

Nieuſtaie chwalić mądrość I. dla rozności mądrego od głupiego; á że pokuſam duchá mocnego ſprzećiwiać ſię mamy. II. Dla człowieczey pychy, y przewrotnośći; gdźie ſię opiſuią; głupi, y ſługá wynieśiony, bogac y kśiążę upokaſzáne, obmowcá potáiemny. III. Krol dźiećie; pánowie iadaiący ráno; krolowi nieuwłaczać, áni bogátemu.

1. MUchy zdycháiące pſuią wonną wdźięczność drogiego oleyku. Drożſza ieſt mądrość, y ſławá, máłe y ná czás ſzaleńſtwo.

2. Serce mądrego po práwey ſtronie iego; á ſerce głupiego po lewey ſtronie iego.

3. Ale y wdrodze kiedy głupi chodźi, ſam będąc ſzalonym; wſzytkie ma zá głupie.

4. Ieſli duch pánuiącego wſtąpi ná ćię, nie opuſzczay mieyſcá twego; ábowiem leczenie uczyni, że przeſtáną grzechy wielkie.

5. Ieſt złość, ktorąm widźiał pod ſłońcem, iákoby zá obłądzeniem wychodzącą od oblicznośći kśiążęćia.

6. Głupiego poſádzonego ná godnośći wyſokiey, á bogáte ná dole śiedzące.

7. Widźiałem ſługi ná koniech, á kśiążętá chodzące po źiemi iáko ſługi.

8. Kto doł kopa, wpádnie weń; á kto rozrzucá plot, wąż go ukąśi.

9. Kto przenośi kámienie, ſprácuie ſię nimi; á kto rąba drwá, będźie ránion od nich.

10. Ieſli ſię przytępi żelázo, á to nie iáko pierwey, ále ſtępione będźie, z wielką pracą náoſtrzone będźie; á po dowćipie przychodźi mądrość.

11. Gdyby ukąśił wąż po ćichu, nic nie ma mniey nádeń, ktory potáiemnie uwłoczy.

12. Sło-

12. Słowá uſt mądrego wdźięczność; á wárgi głupiego zrzucą go.
13. Początek słow iego głupſtwo; á oſtátek uſt iego błąd wielki.
14. Głupi rozmnaża słowá. Niewie człowiek, co przed nim było; á co po nim będźie, kto mu oznaymić może?
15. Praca głupich utrapi ie; ktorzy nie umieią jiśdź do miáſtá.
16. Biadá tobie źiemio, ktorey krol ieſt dźiećięćiem; y ktorey kśiążętá ráno iadáią.
17. Szczęśliwá źiemia, ktora ma krola zacnego; y ktorey kśiążętá iedzą czáſu słuſznego, dla pośilenia, á nie dla zbytku.
18. Dla leniſtwá pochyláią śię dáchy; á dla słábych rąk będźie przećiekał dom.
19. Ná śmiech czynią chleb, á wino, żeby záżywáli żywi; á pieniądzam wſzytko ieſt posłuſzno.
20. W myśli twoiey nie uwłaczay krolowi, á w ſkrytośći pokoiu twego, nie łay bogátemu; bo y ptacy powietrzni głos twoy zánioſą, á ktory ma ſkrzydłá, oznaymi powieść.

12. Verba oris ſapientis gratia; & labia inſipientis præcipitabunt eum.
13. Initium verborum ejus ſtultitia; & noviſſimum oris illius error peſſimus,
14. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo, quid ante ſe fuerit; & quid poſt ſe futurum ſit, quis ei poterit indicare?
15. Labor ſtultorum affliget eos *a*; qui neſciunt *b* in urbem pergere *c*.
16. Væ tibi terra, cujus rex puer eſt; & cujus principes mane comedunt.
17. Beata terra, cujus rex nobilis *d* eſt; & cujus principes veſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriam.
18. In pigritiis humiliabitur contignatio; & in infirmitate *e* manuum perſtillabit domus.
19. In riſum faciunt panem, & vinum, ut epulentur viventes; & pecuniæ obediunt omnia.
20. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diviti; quia & aves cœli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas, annunciabit ſententiam.

a Fatigabit implexis quæſtionibus.
b Vulgaria & neceſſaria.
c ſc. in cœlum.
d Genere & educatione.
e Remiſſione.

ROZDZIAŁ XI.

I. Mądrość napominá ku miłośierdźiu. II. Ku pilney pobożnośći, álbo: że śię ma záwſze dobrze robić; áby przyſzłego ſądu pámięć śię zátrzymała, ná ktorym wſzytko ſądzone będźie. III. Ku wyrzuceniu z ſercá wſzelkiego gniewu, y złośći.

1. RZucay chleb twoy ná wody ćiekące; bo po długim czáśie naydźieſz ji.
2. Day część śiedmi, y osmi; bo niewieſz, co zá złe będźie ná źiemi.
3. Ieſli śię nápełnią obłoki, wyleią deſcz ná źiemię. Ieſli upádnie drzewo ná południe, álbo ná połnocy, ná ktorymkolwiek mieyſcu upádnie, tám będźie.
4. Kto śię ná wiátr ogląda, nigdy śiąć nie będźie; á kto śię przypátruie obłokom, nigdy żąć nie będźie.
5. Iáko niewieſz, ktora ieſt drogá duchá, y iáko śię zraſtáią kośći w żywoćie brzemienney; ták nie wieſz ſpraw Bożych, ktory ieſt tworcą wſzytkiego.
6. Poránu śiey naśienie twoie, á w wieczor niech nie odpoczywa ręká twoiá; bo niewieſz, ktore lepiey wznidźie; to ábo ono; y ieſli oboie ſpołem, lepſze będzie.
7. Wdźięczne świátło, y miła rzecz ieſt oczom widźiec słońce.

CAPUT XI.

I. Sapientia hortatur ad miſericordiam 1. II. Ad ſedulam pietatem, ſeu ſemper bene operandum; ad futuri judicii memoriam retinendam, in quo de omnibus judicandi ſumus 6. III. Ad iram & malitiam a corde auferendam 9.

1. MItte panem tuum *f* ſuper tranſeuntes aquas *g*; quia poſt tempora multa invenies illum.
2. Da partem *h* ſeptem *i*, nec non & octo *k*; quia ignoras, quid futurũ ſit mali ſuper terram.
3. Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent *l*. Si ceciderit lignum *m* ad Auſtrum *n*, aut ad Aquilonem *o*, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.
4. Qui obſervat ventum, non ſeminat; & qui conſiderat nubes, numquam metet.
5. Quomodo ignoras, quæ ſit via ſpiritus; & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis; ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omnium.
6. Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere ne ceſſet manus tua; quia neſcis, quid magis oriatur, hoc aut illud; & ſi utrumque ſimul, melius erit.
7. Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem.

f Eleemoſynam.
g Pauperes, qui affluunt.
h Tuam.
i Multis egenis.
k Seu omnibus.
l Sic tu effunde eleemoſynam.
m Homo.
n Sub auſtro comprehenditur & purgatorium ſicut limbus patrum.
o Status damnationis, ſeu peccati.

8. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum; qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.

9. Lætare ergo juvenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum; & ſcito, quod pro omnibus his adducet te Deus in judicium.

10. Aufer iram a corde tuo, & amove malitiam a carne tua. Adoleſcentia enim, & voluptas vana ſunt.

CAPUT XII.

I. Sapientiæ præcepta: Deum præ oculis habe in juventute, ante ſenium, & mortem 1. II. Dei præcepta obſerva, cum de omnibus ſit reddenda ratio 8.

1. MEmento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ; antequam veniat tempus afflictionis *a*, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent.

2. Antequam tenebreſcat ſol *b* & lumen, & luna, & ſtellæ; & revertantur nubes poſt *c* pluviam.

3. Quando commovebuntur *d* cuſtodes domus, & nutabunt viri fortiſſimi *e*; & otioſæ erunt molentes *f* in minuto numero, & tenebreſcent videntes *g* per foramina.

4. Et claudent oſtia in platea *h*, in humilitate vocis molentis; & conſurgent *i* ad vocem volucris, & obſurdeſcent omnes filiæ carminis *k*.

5. Excelſa quoque timebunt, & formidabunt in via, florebit amygdalus *l*, impinguabitur locuſta *m*, & diſſipabitur *n* capparis; quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ; & circuibunt in platea plangentes *o*.

6. Antequam rumpatur funiculus *p* argenteus, & recurrat *q* vitta aurea *r*; & conteratur hydria *s* ſuper fontem, & confringatur *t* rota ſuper ciſternam.

7. Et revertatur pulvis in terram ſuam, unde erat & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.

8. Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, & omnia vanitas.

9. Cumque eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes, docuit populum, & enarravit, quæ fecerat; & inveſtigans compoſuit parabolas multas.

10. Quæ-

8. Ieſliby przez wiele lat żyw był człowiek, á w tych wſzytkich ſię weſelił, ma pámiętáć ná czás ćiemny, y ná długie dni; ktore kiedy przyidą, przeſzłe rzeczy pokażą ſię márnośćią.

9. Weſelże ſię tedy młodźieńcze w młodośći twoiey, á niech záżyie dobrego ſerce twe we dni młodośći twoiey, y chodź drogámi ſercá twego, y według weyźrzenia oczu twoich; ále wiedz, iż zá to wſzytko przywiedźie ćię Bog ná ſąd.

10. Oddal gniew od ſercá twego, y odrzuć złość od ćiáłá twego. Bo młodość, y rozkoſz ſą rzeczy márne.

ROZDZIAŁ XII.

I. Mądrośći náuki: w młodośći mieć Bogá przed oczyma pierwey, niż przydźie ſtárość, á śmierć. II. Strzedz przykazánia Bożego, poniewadz wſzytko przywiedźie ſię ná ſąd.

1. POmni ná ſtworzyćielá twego, zá dni młodośći twoiey; poki nie przydźie czás udręczenia, y nie nádeydą látá, o ktorych mowić będźieſz: Nie podobáią mi ſię.

2. Poki ſię nie záćmi ſłońce, y świátło, y księżyc, y gwiazdy; y poki ſię nie wrocą po dżdżu obłoki.

3. Kiedy ſię poruſzą ſtrożowie domowi, y záchwieią ſię duży mężowie; y proznowáć będą mielące w máley liczbie, y záćmią ſię pátrzące przez dźiury.

4. Y záwrą wrotá zá ulicę, w poniżeniu głoſu mielącey; y powſtáną ná głos ptáſzy, y ogłuſzeią wſzytkie corki śpiewánia.

5. Będą ſię też bać mieyſc wyſokich, y będą ſię lękáć ná drodze, zákwitnie drzewo migdałowe, utyie ſzáráńcza, á rozproſzą ſię kappáry; bo poydźie człowiek do domu wiecznośći ſwey; y będą chodźić po ulicách płáczący.

6. Poki ſię nie przerwie ſznur ſrebrny, á ſkurczy ſię czepek złoty; y ſtłucze ſię wiádro nád zdroiem, y złamie ſię koło nád ſtudnią.

7. Y wroći ſię proch do źiemie ſwey, z ktorey był, á duch wroći ſię do Bogá, ktory go dał.

8. Márność nád márnośćiámi, rzekł Ekkleſiáſtes, y wſzytko márność.

9. A Ekkleſiáſtes będąc namędrſzy, náuczał lud, y powiedźiał, co był uczynił; á wiwiedźiawſzy ſię złożył wiele przypowieśći.

10. Szu-

a Senectutis, quæ in ſeq. graphice deſcribitur, allegorice judicii extremi.
b In oculis ſenum caligantibus.
c Caliginoſi vapores poſt catarrhos.
d Alterabuntur oculi & reliqua ſenſuū organa.
e Crura, fortiſſimæ corporis partes.
f Dentes.
g Oculi ſeu pupillæ.
h In hominis facie.
i Quia ſenes ad leviſſimum ſonum evigilant.
k Omnis concentus in auribus ſenum.
l Id eſt caput caneſcet, ſicut amygdalus omnium arborum prima candeſcit.
m Corpus ſenis propter pituitam & aquam inter cutem.
n Extinguetur appetitus cibi: nam capparis alias excitat appetentiam, cibi & veneris.
o Amici moribundi.
p Sacra ſpina dorſi, ejus oſſa & medullæ colore argenteo ſunt.
q A cranio.
r Meninx ſeu membrana tenuis, cerebri involucrum.
s Venæ quæ ex jecore hauriunt ſanguinem.
t Vis attractiva ex ſtomacho.

10. Szukał słow pożytecznych, y spisał mowy ná prawdźie, y pełne prawdy.

11. Słowá mądrych są iáko ośćienie, y iáko gwoźdźie głęboko wbite; ktore przez rádę mistrzow dáne są od pásterzá iednego.

12. Nád to synu moy więcey się nie pytay, czynienia wiele kśiąg niemász końcá; á częste myślenie iest ćiáłá utrapienie.

13. Końcá mowienia wszyscy społem słuchaymy: Bogá się boy, á strzeż przykazánia iego; bo to iest wszelki człowiek.

14. Wszytko, co się dźieie, przywiedźie Bog ná sąd, zá káżdy występek lub dobry lub zły, ono będźie.

10. Quæsivit verba utilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos.

11. Verba sapientium sicut stimuli & quasi clavi in altum defixi; quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno *a*.

a DEO.

12. His amplius, fili mi, ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis; frequensque meditatio, carnis afflictio est.

13. Finem loquendi pariter omnes audiamus: DEUM TIME, ET MANDATA EJUS OBSERVA; HOC EST ENIM OMNIS HOMO *b*.

b Per hoc efficitur homo perfectus & beatus.

14. Et cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum, sive malum, illud sit.

PIESN Nád PIESNIAMI SALOMONA, Ktorą po Zydowsku שיר השירים SIR HASIRIM. zowią.

ROZDZIAŁ I.

I. Obłubienicá żąda początek, śrzodek, á ostatek swoiego zbáwienia, y doskonałośći. II. Obłubieniec oną uczy drogą doskonałośći w rozmaitych podobieństw. III. Dla tego z obu stron ku społeczney chwale, y miłośći się pobudzaią.

1. Niech mię pocáłuie pocáłowániem ust swoich; bo lepsze są pierśi twe nád wino

16. Płácze oczymá ſwemi nieprzyiaćiel; ále ieſli tráfi ná czás, nie náſyći ſię krwie.

17. A ieſli ćię potká co złego, naydźieſz go tám pierwſzego.

18. Oczymá ſwemi płacze nieprzyiaćiel, á wrzkomo rátuiąc będźie podkopywał ſtopy twoie.

19. Głową ſwą będźie chwiał, y kláſkał ręką, á wiele ſzepiąc odmieni oblicze ſwoie.

CAPUT XIII.

I. Perículoſa ſunt conſortia cum ſuperbo, divite, & potentiore 1. II. Dilige Deum ac proximum 12. III. Non convenit diviti cum paupere, quia hic deſpicitur, ille honoratur 22.

1. QUi tetigerit picem, inquinabitur ab ea; & *l* qui communicaverit ſuperbo, induet ſuperbiam.

2. Pondus ſuper ſe tollet, qui honeſtiori *m* ſe communicat. Et *n* ditiori te ne ſocius fueris.

3. Quid communicabit *o* cacabus *p* ad ollam *q*? quando enim ſe colliſerint, confringetur.

4. Dives injuſte egit, & fremet; pauper autem læſus tacebit.

5. Si largitus fueris, aſſumet te; & ſi non habueris, derelinquet te.

6. Si habes, convivet tecum, & evacuabit te; & ipſe non dolebit ſuper te *r*.

l Deut. 7. 2.
m Græce: potentiori.
n Pro: igitur.
o Commodi afferet.
p Vas æneum.
q Vas teſtaceum.
r Redactum ad inopiam.

ROZDZIAŁ XIII.

I. Niebeśpieczne ſą towárzyſtwá z pyſznym, bogátym, y z możnieyſzym. II. Miłuy Bogá, y bliźniego. III. Nieprzyſtoi bogátemu z ubogim; bo tego miną, onego wáżą.

1. KTo ſię ſmoły dotknie, pomáże ſię od niey; á kto ma z pyſznym towárzyſtwo, oblecze ſię w pychę.

2. Brzemię ná ſię kłádźie, kto z poczćiwſzym nád ſię ſpołkuie. Y bogátſzemu nád ćię nie bądź towárzyſzem.

3. Co zá towárzyſtwo ma koćieł z gárncem? bo kiedy wśię uderzą, ſtłucze ſię.

4. Bogáty nieſpráwiedliwie uczynił, y będźie zgrzytał zębomá; á ubogi obrážony milczeć będźie.

5. Ieſli będźieſz dawał, przyimie ćie; ále ieſli nie będźieſz miał, opuśći ćię.

6. Ieſli maſz, będźie używał z tobą, y wytrawi ćię; á nie będźie ćię żałował.

7. Ieśli mu ćię będźie potrzebá, podeydźie ćię; á uśmiecháiąc śię, będźieć nádźieię czynił powiádáiąc ći dobre, y rzecze: A czegoć potrzebá?

8. Y záwstydźi ćię potráwámi swymi, áż ćię wyniszczy po drugie, y po trzećie; á ná ostátek náśmieie śię z ćiebie; á potym widząc opuśći ćię, á będźie chwiał głową przećiw tobie.

9. Ukorz śię Bogu, á czekay rąk iego.

10. Strzeż śię, ábyś zwiedźiony w głupstwo nie był poniżony.

11. Nie uniżay śię w mądrośći twoiey; byś uniżywszy śię nie był zwiedźion w głupstwo.

12. Wezwány od możnieyszego, odeydźi; bo ćię od tąd więcey wzywáć będźie.

13. Nie uprzykrzay śię, ábyś odrzucon nie był; á bądź dáleko od niego, ábyś nie przyszedł w zapámiętánie.

14. Nie zwyczáy śię zá rowno z nim mowić; áni wierz mnogim powieśćiom iego; bo z długiey rozmowy będźie ćię doświadczał, á uśmiecháiąc śię będźie ćię pytał o táiemnicách twoich.

15. Nie miłośierny umysł iego będźie záchowywał słowá twoie; á nie opuśći, áby ćię trapić, y do więźienia dáć nie miał.

16. Strzeż śię á pilnuy tego, co słyszysz; bo chodźisz z upadkiem twoim.

17. A słucháiąc tego iáko we śnie, pátrz y czuy.

18. Przez wszytek żywot twoy miłuy Bogá, y wzyway go ku zbáwieniu twemu.

19. Káżde źwierzę miłuie sobie podobne; ták y káżdy człowiek bliźniego swego.

20. Wszelkie ćiáło przyłączy śię ku podobnemu sobie; á wszelki człowiek przyłączy śię do podobnego sobie.

21. Ieśli kiedy wilk z owcą społkowáć będźie; ták grzesznik z spráwiedliwym.

22. Co zá społkowánie świętemu człowiekowi ze psem? ábo co zá część bogátemu z ubogim?

23. Ośieł leśny ieśt łowem lwowi ná puszczy; ták páśtwiskiem bogaczow są ubodzy.

24. A iáko pysznemu obrzydła ieśt pokorá; ták y ubogi obrzydłość bogátemu.

25. Bogacz pochylony, bywa rátowány od przyiaćioł swoich; á nędznik gdy upádnie, y od znáiomych bywa wypędzony.

26. Bogacz, gdy oszukány będźie, ma wiele pomocnikow; hárdźie mowił, y uspráwiedliwili go.

27. Nęd-

7. Si necessarius illi fueris, supplantabit te; & subridens spem dabit, narrans *a* tibi bona, & dicet: Quid opus est tibi?

8. Et confundet te in cibis suis *b*, donec te exinaniat bis, & ter; & in novissimo deridebit te; & postea videns derelinquet te, & caput suum movebit ad te.

9. Humiliare Deo, & expecta manus ejus.

10. Attende, ne seductus *c* in stultitiam humilieris.

11. Noli esse humilis *d* in sapientia tua; ne humiliatus in stultitiam seducaris.

12. Advocatus a potentiore discede; ex hoc enim magis te advocabit.

13. Ne improbus sis, ne impingaris; & ne longe sis ab eo, ne eas in oblivionem.

14. Ne retineas ex æquo loqui cum illo; nec credas multis verbis illius; ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis.

15. Immitis animus illius conservabit verba tua; & non parcet de malitia, & de vinculis.

16. Cave tibi, & attende diligenter auditui tuo; quoniam cum subversione tua ambulas.

17. Audiens vero illa quasi in somnis vide, & vigilabis.

18. Omni vita tua dilige Deum, & invoca illum in *e* salute tua.

19. Omne animal diligit simile sibi; sic & omnis homo proximum sibi.

20. Omnis caro *f* ad similem sibi conjungetur, & omnis homo simili sui sociabitur.

21. Si communicabit lupus agno aliquando; sic peccator justo.

22. Quæ *g* communicatio sancto homini ad canem *h*? aut quæ pars *i* diviti ad pauperem?

23. Venatio leonis onager in eremo; sic & pascua divitum sunt pauperes.

24. Et sicut abominatio est superbo humilitas; sic & execratio divitis pauper.

25. Dives commotus *k* confirmatur ab amicis suis; humilis autem cum ceciderit, expelletur & a notis.

26. Diviti decepto multi recuperatores *l*; locutus est superba, & justificaverunt illum.

27. Humi-

a Promittens.
b Lauto convivio ut cogat te vicem rependere.
c A ditiore amico.
d Et abjecti animi.
e Id est: pro.
f Animal.
g 2. Cor. 6. 14.
h Peccatorem immundum.
i Græce: pax, participatio, communicatio.
k Aliqua calamitate.
l Fautores & adjutores.

27. Humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur; locutus eſt ſenſate, & non eſt datus ei locus.

28. Dives locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius usque ad nubes perducent.

29. Pauper locutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubvertent illum.

30. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia; & nequiſſima paupertas in ore impii *a*.

31. Cor hominis immutat faciem illius, ſive in bona, ſive in mala *b*.

32. Veſtigium cordis boni, & faciem bonam difficile invenies, & cum labore.

a Impius paupertatem, ut rem peſſimã deteſtatur.
b q. d. in lætitiam & in triſtitiam.

27. Nędznik oſzukány ieſt, nád to ieſcze nań fukáią; mowił roſtropnie, á mieyſcá mu nie dano.

28. Mowił bogacz, á wſzyſcy umilkli, y wywyſzą áż pod obłoki ſłowá iego.

29. Ubogi mowił, y mowią: Ktoż to ieſt? á ieſli ſię podtknie, wywrocą go.

30. Dobrać ieſt máiętność, kto nie ma grzechu ná ſumnieniu; á złe uboſtwo w uśćiech złośniká.

31. Serce człowiecze odmienia twarz iego, bądź ku dobremu, bądź ku złemu.

32. Szlad ſercá dobrego, y oblicze dobre, z trudná, y z pracą naydźieſz.

CAPUT XIV.

I. Beatus eſt prudens & beneficus; avaro & livido pernicioſæ divitiæ 1. II. De ſubſtantia benefaciendum ante mortem, quæ non tardat 12. III. Beatus ſapientiæ & juſtitiæ ſtudioſus 22.

1. BEatus vir, *c* qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo; & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti *d*.

2. Felix, qui non habuit animi ſui triſtitiam *e*, & non excidit a ſpe ſua.

3. Viro cupido & tenaci ſine ratione *f* eſt ſubſtantia; & homini livido ad quid aurum?

4. Qui acervat ex animo ſuo injuſte, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur.

5. Qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus erit? & non jucundabitur in bonis ſuis.

6. Qui ſibi invidet, nihil eſt illo nequius; & hæc redditio eſt malitiæ illius.

7. Et ſi bene fecerit, ignoranter, & non volens facit; & in noviſſimo manifeſtat malitiam ſuam.

8. Nequam eſt oculus lividi; & avertens faciem ſuam *g*, & deſpiciens animam ſuam.

9. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis; non ſatiabitur, donec conſumat arefaciens animam ſuam.

10. Oculus *h* malus ad mala; & non ſatiabitur pane, ſed indigens & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam.

11. Fili, ſi habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer *i*.

c Infr. 19. 17.
d Ob triſte delictum.
e Ob admiſſa peccata.
f Uſu, & fructu, nota hic argumenta contra avaritiam.
g A paupere.
h Avari.
i Ex tua ſc. ſubſtantia.

12. Me-

ROZDZIAŁ XIV.

I. Szczęśliwy ieſt baczny, á dobroczynny; ſkąpemu, y zazdrośćiwemu ſzkodliwe ſą bogáctwa. II. Przed śmierćią, ktorá nie omieſzka, czyń dobrze z twego przemożenia. III. Błogoſławiony, kto mądrość, á ſpráwiedliwość miłuie.

1. BŁogosłáwiony mąż, ktory ſię nie podtknął w ſłowie uſt ſwoich; y nie ieſt trapion fráſunkiem grzechu.

2. Sczęśliwy, ktory nie miał ſmutku ná umyśle ſwoim, y nie utráćił nádźieie ſwoiey.

3. Człowiek chćiwy, y ſkąpy prozno ma bogáctwá; á człowiekowi zázdrośćiwemu ná co złoto?

4. Kto zbiera nie ſłuſznie, od duſze ſwey innym zbiera; á w dobrách iego inſzy zbytku używáć będźie.

5. Kto ſobie ieſt złym, komuż innemu dobrym będźie? y dobrá ſwego z poćiechą nie záżywie.

6. Kto ſam ſobie zayźrzy, nic nádeń nie ieſt gorſzego; y ta ieſt zapłátá złośći iego.

7. Y ieſli co dobrze uczyni, niewiádomie, á niechcąc czyni; á ná oſtátek pokázuie złość ſwoię.

8. Złośliwe ieſt oko zazdrośćiwego; y odwracáiące twarz, y gárdzące duſzą ſwoią.

9. Nie náſycone oko chćiwego częśćią nieſpráwiedliwośći; nie náſyći ſię, áż wyniſczy ſuſząc duſzę ſwoię.

10. Oko złe do złego; á nie náie ſię chlebá, ále niedoſtáteczne, y ſmutne będźie u ſtołu ſwego.

11. Synu ieſli maſz, czyń ſam ſobie dobrze, á ofiáruy Bogu godne ofiáry.

12. Pá-

12. Pámiętáy, żeć śmierć nie omieszka, á iżći iest okazan testáment piekielny; testáment bowiem tego świátá, śmierćią umrze.

13. Przede śmierćią czyń dobrze przyiaćielowi twemu, á według przemożenia twego śćiągáiąc daway ubogiemu.

14. Nie utracay dniá dobrego, á cząstká dobrego dáru niechay ćię nie miia.

15. Izali inszym nie zostáwisz boleśći, y prace twoiey ná rozdźiał losu?

16. Daway y bierz, á usprawiedliwiay duszę swoię.

17. Przed śmierćią twą czyń dobrze; bo w piekle nie naydźiesz pokármu.

18. Wszelkie ćiáło zwiotszeie iáko śiáno, y iáko liśćie kwitnące ná drzewie źielonym.

19. Iedno rośćie, á drugie opada; ták rodzay ćiáła y krwie, ieden zchodźi á drugi nástawa.

20. Káżde dźieło skáźitelne ná koniec ustánie; á ktory ie czyni, poydźie znim.

21. Y wszelkie dźieło osobliwe będźie usprawiedliwione; á kto ie czyni, będźie uczczon przez nie.

22. Błogosłáwiony mąż, ktory trwáć będźie w mądrośći, y ktory w spráwiedliwośći swey rozmyśláć będźie, á w umyśle uważáć będźie opátrzność Bożą.

23. Ktory rozmyśla drogę iey w sercu swoim, á táiemnice iey zrozumiewáiąc, idąc zá nią iáko śláduiący, á ná drogách iey stoiący.

24. Ktory wgląda przez okná iey, y u drzwi iey słuchá;

25. Ktory odpoczywa u domu iey, á wbiwszy gwoźdź w śćiány iey, postáwi domek swoy pod ręką iey; y w domku iego będą odpoczywáć dobrá ná wieki.

26. Postáwi syny swe pod przykryćiem iey, y będźie mieszkał pod iey gáłąśkami.

27. Będźie obronion od upalenia pod dáchem iey, á w chwale iey będźie odpoczywał.

12. Memor esto, quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum *a* quia demonstratum est tibi; testamentum enim hujus mundi morte morietur.

13. Ante *b* mortem benefac animo tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi.

14. Non defrauderis a die bona *c*, & particula boni doni non te prætereat.

15. Nonne aliis relinques dolores & labores tuos in divisione sortis?

16. Da, & accipe *d*, & justifica animam tuam.

17. Ante obitum tuum operare justitiam; quoniam non est apud inferos invenire cibum *e*.

18. Omnis *f* caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi.

19. Alia generantur, & alia dejiciuntur; sic generatio carnis, & sanguinis; alia finitur, & alia nascitur.

20. Omne opus corruptibile *g* in fine deficiet; & qui illud operatur, ibit cum illo *h*.

21. Et omne opus electum justificabitur; & qui operatur illud, honorabitur in illo.

22. Beatus *i* vir, qui in sapientia morabitur, & qui in justitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei *k*.

23. Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi investigator, & in viis illius consistens.

24. Qui respicit *l* per fenestras illius, & in januis illius audiens;

25. Qui requiescit juxta domum illius, & in parietibus illius figens palum statuet casulam *m* suam ad manus illius; & requiescent in casula illius bona per ævum.

26. Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis ejus morabitur.

27. Protegetur sub tegmine illius a fervore *n*, & in gloria ejus requiescet.

a Decretum universale de morte omniū.
b Sup. 4. 1. Tob. 4. 7. Luc. 16. 9.
c Convivii vel festi.
d Quia si dederis, plura accipies.
e Vel materiā de aliis bene merendi.
f Isaiæ 40. 6. Jacob. 1. 10. 1. Pet. 1. 24.
g Peccatum carnis.
h Ad perditionem.
i Psalm. 12.
k Deum ubique præsentem.
l Quasi per fenestras in arcana sapientiæ.
m Tabernaculum.
n Concupiscentiæ, & tribulationis.

ROZDZIAŁ XV.

I. Głupi, á kłamliwi mądrość nie dostáną. II. Bog nie iest przyczyną grzechu; ále człowiek, ktory máiący wolność woley może mandáty zachowáć.

1. KTo się Bogá boi, będźie czynił dobrze; á kto się trzyma spráwiedliwośći, dostánie iey,

CAPUT XV.

I. Sapientiam stulti & mendaces non assequentur 1. II. Peccata Deo non sunt adscribenda, sed homini, qui præditus libero arbitrio præcepta servare poterat 11.

1. † QUi timet Deum, faciet bona; & qui continens est justitiæ, apprehendet illam.

† S. Joanvis Apostoli.

2. Et obviabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier a virginitate *a* ſuſcipiet illum.

3. Cibabit illum pane vitæ & intellectus *b*, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum; & firmabitur in illo, & non flectetur;

4. Et continebit illum, & non confundetur; & exaltabit illum apud proximos ſuos.

5. Et in medio Eccleſiæ aperiet os ejus, & adimplebit illum ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & ſtola gloriæ veſtiet illum.

6. Jucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditabit *c* illum.

7. Homines ſtulti non apprehendent illam, & homines ſenſati obviabunt illi, homines ſtulti non videbunt eam; longe enim abeſt a ſuperbia & dolo.

8. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces invenientur in illa *d*; & ſucceſſum habebunt usque ad inſpectionem *e* Dei.

9. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris;

10. Quoniam a Deo profecta eſt ſapientia; ſapientiæ enim Dei aſtabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi.

11. Non dixeris: Per Deum abeſt *f*; quæ enim odit, ne feceris *g*.

12. Non dicas: Ille me implanavit; non enim neceſſarii ſunt ei homines impii.

13. Omne execramentum erroris odit Dominus; & non erit amabile timentibus eum.

14. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui.

15. Adjecit mandata & præcepta ſua.

16. Si *h* volueris mandata ſervare conſervabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere *i*.

17. Appoſuit tibi aquam & ignem; ad quod volueris, porrige manum tuam.

18. Ante *k* hominem vita & mors, bonum & malum; quod placuerit ei, dabitur illi.

19. Quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſſione.

20. Oculi *l* Domini ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam hominis.

21. Nemini mandavit impie agere, & nemini dedit ſpatium *m* peccandi;

22. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium *n*.

a Quaſi virgo ipſi deſponſata.
b Joan. 4. 10.
c Donabit quaſi ſtabili hæreditate.
d In illius conſortio.
e Viſitationē.
f Iſta ſapientia & juſtitia a me.
g Tunc illam aſſequeris, ut dixi c. 1. v. 33.
h Matth. 19. 17. Joan. 8. 31. & 32.
i Jungendum cum: ſi volueris.
k Jer. 21. 8.
l Pſal. 33. 16. Heb. 4. 13.
m Græce: licentiam.
n Seu improborum & reproborum.

2. Y zábieży mu iáko uczćiwa mátká, á iáko żoná pánną poięta przyimie go.

3. Nákarmi go chlebem żywotá, y rozumienia, á wodą mądrośći zbáwienney nápoi go; y umocni ſię w nim, y nie pochyli ſię;

4. Y zátrzyma go, y nie záwſtydźi ſię; y wywyſzy go u bliźnich iego.

5. Y w pośrzod kośćiołá otworzy uſtá iego, y napełni go duchem mądrośći, y rozumienia, y ſzátą chwały przyodźieie go.

6. Weſele y rádość będźie ſkárbilá nád nim; y imięnia wiecznego dźiedźicem go uczyni.

7. Ludźie głupi nie doſtáną iey, á báczni ludźie zábieżą iey; głupi ludźie nie oglądáią iey; bo dáleko ieſt od pychy y zdrády.

8. Ludźie kłamliwi nie wſpomnią iey; á ludźie prawdźiwi naydą ſię u niey; y ſczęśćie mieć będą áż do oglądánia Bogá.

9. Nie ieſt piękna chwałá w uśćiech złośliwego;

10. Abowiem od Bogá poſzłá mądrość; bo przy mądrośći Bożey ſtać będźie chwałá; y rozmnoży ſię w uśćiech wiernego, á pánuiący da mu ią.

11. Nie mow: Przez Bogá nie ieſt przy mnie; bo czego on nienawidźi, nie czyń.

12. Nie mow: On mię w błąd wpráwił; bo mu nie potrzebá niezbożnych ludźi.

13. Wſzelkiey ubrzydliwośći błędu Pan nienawidźi; y nie będźie ſię podobałá boiącym ſię go.

14. Bog od początku ſtworzył człowieká, y oſtáwił go w ręce rády iego.

15. Przydał mándaty y przykazánia ſwoie.

16. Ieſli będźieſz chćiał mándaty záchowáć, záchowáią ćię, y ná wieki wiarę miłą trzymáć.

17. Położył przed ćię wodę y ogień; do czego chceſz, śćiągni rękę twoię.

18. Przed człowiekiem żywot y śmierć, dobre y złe; co ſię mu podoba, będźie mu dano.

19. Iż wielka mądrość Bożá, á śilny ieſt w mocy, widzący wſzytkie bez przeſtánku.

20. Oczy Páńſkie ku tym, ktorzy ſię go boią, á on zna wſzelką ſpráwę człowieczą.

21. Nikomu nie roſkazał źle czynić, y nie dał żadnemu czáſu dla grzeſzenia;

22. Abowiem nie prágnie mnoſtwá ſynow nie wiernych, y niepożytecznych.

ROZDZIAŁ XVI.

I. Nápominá rodźicze ku prawdźiwey miłośći, ábo stárániu o synow; áby śię nie rádowáli z złośliwych synow. II. Z rozważánia gniewu Boskiego ná złe, á miłośierdźia iego ná dobre. III. Bogá poięćie, sąd, á uczynky są niendleżiste.

1. Nie ráduy śię ze złośliwych synow, ieśli śię mnożą; áni śię kochay w nich, ieśli niemász w nich boiáźni Bożey.

2. Nie ufay zdrowiu ich, áni pátrz ná roboty ich.

3. Lepszy bowiem ieſt ieden boiący śię Bogá, niżli tyśiąc synow niezbożnych.

4. Y lepiey ieſt umrzeć bez potomſtwá, niżli zoſtáwić syny niepobożne.

5. Przez iednego roſtropnego miáſto będźie osádzone; pokolenie niepobożnych spuſtoszeie.

6. Wiele tákowych rzeczy widźiáło oko moie, á potężnieysze niż te słyszáło ucho moie.

7. We zborze grzeszących zápali śię ogień, á w narodźie niewiernym zápali śię gniew.

8. Nie uprośili odpuszczenia grzechow swoich ſtárodawni obrzymowie; ktorzy skáżeni są, że ufáli w śiłách swoich;

9. Y nie przepuśćił gośćinie Lotowey, y obrzydźił ie dla pychy słowá ich.

10. Nie smiłował śię nád nimi, lud wszytek wytracaiąc, y wynoszącego śię w grzechách swoich.

11. Y iáko sześć kroć ſto tyśięcy pieszych, ktorzy śię byli zgromádźili w uporze sercá swego. A ieſliby ieden był twárdey krzczyce, dźiwby był, kiedy by był uszedł.

12. Miłośierdźie bowiem y gniew ieſt u niego. Możne ubłaganie, y gniew wylewáiący.

13. Wedle miłośierdźia iego ták kâránie iego, sądźi człowieká według spraw iego.

14. Nie uydźie grzesznik z drapieztwem; y nie omieszka ćierpliwość miłośierdźie czyniącego.

15. Wszelkie miłośierdźie uczyni mieysce káżdemu według zasługi uczynkow iego, y według roſtropnośći pielgrzymowánia iego.

16. Nie mow: Skryię śię przed Bogiem; á z wysokośći kto ná mię wspomni?

17. Miedzy ludem wielkim nie poznáią mię; bo coż ieſt duszá moiá miedzy ták nie zliczonem ſtworzeniem?

18. Oto niebo, y niebá niebios, głębokość,

CAPUT XVI.

I. Exhortatur parentes ad veram pietatem seu curam filiorum; Non exultandum in filiis impiis 1. II. Ex consideratione iræ Dei in malos & misericordiæ in bonos I. III. Dei cognitio, judicium, & opera sunt inscrutabilia 18.

1. Ne jucunderis in filiis impiis, si multiplicentur; nec oblecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis.

2. Non credas vitæ illorum *a*, & ne respexeris in labores eorum.

3. Melior est enim unus timens Deum, quam mille filii impii.

4. Et utile est mori sine filiis, quam relinquere filios impios.

5. Ab uno sensato *b* inhabitabitur patria *c*; tribus *d* impiorum deseretur.

6. Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horum audivit auris mea.

7. In *e* synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili *f* exardescet ira.

8. Non *g* exoraverunt pro peccatis suis antiqui gigantes; qui destructi sunt confidentes suæ virtuti;

9. Et non pepercit *h* peregrinationi *i* Lot; & execratus est eos præ superbia verbi illorum.

10. Non misertus est illis, gentem totam perdens, & extollentem se in peccatis suis.

11. Et *k* sicut sexcenta millia peditum, qui congregati sunt in duritia cordis sui *l*. Et si unus fuisset cervicatus, mirum, si fuisset immunis.

12. Misericordia enim & ira est cum illo. Potens exoratio, & *m* effundens iram.

13. Secundum misericordiam suam, sic correptio illius, hominem secundum opera sua judicat.

14. Non effugiet in rapina peccator; & non retardabit sufferentia *n* misericordiam facientis.

15 Omnis misericordia faciet locum *o* unicuique secundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius.

16. Non dicas: A Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur?

17. In populo magno non agnoscar; quæ est enim anima mea in tam immensa creatura?

18. Ecce cœlum, & cœli cœlorum, abyssus,

a Ne confidas diu & feliciter victuros.
b Sapiente ac timente Deū.
c Et per posteros ejus complebitur integrum regnū.
d Natio & familia.
e Infr. 21. 10.
f Incredula.
g Gen. 6. 4.
h Deus.
i Loco peregrinationis.
k Num. 14. 20. & 26 51.
l Nolentes invadere terram Chanaan.
m Alioquin Deus.
n Patientia.
o Rom. 2. 6.

sus, & universa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commovebitur *a*.

19. Montes simul, & colles, & fundamenta terræ; cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur.

20. Et in omnibus his insensatum est cor *b*; & omne cor intelligitur ab illo.

21. Et vias illius, quis intelligit, & procellam *c*, quam *d* nec oculus videbit hominis?

22. Nam plurima illius opera sunt in absconsis; sed opera justitiæ ejus, quis enuntiabit? aut quis sustinebit? Longe enim est testamentum *e* a quibusdam; & interrogatio *f* omnium in consummatione est *g*.

23. Qui minoratur corde, cogitat inania; & vir imprudens, & errans cogitat stulta.

24. Audi me fili, & disce disciplinam sensus, & in verbis meis attende in corde tuo;

25. Et dicam in æquitate disciplinam, & scrutabor enarrare sapientiam; & in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate spiritus virtutes, quas posuit Deus in opera sua ab initio; & in veritate enuntio scientiam ejus.

26. In judicio Dei opera ejus ab initio, & ab institutione ipsorum distinxit partes *h* illorum; & initia eorum in gentibus suis.

27. Ornavit in æternum opera illorum; nec esurierunt, nec laboraverunt, & non destiterunt ab operibus suis.

28. Unusquisque proximum sibi non angustiabit *i* usque in æternum.

29. Non sis incredibilis *k* verbo illius.

30. Post hæc Deus in terram respexit, & implevit illam bonis suis.

31. Anima omnis vitalis denuntiavit *l* ante faciem ipsius *m*, & in ipsam iterum reversio illorum.

a Timore & tremore ad præsentiam Dei.
b Peccatorũ.
c Divinæ vindictæ.
d Qualem ante tempus judicii.
e Dei pactum & decretum de retributione operum.
f Judicialis inquisitio.
g In fine & morte singulorum instituitur.
h Dona, officia, metus, & influentias.
i Nec impediet &c.
k Incredulus & inobediens.
l Aperte indicat, quod jam dixi, sc. Deum replevisse terram bonis.
m Terræ, seu viventium in terra.

kość, y wszytká źiemia, y wszytko, co w nich ieſt, poruszą się przed oblicznośćią iego.

19. Gory społu, y págorki, y fundámenty źiemie; gdy ná nie Bog poyźrzy, zátrząsną się od ſtráchu.

20. A w tym wszytkim ſerce głupie ieſt; á on rozumie wszelkie ſerce.

21. A drogi iego, kto rozumem poymie, y wicher, ktorego áni oko ludzkie nie doyźrzy?

22. Bo nawięcey ſpraw iego wſkrytośći; ále uczynki ſpráwiedliwośći iego, kto wymowi? ábo kto zniesie? Zrządzenie bowiem dáleko ieſt od niektorych; á wywiádowánie wszytkich ná dokonániu ieſt.

23. Kto ieſt málego baczenia, myśli pro-znośći; á mąż nie rozumny, y błędny, myśli głupie rzeczy.

24. Słuchay mię synu moy, á ucz się náuki rozumu, á słowá moie uważay w ſercu twoim;

25. A powiem náukę z uważeniem, y będę się ſtarał mądrość wypowiedźieć; á słowá moie uważay w ſercu twoim; y powiem z uważeniem duchá mocy, ktore położył Bog w uczynkách swoich od początku; y oznaymię wprawdźie umieiętność iego.

26. Z rozsądkiem Bożym ſpráwy iego od początku, á od ſtworzenia ich rozrządźił części ich; y przełożeństwá ich według rodzáiow ich.

27. Ozdobił ſpráwy ich ná wieki; áni łáknęły, áni prácowáły, áni przeſtáły od ſpraw swoich.

28. Zaden bliſkiego sobie nie uciśnie áż ná wieki.

29. Nie bądź niepoſłuszny słowu iego.

30. Potym Bog poyźrzał ná źiemię, y nápełnił ią dobrámi swemi.

31. Duszá wszelákiego żywiącego oznaymiłá przed obliczem iey, y w nię záśię obrocenie ich.

CAPUT XVII.

I. Deus creavit homines, dona ipsis contulit ac præcepta & ipsorum opera universa intuetur 1. II. Virtus eleemosynæ 18. III. Pœnitentia agenda, dum sani sumus, propter Dei misericordiam 20.

1. DEus creavit de terra hominem, & secundum *n* imaginem suam fecit illum.

2. Et iterum convertit illum in ipsam & secundum se vestivit illum virtute *o*.

n Gen. 1. 27. & 5. 1.
o Fortitudine, imo & gratia.

3. Nu-

ROZDZIAŁ XVII.

I. Bog ſtworźił człowieká, y dał mu dáry, á przykazánia, pátrząc ná wszytke iego uczynki. II. Przymiot iáłmużny. III. Pokutuymiś, pokiś my zdrowi, dla miłośierdzá Bożego.

1. BOg ſtworzył z źiemie człowieká, á według obrázu swego uczynił go.

2. Y záśię obroćił go w nię, y ná kształt swoy przyodźiał go mocą.

3. Licz-

3. Liczbę dni y czás dał mu; y dał mu moc nád temi rzeczámi, ktore ſą ná ziemi.

4. Położył ſtrách iego náde wſzytkim ćiáłem, y pánował nád źwierzem y nád ptáſtwem.

5. Stworzył z niego pomoc iemu podobną; y dał im rádę, y ięzyk, y oczy, y uſzy, y ſerce ku myśleniu, y náuką rozumu nápełnił ie.

6. Stworzył w nich umieiętność duſzną, rozumem nápełnił ſercá ich, y złe y dobre ukazał im.

7. Przyłożył oko ſwe do ſercá ich, áby im okazał wielmożność ſpraw ſwoich;

8. Aby chwalili imię święte; y chłubili ſię w cudách iego, áby opowiádáli wielmożnośći ſpraw iego.

9. Przydał im umieiętność, y zakon żywotá dał im zá dźiedźictwo.

10. Uczynił z nimi przymierze wieczne, y ukazał im ſpráwiedliwość y ſądy ſwoie.

11. Y wielmożność chwały iego widźiáło oko ich, á uſzy ich ſłyſzáły cześć głoſu iego; y rzekł im: Strzeżćie ſię wſzelkiey niepráwośći.

12. Y káżdemu z oſobná dał roſkazánie o bliźnim ſwoim.

13. Drogi ich záwżdy ſą przed nim, nie ſą zákryte przed oczymá iego.

14. Nád káżdym narodem poſtánowił przełożonego.

15. A Izráel ſtał ſię iáwną częśćią Bożą.

16. Y wſzytkie ſpráwy ich iáko ſłońce przed oblicznośćią Bożą; á oczy iego bez przeſtánku pátrzą ná ich drogi.

17. Nie zátáiły ſię przymierza przez złośći ich, á wſzytkie niepráwośći ich przed oblicznośćią Bożą.

18. Iáłmużná mężá iáko pieczęć u niego; á uczynność człowieká záchowa iáko źrzenicę.

19. A potym powſtánie, y odda im zapłátę, káżdemu ná głowę iego; y obroći ná głębſze częśći ziemie.

20. Ale pokutuiącym dał droge ſpráwiedliwośći, y utwierdźił uſtáiące w ćierpieniu; y náznáczył im dźiał prawdy.

21. Náwroć ſię ku Pánu, á opuść grzechy twoie.

22. Modl ſię przed oblicznośćią Páńſką, á umnieyſzay obráženia.

23. Ná-

3. Numerum dierum & tempus dedit illi; & dedit illi poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper terram.

4. Poſuit timorem illius ſuper omnem carnem, & dominatus eſt beſtiarum & volatilium.

5. Creavit *a* ex ipſo adjutorium ſimile ſibi; conſilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi; & diſciplina intellectus replevit illos.

6. Creavit *b* illis ſcientiam ſpiritus *c*, ſenſu implevit cor illorum, & mala & bona oſtendit illis.

7. Poſuit oculum ſuum *d* ſuper corda illorum *e* oſtendere illis magnalia operum ſuorũ;

8. Ut nomen ſanctificationis collaudent; & gloriari in mirabilibus illius, ut magnalia enarrent operum ejus.

9. Addidit illis diſciplinam, & lege *f* vitæ hæreditavit illos.

10. Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & juſtitiam & judicia ſua oſtendit illis.

11. Et magnalia honoris ejus vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum; & dixit illis: Attendite ab omni iniquo.

12. Et mandavit illis unicuique de proximo ſuo.

13. Viæ illorum coram ipſo ſunt ſemper, non ſunt abſconſæ ab oculis ipſius.

14. In *g* unamquamque gentem præpoſuit rectorem.

15. Et *h* pars Dei, Iſrael facta eſt manifeſta.

16. Et omnia opera illorum velut ſol in conſpectu Dei; & oculi ejus ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum.

17. Non ſunt abſconſa teſtamenta *i* per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in conſpectu Dei.

18. Eleemoſyna *k* viri quaſi ſignaculum cum ipſo *l*; & gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit.

19. Et *m* poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem, unicuique in caput ipſorum; & convertet in interiores partes terræ *n*.

20. Pœnitentibus autem dedit viam juſtitiæ, & confirmavit deficientes ſuſtinere; & deſtinavit illis ſortem veritatis.

21. Convertere ad Dominum, & relinque peccata tua.

22. Precare ante faciem Domini, & minue offendicula.

23. Re-

a Gen. 2. 18.
b Incidit.
c Spiritualem.
d Divinæ providentiæ.
e Animas, implens eas gratia & juſtitia originali.
f Et conditionem: ſi vellent vitam & hæreditatem.
g Rom. 13. 1.
h Sed.
i Pacta non ſunt abolita.
k Infr. 29. 16.
l Quaſi ſyngrapha.
m Matth. 25. 35.
n In infernum impios.

a Vehementer. *b* Peccatum, quod Deus execratur. *c* Psal. 6. 6. Isaiæ 38. 19. *d* sc. cum sanctis in cœlo. *e* Laudem.

23. Revertere ad Dominum, & avertere ab injustitia tua, & nimis *a* odito execrationem *b*.

24. Et cognosce justitias & judicia Dei, & sta in sorte propositionis, & orationis altissimi Dei.

25. In partes vade sæculi sancti *c*, cum vivis *d* & dantibus confessionem Deo *e*.

26. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere; A mortuo quasi nihil, perit confessio.

27. Confiteberis vivens, vivus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius.

28. Quam magna misericordia Domini, & propitiatio illius, convertentibus ad se!

f Bona & necessariæ. perfectiones. *g* Peccata. *h* Desinet illuminare orbem sublunarem, multo magis homo, nisi, &c.

29. Nec enim omnia *f* possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis; & in vanitate malitiæ *g* placuerunt.

30. Quid lucidius sole? & hic deficiet *h*; Aut quid nequius, quam quod excogitavit caro & sanguis? & hoc arguetur.

31. Virtutem altitudinis cœli ipse conspicit; & omnes homines terræ & cinis.

23. Náwroć się do Páná, á odwroć się od niesprawiedliwośći twoiey, á bárzo nienawidź obrzydłośći.

24. A poznay sprawiedliwośći y sądy Boże, á stoy w dźiale postánowienia, y w modlitwie Bogá nawyszego.

25. Idź w strony wieku świętego, z żywiącymi, y dáiącymi wyznánie Bogu.

26. Nie mieszkay w błędźie niezbożnych, przede śmierćią wyznaway; od umárłego iáko nic, ginie wyznánie.

27. Będźiesz wyznawał żywiąc, żywy y zdrowy będźiesz wyznawał y chwalił Bogá, y będźiesz się chłubił w miłośierdźiu iego.

28. Iáko wielkie iest miłośierdźie Páńskie, á litość iego nád tymi, ktorzy się do niego náwracáią!

29. Wszytko bowiem nie może bydź w ludźiách, gdyż nie iest nieśmiertelny syn człowieczy; á w proznośći złośći się podobáły.

30. Co iáśnieyszego nád słońce? y to ustánie; ábo co gorszego nád to, co wymyśliło ćiáło y krew? y to będźie karano.

31. Moc wysokośći niebá ono przegląda; á wszyscy ludźie źiemiá y popioł.

CAPUT XVIII.

I. Dei magnalia inscrutabilia, & illius erga hominem miseratio 1. II. Proximo miserandum; quomodo orandum, & Dei judicium considerandum 19.

* Gen. 1. 1. *i* Id est: Pariter, nullo, excepto, quamvis non uno die. *k* Laudabiliter ut perfecte justus.

1. QUi vivit in æternum, creavit omnia simul *i*. Deus solus justificabitur *k*, & manet invictus rex in æternum.

2. Quis sufficit enarrare opera illius?

3. Quis enim investigabit magnalia ejus?

4. Virtutem autem magnitudinis ejus, quis enuntiabit? aut quis adjiciet enarrare misericordiam ejus?

l In operibus Dei nihil deest, & nihil redundat. *m* Fecerit finem perscrutandi. *n* Psal. 89. 10. *o* Respectu totius terræ. *p* Respectu æternitatis.

5. Non est minuere, neque adjicere *l*; nec est invenire magnalia Dei.

6. Cum consummaverit *m* homo, tunc incipiet: & cum quieverit, aporiabitur.

7. Quid est homo, & quæ est gratia illius? & quid est bonum, aut quid nequam illius?

8. Numerus *n* dierum hominum ut multum centum anni; quasi gutta aquæ maris deputati sunt; & sicut calculus arenæ *o*, sic exigui anni in die ævi *p*.

9. Pro-

ROZDZIAŁ XVIII.

I. Wielmożne sprawy boskie, y miłośierdźie iego ku człowieku. II. Oddáymy bliźniemu połutowánie; iáko się mámy modlić, á Boski sąd rozważáć.

1. KTory żywie ná wieki, wszytko wobec stworzył. Bog sam usprawiedliwion będźie, á trwa ná wieki krol niezwyćiężony.

2. Ktoż sprosta wypowiedźieć sprawy iego?

3. Kto bowiem dośćignie zacnych uczynkow iego?

4. A moc wielkośći iego, kto wysłowi? ábo kto się będźie ważył wypowiedźieć miłośierdźie iego?

5. Nie podobna uiąć, áni przydáć; áni wybádáć wielmożnośći Bożych.

6. Gdy człowiek skończy, dopiero pocznie; á gdy przestánie, wątpliwym iescze będźie.

7. Coż iest człowiek, ábo co zá pożytek iego? á co iest dobrego, ábo co złego od niego?

8. Liczbá dni człowieczych nawięcey sto lat; iáko kropia wody morskiey poczytáne są, y iáko piasek piasku, ták trochá lat przećiw dniowi wieku.

9. Dla

9. Dla tegoż ćierpliwy ieſt Bog z nimi, y wylewa ná nie miłośierdźie ſwoie.
10. Widźiał dumę ſercá ich, że zła ieſt; y poznał wywrocenie ich, iż hániebne ieſt.
11. Przetoż wypełnił zlitowánie ſwe nád nimi, y ukazał im drogę práwośći.
12. Miłośierdźie człowiecze ku bliźniemu ſwemu; ále miłośierdźie Boże ná wſzelkie ćiáło.
13. Ktory ma miłośierdźie, náucza, y ćwiczy iáko paſterz trzodę ſwoię.
14. Miłośćiw ieſt temu, ktory przyimuie náukę miłośierdźia, á ktory kwápi ſię do ſądow iego.
15. Synu w dobrym nie uſkarżay ſię, á we wſzelkim datku nie záſmucáy złym ſłowem.
16. Izali roſa nie ochłodźi gorącośći? także y ſłowo lepſze niż datek.
17. Azaż oto ſłowo nie nád dobry datek? lecz oboie przy człowieku uſpráwiedliwionym.
18. Głupi oſtrze ná oczy wyrzucać będźie; á datek nie wyćwiczonego wyſuſza oczy.
19. Przed ſądem gotuy ſpráwiedliwość ſobie, á pierwey, niż co mowiſz, náucz ſię.
20. Przed chorobą używay lekárſtwá, á przed ſądem pytay ſám śiebie; á przed oblicznośćią Bożą naydźieſz ſmiłowánie.
21. Przed chorobą ukorz ſię, á czáſu niemocy pokazuy náwrocenie twoie.
22. Nie zátrudniay ſię, ábyś ſię záwſze modlić nie miał, á nie wſtydź ſię áż do śmierći uſpráwiedliwiáć ſię; bo zapłátá Boża trwa ná wieki.
23. Przed modlitwą przygotuy duſzę twoię; á nie bądź iáko człowiek, ktory Bogá kuśi.
24. Pámiętay ná gniew w dźień dokonánia, y ná czás odpłáty w odwroceniu twarzy.
25. Pomni ná uboſtwo czáſu obfitośći, á ná potrzeby uboſtwá w dźień bogactw.
26. Odmieni ſię czás od poránku áż do wieczorá, á to wſzytko prędkie przed oczymá Bożemi.
27. Człowiek mądry we wſzytkich rzeczách obáwiáć ſię będźie, á we dni złośći będźie ſię ſtrzegł gnuśnośći.
28. Wſzelki dowćipny poznawa mądrość, y tego, ktory ią naydźie, wyſławiáć będźie.
29. Roſtropni w ſłowiech, y ſámi mądrze ſię ſpráwowáli; y zrozumieli prawdę y ſpráwiedliwość, y wlewáli przypowieśći y ſądy.
30. Nie chodź zá pożądliwośćiámi twemi, á odwracay ſię od ſwey woley.

31. Ieſli

9. Propter hoc patiens eſt Deus in illis, & effundit ſuper eos miſericordiam ſuam.
10. Vidit præſumptionem cordis eorum, quoniam mala eſt; & cognovit ſubverſionem illorum, quoniam nequam eſt.
11. Ideo adimplevit propitiationem ſuam in illis, & oſtendit eis viam æquitatis.
12. Miſeratio hominis circa proximum ſuum; miſericordia autem Dei ſuper omnem carnem.
13. Qui miſericordiam habet, docet, & erudit quaſi paſtor gregem ſuum.
14. Miſeretur excipientis doctrinam miſerationis, & qui feſtinat in judiciis ejus.
15. Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des triſtitiam verbi mali.
16. Nonne ardorem refrigerabit ros? ſic & verbum melius, quam datum.
17. Nonne ecce verbum ſuper datum bonum? ſed utraque cum homine juſtificato.
18. Stultus acriter improperabit; & datus indiſciplinati tabeſcere facit oculos.
19. Ante judicium para juſtitiam tibi, & antequam loquaris, diſce.
20. Ante languorem adhibe medicinam, *a* & ante judicium interroga te ipſum; & in conſpectu Dei invenies propitiationem
21. Ante languorem humilia te, & in tempore infirmitatis oſtende converſationem tuam *b*.
22. *c* Non impediaris orare ſemper, & ne verearis usque ad mortem juſtificari *d*; quoniam merces Dei manet in æternum.
23. Ante orationem præpara animam tuam; & noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum.
24. Memento *e* iræ in die conſummationis, & tempus retributionis in converſatione faciei.
25. Memento *f* paupertatis in tempore abundantiæ, & in neceſſitatum paupertatis in die divitiarum.
26. A mane usque ad veſperam immutabitur tempus *g*, & hæc omnia citata in oculis Dei.
27. Homo ſapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum *h* attendet ab inertia.
28. Omnis aſtutus agnoſcit ſapientiam, & invenienti eam dabit confeſſionem.
29. Senſati in verbis, & ipſi ſapienter egerunt; & intellexerunt veritatem & juſtitiam, & impluerunt proverbia & judicia.
30. Poſt *i* concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere.

a 1.Cor. 11.18.
b Bonum coram Deo per patientiam, &c.
c Luc. 18.1. 1. Theſſ. 5.17.
d Per opera juſtitiæ, & pœnitentiæ.
e Sap. 7. 18.
f Sup. 12. 27.
g Sæpe & facile ex nubilo in ſerenum.
h Quando vilis plebecula putat ſibi omnia licere.
i Rom. 6. 12. 13. & 13. 14.

31. Si

31. Si præstes animæ tuæ concupiscentias ejus; faciet te in gaudium inimicis tuis.

32. Ne oblecteris in turbis *a*, nec in modicis *b*; assidua enim est commissio *c* illorum.

33. Ne fueris mediocris *d* in contentione ex fœnore, & est tibi nihil in sacculo; eris enim invidus vitæ tuæ.

a Hominum. *b* Cum vilibus & plebeis in popina. *c* Peccatum. *d* Pauper.

31. Iesli pozwolisz duszy twoiey żądze iey; wystáwi ćię ná rádość nieprzyiaćiołom twoim.

32. Nie kochay się w gromádźie, áni w trosze; bo ustáwiczne są występki ich.

33. Nie stáway się chudym sprzećiwiáiąc się z pożyczek, á niemász nic w mieszku; bo zostániesz zayźrzącym żywotowi twemu.

CAPUT XIX.

I. De vino & luxuria, 1. II. De loquacitate, cito credente, gaudente super iniquitate 4. III. De odiente correptionem, exultante in malitia 13. IV. De discretione in verbis servanda, correptione, ficta humilitate, & laude tacentis 18.

1. Operarius ebriosus, non locupletabitur; &, qui spernit modica, paulatim decidet.

2. Vinum *e* & mulieres apostatare *f* faciunt sapientes, & arguent sensatos.

3. Et, qui se jungit fornicariis, erit nequam; putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum majus, & tolletur de numero anima ejus.

4. Qui *g* credit cito, levis corde est, & minorabitur *h*; &, qui delinquit in animam suam, insuper habebitur *i*.

5. Qui gaudet iniquitate, denotabitur; & qui odit correptionem, minuetur vita; & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.

6. Qui peccat in animam suam, pœnitebit; & qui jucundatur in malitia, denotabitur.

7. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis.

8. Amico & inimico noli narrare sensum tuum; & si est tibi delictum, noli denudare.

9. Audiet enim te, & custodiet te *k*, & quasi defendens *l* peccatum odiet te, & sic aderit tibi semper.

10. Audisti verbum adversus proximum tuum? commoriatur in te, fidens, quoniam non te dirumpet.

11. A facie verbi *m* parturit fatuus *n*; tamquam gemitus partus infantis.

12. Sagitta infixa femori carnis, sic verbum *o* in corde stulti.

13. Corripe *p* amicum, ne forte non intelle-

e Gen. 19. 33. 3 Reg. 11. 1. *f* A Deo & fide deficere. *g* Jos. 9. 15. & 22. 11. *h* Privabitur bonis. *i* Deterior. *k* Tua verba observabit. *l* Simulans se excusare. *m* Mox ut secretum audivit. *n* Effundere. *o* Arcanum. *p* Lev. 19. 17. Matth. 18. 15. Luc. 17. 3.

ROZDZIAŁ XIX.

I. O winie, á nierządu. II. O wielomowności, o rychło wierzącym, o weselącym się z nieprawości. III. O nienawidzącym karánia, o kochaiącym się we złości. IV. O rozsądku záchowánym w mowie, y w karániu; o złośliwey pokorze, o chwale milczącego.

1. Robotnik opiły nie zbogáći się; á kto gárdźi máłemi rzeczámi, pomáłu upádnie.

2. Wino, y niewiásty zwodzą mądre, y wytkną rostropne.

3. A, kto się przyłącza ku nierządnicam, będźie nie cnotá; zgniłość y robacy odźiedźiczą go, y będźie wynieśion ná przykład większy, y będźie wyięta z liczby duszá iego.

4. Kto rychło wierzy, iest lekkiego sercá, y umnieyszon będźie; y nád to będźie mian zá tego, ktory grzeszy przećiw duszy swoiey.

5. Kto się weseli z nieprawośći, karan będźie; á kto nienawidźi karánia, umnieyszy mu się żywotá; á kto nienawidźi wielomownośći, gáśi złość.

6. Kto grzeszy przećiw duszy swoiey, będźie pokutował; á kto się kocha we złośći, karan będźie.

7. Nie powtarzay słowá złego y przykrego, á nic ći nie ubędźie.

8. Przyiaćielowi y nieprzyiaćiolowi nie oznaymuy umysłu swego; á iesli masz grzech, nie odkryway.

9. Bo będźie ćię słuchał, y będźie się strzegł ćiebie, y iákoby broniąc grzechu, będźie ćię nienawidźiał, y ták będźie przy tobie záwżdy.

10. Słyszałeś słowo przećiw bliźniemu twemu? niech záraz umrze w tobie, ufáiąc, że się nie rozpukniesz od niego.

11. Od słowá rodząc prácuie głupi; iáko stękánie rodzenia dźiećięćiá.

12. Strzałá, ktora utknęłá w biedrze ćiáłá, ták słowo w sercu głupiego.

13. Strofuy przyiaćielá, by snadź nie zrozumiał,

miał, y rzekł: Nie uczyniłem; ábo ieśli uczynił, áby drugi raz nie czynił.

14. Strofuy bliźniego, by snadź nie rzekł; á ieśli rzekł, by snadź nie powtorzył.

15. Strofuy przyiaćielá; bo często bywa występek.

16. A nie wierz káżdey powieśći; Ieſt, co się potyka w ięzyku, ále nie z umysłu.

17. Ktoż ieſt bowiem, ktoryby nie zgrzeszył ięzykiem swoim? strofuy bliźniego pierwey, niż grozić będźiesz.

18. A day mieysce boiáźni nawyższego; bo wszytká mądrość boiaźń Boża; á w niey bać się Bogá, á we wszelkiey mądrośći wykonánie zakonu.

19. A náuka złośći nie ieſt mądrość; y myśl grzesznych nie ieſt roſtropność.

20. Ieſt złość, á w niey przeklęctwo; y ieſt głupi, ktoremu schodźi ná mądrośći.

21. Lepszy ieſt człowiek bogoboyny, ktoremu schodźi ná mądrośći, y niedoſtáie rozumu, niżli, ktory ma dosyć rozumu á przestępuie zakon Nawyższego.

22. Ieſt chytrość osobliwa, á nie spráwiedliwa.

23. Y ieſt, ktory wypuscza słowo pewne powiádáiąc prawdę. Ieſt, ktory się złośliwie korzy, á wnętrzności iego są pełne zdrády.

24. A ieſt, ktory się názbyt zniża od wielkiey pokory; y ieſt, ktory skłánia oblicze swe, y czyni, iákoby nie widźiał czego niewiedźiano.

25. A ieśli słábość śił grzeszyć mu nie dopuśći; ieśli czás naydźie źle czynienia, uczyni źle.

26. Z weyźrzeniá poznáć męża, á od potkánia obliczá poznáć roſtropnego.

27. Ubior ćiałá, y oścerzánie zębow w śmiechu, y chod człowieczy, wydawáią go.

28. Ieſt skaranie falszywe w gniewie sfromocącego; y ieſt sąd, ktory się nie zda bydź dobrym; y ieſt milczący, á ten ieſt roſtropny.

tellexerit, & dicat: Non feci; aut si fecerit, ne iterum addat facere.

14. Corripe proximum, ne forte non dixerit; & si dixerit, ne forte iteret.

15. Corripe amicum; sæpe enim fit commissio *a*.

16. Et non omni verbo credas; est, qui labitur lingua, sed non ex animo.

17. Quis *b* est enim, qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximum, antequam commineris.

18. Et da locum timori Altissimi *c*; quia omnis sapientia timor Dei; & in illa *d* timere Deum, & in omni sapientia *e* dispositio *f* legis.

19. Et non est sapientia nequitiæ disciplina; & non est cogitatus peccatorum prudentia.

20. Est nequitia, & in ipsa execratio; & est insipiens, qui minuitur sapientia.

21. Melior est homo, qui minuitur sapientia *g*, & deficiens sensu in *h* timore, quam, qui abundat sensu *i*, & transgreditur legem Altissimi.

22. Est solertia certa, & ipsa iniqua.

23. Et est, qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Est, qui nequiter humiliat se, & interiora ejus plena sunt dolo.

24. Et est, qui se nimium submittit a multa humilitate; & est, qui inclinat faciem suam, & fingit se non videre, quod ignoratum est.

25. Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare; si invenerit tempus malefaciendi, malefaciet.

26. Ex visu *k* cognoscitur vir; & ab occursu faciei cognoscitur *l* sensatus.

27. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo.

28. Est correptio mendax *m* in ira contumeliosi; & est judicium, quod non probatur esse bonum; & est tacens, & ipse est prudens.

a Peccatum.
b Jac. 3. 8.
c Quando corripis.
d Docemur.
e Docetur.
f Græce: impletio.
g Idiota.
h Cum.
i Scientia.
k Aspectu.
l Per multas conjecturas.
m Frustranea.

ROZDZIAŁ XX.

I. O karániu, á pokutie karanego; o milczącym, y wielo mownym. II. O datku mądrego, y głupiego; o falszywie obietnicy, á kłamstwie. III. O dobrym, y złym zátrwożeniu; o mądrym podobáiącym się Magnátom; ábyś dátki nie brał; o skrytey mądrośći.

1. O iáko lepiey ieſt skáráć, niżli się gniewáć, á wyznawáiącemu z prośbą nie przekáżáć!

CAPUT XX.

I. De correptione, & correpti pœnitentia; de tacente, & loquace 1. II. De dono sapientis, & fatui; de falsa promissione, & mendacio 9. III. De bona & mala confusione; de sapiente, qui placet magnatis; de donis non accipiendis, & sapientia abscondita 23.

1. QUam bonum *n* est arguere, quam irasci, & confitentem in oratione non prohibere!

n Quanto melius.

a Infr. 30. 21.
b Qui cuſtos eſt gynecæi.
c Judex iniquus.
d Seu proſperitas ſubinde.
e Subinde.
f Multiplex.
g Privatio.
h Intenti in proprium commodum.
i Cholera & maledictio.
k Sc. adulatores, impii, ipſi ſimiles.
l Sine gratia, inſulſus, ingratus.
m Perpetuo cum illis laſciviens.

2. Concupiſcentia *a* ſpadonis *b* devirginabit juvenculam;

3. Sic *c*, qui facit per vim judicium iniquum.

4. Quam bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam! ſic enim effugies voluntarium peccatum.

5. Eſt tacens, qui invenitur ſapiens; & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum.

6. Eſt tacens non habens ſenſum loquelæ; & eſt tacens ſciens tempus aptum.

7. Homo ſapiens tacebit usque ad tempus; laſcivus autem, & imprudens non ſervabunt tempus.

8. Qui multis utitur verbis, lædet animam ſuam; & qui poteſtatem ſibi ſumit injuſte, odietur.

9. Eſt proceſſio in *d* malis viro indiſciplinato; & eſt *e* inventio in detrimentum.

10. Eſt datum, quod non eſt utile; & eſt datum, cujus retributio duplex *f*.

11. Eſt propter gloriam minoratio *g*; & eſt, qui ab humilitate levabit caput.

12. Eſt, qui multa redimat modico pretio, & reſtituens ea in ſeptuplum.

13. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit; gratiæ autem fatuorum effundentur.

14. Datus inſipientis non erit utilis tibi; oculi enim illius ſeptemplices *h* ſunt.

15. Exigua dabit, & multa improperabit; & apertio oris illius inflammatio *i* eſt.

16. Hodie fœneratur quis, & cras expetit; odibilis eſt homo hujusmodi.

17. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia bonis illius.

18. Qui enim edunt panem illius, falſæ linguæ ſunt *k*. Quoties, & quanti irridebunt eum?

19. Neque enim, quod habendum erat, directo ſenſu diſtribuit; ſimiliter & quod non erat habendum.

20. Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pavimento cadens; ſic caſus malorũ feſtinanter veniet.

21. Homo acharis *l* quaſi fabula vana, in ore indiſciplinatorum aſſidue erit *m*.

22. Ex ore fatui reprobabitur parabola; non enim dicit illam in tempore ſuo.

23. Eſt, qui vetatur peccare præ inopia, & in requie ſua ſtimulabitur.

24. Eſt,

2. Zapalczywość trzebieńcá zgwałći pánnę;

3. Ták, ktory przez gwałt odpráwuie ſąd nieſpráwiedliwy.

4. O iáko dobra rzecz ieſt, gdy ſkárány pokázuie żal! bo ták uydźieſz grzechu dobrowolnego.

5. Ieſt milczący, ktory nayduie ſię mądrym; y ieſt obrzydły, ktory płochy ieſt ku mowieniu.

6. Ieſt milczący, y nie ma rozumu do mowienia; á ieſt milczący, ktory wie czás przyſtoyny.

